Universidad de Deusto
Biblioteca

Jacobi Dalrymple

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISQVISITIONVM MAGICARVM

Tomus Tertius,

SEV METHODVS IVDICVM,

ET CONFESSARIORVM DIRECTIONI COMMODA.

Hac vltima cura emendatior, auctiorque.

AVCTORE
MARTINO DELRIO SOCIETATIS
IESV PRESBYTERO,
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE,
& in Academia GRAETIENSI S.S. Professore.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M. DCVI.
Apud Io. Antonium & Iacobum de Franciscis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERENISSIMO PRINCIPI ERNESTO,

Archiep. Colonienſi,

S. R. I. ELECTORI,

EPISCOPO LEODIENSI, &c.

MARTINVS DELRIO
Societatis IESV Presbyter S.

HIPPOCRATIDARVM more; quibus prima cura morbi originem, ſecunda noxæ vim, & modum, tertia remedium, ſcrutandi; primo quoque Tomo faſcinariæ luis ſcaturiginem; ſecundo cladis magnitudinem acerbitatemque, tertio medicamenta mali propoſui: quem laborem non diffido bonis omnibus placiturum; imprimis C. T. quæ tanta cura hactenus à ditione ſua funeſtam peſtilitatem adnititur profligare. Quàm optandum foret cæteros Principes, qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus similis dignitas est, in pari munere non disparem sollicitudinem præstare? Macte animi PRINCEPS ERNESTE, insiste victoriæ. Lernæam excetram ne siueris rediuiuis capitibus repullulare. Nemini magis decet filij perditionis anteambulonibus, in quibus mysterium iniquitatis iam operatur, bellum indicere, quàm legitimis successoribus Apostolorum. Petrus Simone, Paulus Elima, Iacobus Hermogene, Ioannes Cynope victo de Magia triumpharunt. Monet Apostolus non temerè illis à Deo gladium datum, sed vt Dei ministri sint, vindices in iram eis qui malè agunt. T. quidem Cels. ambo gladij crediti, & vtriusque fori tribunal commissum. Magis nefarios, aut noxios Ecclesiæ, aut Reipubl. falcinarijs, nullos arbitror existere, cædes, & parricidia illis conuiuia sunt, elementa turbant, soli pernicies, Cœli iniuria, Dei odium; quorum, indulgentia, & remissio numerum auget, perfidiam acuit, malitiam indurat. Quem non hæc irritent? me quidem percussere, & Zelus honoris diuini impulit hoc quicquid est operis aggredi, &, Deo benè iuuante, non segniter, studij in Catholicam Rempubl. & erga C. T. obseruantiæ meæ monumentum exigere, & ALEXICACO ALCIDAE me solaum adiungere, animo quàm viribus maiore; ab illius propensione, non ab horum merito, munusculum velim æstimari.

1. Thess. v. 7.

Marant. B. Lucas, D. Clemes, Adam, & Frachorus.

Rom. 13. v. 4.

Louanij 5. Kalend. Mart. Anno Sæculari sextodecimo.

CATHO-

CATHOLICO LECTORI S.

QVAE tibi videbuntur deesse, si monueris, curis secundis supplebuntur; quæ credes errata, si suggesseris, corrigentur; quæ superflua meritò censebis, tollentur, cùm caussam docueris. Nihil enim mihi optatius, quam moneri, doceri, iuuari: nihil æquè displicet, atque pertinacia, & ingratitudo. illud à te, quisquis ad hæc legenda animo puro, mente candida, accedes, cupio impetrare beneficium non occulam, neque obliuiscar, condet memoria, sed stilus profundet. Vale.

† 3 MARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARTINO DELRIO MAGIAE AVERRVNCO

ODE PINDARICA.

Stropha I.

OBlectat quidem mortalium mentes Dierum luciſque Pater (*Sol*) vbi luce caſſas noctis opacæ tenebras diſpulit: At verò Sapientiæ inclyta lampas (*tum lætat animos*) quàm caliginoſam errorum nubem detergit. Diu porrò exlegem terram, cæcitatem offundens, mortalibus, noxiali mendaciorum nocte oblimauit, dolis conſutam cum præſtigijs Magiam adhalans. Enimverò reducem Sol alter lucem

Antiſtropha.

DElrius libro tertio pandit, omnem mente perſcrutatus deceptorem dolum, ac ſtygis monſtrum, noxamque perniciabilem (*vt ea omnia potis eſſet*) exterminare per veritatem. Quapropter adderet, Muſæ cantibus gaudentes, viro huic gratias plectere trijuges, & hymnum mellifluum pangere, quæ ſint elucubrationum præmia decentia. Date igitur corollas auro vibrantes, & diſcriminatas (*quæ hunc*) magis (*decebunt*) quam Herculem: Plura ſiquidem portenta edomuit Martinus.

Epodus.

DEi namque hic adultrice manu haud ex Cocyto tricipitem duntaxat in lucem attraxit canem (*Cerberum.*) Etenim multum etiam reformidans tres Soles tuos, Delri, (*tres inquam Diſquiſitionum Tomos*) infernalibus deſidens in vmbris triformes Hecate oculit inſidias. Quin & Erinnyum tertia iecur, ac ſemet mordicibus exeſt, tibique (*impoſturas eius*) triumphanti poſt inuidet. Sed enim quis derepentè tumultus citur? num aliquod (*Dieſpiter*) fulmen (*vibrat?*) Nimirum, haud me fugit, tuæ deuitat Sapientiæ fulgetrum.

Stropha II.

VNiuerſa Stygis horridæ mortalibus exitium molita turba, ſecum detrimentum omne, cumque impietate inſaniam, præſtigias, ac impoſtorum cateruam malis exultatam agens. Cedit vna omniſque fraus, pernicies omnis veritati (*quam luces.*) Edomitus vires deperdidit Tartarus fortitudine harum paginarum latè coruſcante. Ac etiam ſi poſt amorum illicia parare Circe aggredietur, vel hominibus varias inducere formas; reformidabit te, qui demonſtraris moly malorum depulſorium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antistropha.

QVòd si autem Medea miscere venenum: vel si imprudens venefica nonnulla incantare laborabit philtrum, aut toxicum quodpiam, Phœbenque pulcro aspectu præsignem deducere in terram: vel si è Tripode vaticinium scitari deproperabit Mercurius aliquis flammæ falsidicæ: aut etiam si Calchas quispiam de insequentis æui futuris hariolari volet; horum omnium voti compos reddetur nullus, quando sollerte animo imposturarum declinare malitiam auspicaris edocere.

Epodus.

ARguens vanitatem veritate, circumque mentes hominum dependentes stultitias dia- sapiens refecas. Qualis Theseus secutus filum viæ- ducem, dotem iugalem Ariadnæ, obtruncauit Labyrinthi luctificum portentum. Athenasque vrbem seruans, & Pubis septem flores. At verò, tu plures animas seruas Barathro eximens, quæ illæsæ præquàm illustribus, causà sospitatis (*à te receptæ*) æternum pergent doctarum te Musarum extollere primis.

PETRVS BOVLLIVS.

SVMMA-

SVMMARIA LIBRI QVINTI,

SIVE DE OFFICIO IVDICVM.

Ratio scriptionis.

SECTIO I.

An in hoc crimine seruandus ordo, & processus ordinarius?

De natura criminis, & eius grauitate. Iudex arbitrium suum, quomodo debeat moderari circa indicandam grauitatem huius criminis. Septem circumstantiæ hoc crimen aggrauantes. Quando iudici liceat pœnam legis excedere, vel minuere. Post sententiam in crimine maleficij licet pœnam minuere, exemplo hæresis. Quid semper iudex ante oculos debeat habere. Non arctatur iudex ad antiquum ordinem iuris; sed ad receptum suæ regionis.

SECTIO II.

Quomodo in hoc crimine inquisitio restituenda?

Quid ista & quotuplex. conditiones requisitę vt sit valida. Quomodo debeat constare de corpore delicti. quo pacto necesse vt præcedat accusatio. Quod debeat esse certa, specifica, & clara, quando necesse tempus ascribi? Quæ iudicia debeant eam præcedere. Quando sit necessarium famam præcedere. Quando absolutus semel de eodem crimine quis fuit, vel gratiam obtinuit, vel pœna non condigna punitus; quid iudici faciendum. Quando transactio impediat inquisitionem. Qui Principes possint gratiam delicti concedere. Quibus casibus hos Principi liceat facere.

re. An maleficis Princeps possit gratiam concedere. Exempla Caroli Quinti Imperatoris, & Caroli Noni Franc. Regis. An inualida gratia concessa inhibeat omne iudicium an primum dumtaxat? praxis quædam DD. explicata. Qui competentes in hoc crimine iudices. Inquisitorum fidei, quanta in hoc crimine ist potestas: Quanto temporis spacio in hoc crimine inquisitio excludatur: sine quæ hic præscriptio possit opponi. An contra absentem possit institui inquisitio.

SECTIO III.

De optimis indicijs, ex quibus tuto iudex potest procedere.

Ad quos actus iudiciarios requirantur, clariora indicia. Quid singulæ indiciorum species operentur. Iudex quomodo possit arbitrari, quæ leuia, quæ grauia, quæ grauissima sint. An generalis aliquando sine indicijs formari possit inquisitio. Quando sufficiant leuia indicia. quæ requisita ad torturam. De indicio per testes. de nominatione facta per socium criminis. hæc exigenda à iudice nec potest eam omittere. Iniungenda iudici per confessarium restitutio damnorum. An denominationi socij credendum iudici. quantam & quando fidem adhibere tenetur. Zimancæ sententia reiecta, communis defensa. Quando subijciendus iterum torturæ nominans vt ratificet dictum suum. De minorennium & fœminarum testimonijs. Non licere de socijs in individuo rogare. Quomodo interrogandus nominans de circumstantijs. & de diffamatione. Denominans debet esse constans & perseuerans. De iureiurando quod nominans tenetur præstare. Quæ indicia requisita ad torturam. plenè traditum, quæ sufficiant. præsertim de fama. conciliata pugna DD. De fuga. de amicitia. de collocutione. de superstitione. & repertis instrumentis. & similibus vrgentissimis. & horum exempla quædam de confessione extraiudiciali. Conditiones requisitæ vt vnum ex talibus indicijs cum nominatione complicis sufficiat ad torturam. Explicatæ quædam communes opiniones & praxes discussę. Qualis debeat esse fama vt valeat pro iudicio. Quæ sit vis bonæ famæ. Quæ sit vis malæ famæ. Quam difficile sit famam exacte probare. quæ ad hoc sint requisita. primum de fama in specie, deinde de fama in genere. Quale debeat esse indicium fugæ vt valeat ad torturam, vel ad pœnæ condemnationem, traduntur aliquæ regulę: Quale debeat esse indicium minarum, vt sit sufficiens. Discrimen inter minas & iactantiam, Quid considerandum in æquiuocis, & ambiguis minis. Ex indicijs remotis nunquam licet procedere ad condemnationem.

SECTIO IV.

De alijs indicijs minus vrgentibus & minus certis.

De non impediente maleficium. Conciliantur dissidia DD. & quæ hinc obligatio restituendi nascatur. De patrocinante maleficis. exemplum Vvievi, Edelini, & N. cuiusdam Belgæ. de defensoribus, occultatoribus. Quando deferendi sint, an seruandus ordo fraternæ charitatis. quando incurratur obligatio restituendi. Indicium ex mendacio rei. ex variatione, ex vacillatione, titubatione, & vultus mutatione. Si visus cum instrumento maleficij in loco, &c. Explicatur sententia communis, & reijcitur sententia volentium hoc indicium sufficere ad condemnationem. Indicium conuersationis. Indicium postulatæ inquisitionis, & nimiæ sollicitudinis. item spontè denuncians cum non teneatur. de indicio inuenti in domo cadaueris. Item inuenti in via prope domum. Item de indicio vicinię, vel inuentionis in loco. item de transeunte per viam illam. Item de eo cui bono; siue qui causam habebat cur illud factum vellet. Item de eo qui ad clamorem inhabitantium vel vicinorum visus ex domo fugere. Indicium malæ physiognomiæ, despectus in terram, mali nominis. Locus directorij inquisitorum. Indicium ex mala patria, vel parentibus prauis. Indicium taciturnitatis. Indicium iurandi, blasphemandi, exsecrandi, scurrilia loquendi, vel aliter peccandi, consuetudo. Indicium, non posse lacrymari. Indicium ex mutatione creba domicilij. Indicium, ex singularitate in pietatis vel religiositatis ostentatione. De indicio eradicati chrismatis, & de stigmate. multa de hoc stigmate imprimi solito.

SECTIO V.

De denunciatione, & testibus.

Eædem testificationes, & probationes recipiuntur, quæ in hæresi. Receptio testium à quibus facienda? item quando facienda. ratificatio item, & publicatio. testes non sunt nominandi. Cogi possunt quilibet ad testimonium. de testibus auritis, locus Chrysostomi, Quæ exceptio hic valeat contra testes. Quibus modis testes cogi possint? Ex multiplicatione testium, & depositionum quas fecere complices, vel personæ aliter infames, nunquam licet venire ad condemnationem. Ex debilium, & dubiorum indiciorum multiplicatione non potest nasci vnum indicium indubitatum. Quid quando post sententiam latam complices testimonium suum retractant iudici faciendum? Nunquam post latam sententiam iudex patiatur partes, siue denominatos ad denominantem accedere. Quid faciendum iudici quando testes variant. Huius criminis, & hæreticos praxis, & ratio eadem. In hæresi, cui standum primæ, an secundæ depositioni. Simancæ quædam sententia discussa.

SECTIO VI.

De Accusatione.

Accusatio quid. hodie in eius locum successit querela. quæ personæ hic admittan-

mittantur ad accusandum. Soli repelluntur inimici capitales. an & ex communicatione maiore? Quomodo proponenda accusatio. de pœna calumniatorum.

SECTIO VII.

De Apprehensione, & carcere.

Quando cuilibet licitum capere maleficos. explic. l. vltim. Cod. de malefic. & mathe. Quouis loco, & tempore capi possunt. In quemuis compingi possunt carcerem, etiam in quo breui moriturę quando hoc sit verum. Quales probationes seu informationes debeant precedere, priusquam capi possint. Si manca sententia quędam nimis laxa reiecta. Sententiarum varietas, & explicatio Gomezianę. De nominatione testis infirmi. An liceat capere ad solam extraiudicialem informationem. An relaxandi sub cautione fideiussoria vel iuratoria. An malefici capi in ecclesia & ab ea possint extrahi. & an irrequisito Episcopo. Bulla Gregor. 14. hac de re. Quis iudicare debeat de immunitate. Quid consequatur ad iniustam carcerationem. An peccet fugiens ex carcere iusto? Postquam reus captus quę sint iudici obseruanda. Notantur superstitiosa quędam. 1. vt sublimes tollantur, ne terram contingant 2. detractis vestibus induere certi generis interula. 3. ne iudex patiatur se tangi super nudam manus & brachij iunctura, 4. producendas coram iudice, obuerso tergo. Refelluntur rationes quędam Danei & Godelm. cur nequeant iudici nocere post captiuitatem. discutitur an sit verum maleficas iudicibus post captiuitatem nocere non valere. Historia Stabulensis de ore accepta Petri Orani. Cautelæ quędam legitimæ seruandæ cum incarceratis. Cur ex carcere non eripiat captas diabolus. Grillandi opinio. Exempl. magi Pompeiopolitani permissione iudicis se inungentis, & abuecti. Curiositas iudicum in talibus experimentis vitanda.

SECTIO VIII.

De Accusatione.

SECTIO IX.

De Quæstione, seu Tortura.

Quę interrogationes licitę fiant, quo ordine? Non nisi necessariò veniendum ad tormenta. Modus torturę quis adhibendus. quando deferendum appellationi. de grauitate tormentorum adhibendorum. Bulla Paulli. 3. abstinendum inusitatis tormentis. Quoties reus torqueri possit, an plus quam ter. & quando liceat iterare. conciliatę sententię de semper post torturam negante quod in ea confessus. Exemplum facinorosi Mediolanens. Reijcitur seua quędam praxis Sprengeri, de sententia ferenda ad continuandam torturam. An conuictus reus subijciendus quęstioni, an quęstione sic se purget, vt nequeat condemnari, an liceat torquere plenè à testibus

stibus conuictum? Nauarri dictum explicatum. Personarum torquendarum in hoc crimine an sit aliquod discrimen faciendum. de maleficio Taciturnitatis. modus, causæ variæ dæmonis ad hoc technæ. Exemplum de Lycanthropo Vesulphalico. Exemplũ maleficæ Oenipontanæ. Quæ remedia contra hoc maleficium iudices adhibere soleant quæ ex his licita, quæ verò non. de infusione aquæ profanæ frigidę de infusione benedictæ. Examinantur multæ praxes Sprengeri. an deceptoriis verbis inducendæ. de expoliatione de expilatione seu abrasione. & quiddam circa eam obseruandum. de experimento lacrymarum & modo eas conturandi. de præbita ter aqua benedicta & infusa ei guttula ceræ benedictæ. An liceat per alias maleficas tollere maleficium.

De facto quodam Episcopi Ratisbonens. Deuotæ preces cum ieiunijs & operibus misericordiæ. de periaptis appendendis collo sagarum. de mensura longitudinis Christi Domini. de obseruatione sextæ feriæ ad torquendum, an in Paschalibus liceat torquere? de submissè dicendis nominibus testium. An liceat interrogare num velit subire probationem ferri candentis? an relaxandi ad meliorem custodiam sub cautione? Godelmanni superstitiosus modus.

SECTIO X.

De alijs medijs veritatem perscrutandi.

Contra Bodinum, non licet iudici dolo, falsis promissis, mendacioque veritatem à reo expiscari. Licere mentiri, esi hæresis. Maruli error. Iudici licet vti æquiuocatione & ambigua promissione liberationis. Multa Sprengeri dicta discussa. Quæ vis confessionis sic extortæ. Quando iudex ex ea condemnans mortaliter peccet. Quædam aliæ cautelæ excussæ. Historia rei quæ accidit prope Argentinam. De experimentis sumendis reprehenditur factum quorundam: De confrontatione.

SECTIO XI.

De confessionibus.

Ex quali confessione reus possit damnari. Ex quali non possit. Confesso & conuicto semper adhuc dandus terminus ad se defendendum. De confessione per signa surdi & muti. De eo qui maleficium confessus, negat se mala intentione fecisse.

SECTIO XII.

De abiuratione criminis.

De suspicionum diuisione & generibus. quomodo differant suspicio, opinio, & præsumptio. Iudicis arbitrium in his, quale. Exempla suspicionum huiusmodi. quando quis propter abiurationem factam dicatur esse relapsus. Quo modo facienda abiuratio. Quando cogatur iudex admittere ad pœnitentiam præmissa abiuratione. Quando & quomodo reus possit adigi ad abiurandum. Quando ab Ecclesia ad pœnitentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiam receptum, laicus iudex adhuc possit capere punire. capit. ad abolendam, §. in præsenti verò. de hæret. An iudex ecclesiasticus teneatur tunc eum eripere. Variæ formulæ abiurationum.

SECTIO XIII.

De purgatione Canonica.

Quid sit. Quando deferenda. Simancæ sententia perpensa, & cribrata. Iudicium, siue arbitrium iudicis hoc totum habet sibi commissum. Qui cogendi, qui non admittendi ad eam. Quid operetur negatio eius, quid defectus. Solemnia, & ritus.

SECTIO XIV.

De Absolutione.

Quando reus possit absolui. Absolutio diffinitiua, quid. Absolutio ab obseruatione, seu instantia iudicij, quid. Quando hæc habeat vim illius. Quomodo cognoscatur, an sit ab obseruatione iudicij, an verò sit definitiua sententia, de praxi quotidiana non absoluendi, nisi ab obseruatione iudicij, ostenditur vnde orta, & quæritur quando ea vtens iudex excusetur, quando non. Non satis punitus in vna curia potest in altera iterum puniri, & quo pacto? Distinctio Marantæ superflua. Formula absolutionis.

SECTIO XV.

De sortilegiorum qualificatione, siue quæ sint hæreticalia, quæ non.

Quæ sint sortilegia hæretica, distinctio inter hæretica, & hæreticalia. Clari, Farinacij, & Iuristarum quorumdam hac in re lapsus, aliud est hæresis, aliud factum hæreticum, aliud factum sapiens hæresim, declarata singula suis exemplis. Qualitas criminis eius, qui inuocat dæmonem ad sciendum, vel faciendum id quod est in dæmonis potestate. Discutitur controuersia inter Barbatiam, & alios Iurisconsultos. Quando ad inquisitores fidei pertineat de huiuscemodi iudicare. Quæ sint sortilegia hæresim sapientia. De Sacramenta, sacramentalia, reliquias, vel alias res benedictas miscentibus. De baptizantibus. De miscentibus res non sacras super quibus dicta est missa, & hic de Sacerdote hoc faciente. De inuocantibus dæmonem per modum sacrificij, vel adorationis, de aliquid à Dæmone petentibus.

SECTIO XVI.

De Pœna, & supplicio maleficorum.

Lamiæ, venefici, malefici, sagæ nomina in hoc tractatu pro iisdem sumenda. VVierus, Godelm. & alij Nominales reprehensi. De pœna sortilegiorum, quæ hæresim sapiunt. Quid in foro conscientiæ. Quid in foro fori secundum canones, quid de laicis, quid de clericis, Peccata Sacerdotum hac in re. 1. si aras spolient, lumina exstinguant, &c. vt noceant, 2. missas defunctorum pro viuentibus celebrant. Grillandi error. 3. Imagines Sanctorum conculcantes, aut deijcientes. 4. celebrantes super rebus profanis, 5. abutentes vasis, & vestibus sacris, 6. Missæ admiscentes orationes non præscriptas in Missali officio. Pœnæ communes omnibus, clericis laicisque. De docentibus, discentibus, consulentibus. De amatoria præbentibus. De Serpentum incantatoribus, de astrologis, chiromanticis, & reliquis diuinatoribus. De præbentibus poculum abortionis. Episcopi an possint conuictos, morte dignos, etiam pœnitentes, tradere brachio sæculari. Qui sortilegi tradendi brachio sæculari. Formulæ condemnationis. Pœna sortilegorum morte minor, & quorum. Qui aliquem occiderint morte multandi. An etiam Lamiæ, siue striges, quæ nullum occiderint comburendæ sint? Fundamenta negantium disiecta ordine. In atrocioribus etiam conatus puniendus. Senectus quando idonea causa pœnæ minuendæ. Delicta sagarum non sunt insomnia. Credendum earum confessionibus. Auctores Theologi, iuristæ, medici, & philosophi agnoscentes pactum dæmonis, & Lamiarum.

Auctores qui affirmant Lamias dæmonibus commisceri. Auctores qui affirmant abijs excitari tempestates. Auctores affirmantes translationem corporalem de loco ad locum. Nauarrus explicatus. fusissimè docetur iudices teneri stare Lamiarum confessioni. Quo pacto possit iudex colligere an Lamiæ delusæ, necne. Quid interfit inter abnegationem B. Petri, & omnium peccatorum, & abnegationem Lamiarum. Lamias eo quod Lamiæ sint occidendas probatur. Ex iure diuino. explicatur locus Exo. 22. v. 19. Ex lege Ecclesiastica. Lege sæculi scripta & non scripta. Per rationes. breuiter ostenditur immanitas, & atrocitas ipsius sceleris, comparatione grauissimorum aliorum. Locus Exo. 22. v. 18. probatur etiam à causis propter quas solet quis morte damnari. Explicata Carolina constitutio. Defensa ignis pœna. Vtrum iudici liceat pœnam pro lubito suo minuere. quando peccetur remissione. commentar. in cap. Episcopi. 26. quæstio. 5. vnde desumptus canon & cuius auctoritatis. Explicatus ostensus nihil pertinere ad striges nostras.

SECTIO XVII.

De libris Magicis.

Quomodo & quibus prohibiti, & ad quos deferendi. Non absoluendi, qui retinent. Quæ pœnæ retinentium. Episcopis an quia tales, liceat legere. Cui competat dare veniam legendi. Quid de auctoribus seu scriptoribus eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO XVIII.

De Eucharistia morituris præbenda.

Consuetudo multorum locorum, non dari; quando tolerabilis. Nauarri sententia explicata. Iuri communi receptum vt præbeatur. Cautelæ quædam circa hoc. Confessio nunquam deneganda. Vnctio extrema non danda damnatis.

SECTIO VLT.

An corpus sepeliendum.

Quid de ijs qui in carcere se occiderunt? quomodo intelligendum quod crimina & criminum pœna morte extinguantur, contra communem. Quomodo peccent qui arma vel instrumenta necis reo suppeditant, quibus se interimat. De ijs qui moriuntur sine culpa sua ante sententiam. Ius contra mortuum agendi quot annorum spacio præscribatur.

MARTINI DEL RIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERI, DISQVITIONVM MAGICARVM LIBER V.

DE OFFICIO IVDICVM CONTRA maleficos, siue de processu iudiciario in crimine magiæ.

VERE Comicus, *Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet nouæ; Aliquid semper moneat, vt quod nunquam te facturum putabas, id post facias tamen.* quis credidisset me, post annorũ viginti felix a Tribunalibus ad Religiosæ vitæ transfugiũ, ad hac Masuri rubricam redituru*m*? redeo tamen; non vt coram me reus palleat, non vt Quæsitor sedeam; vel vt Quadruplatori aures præbeam; sed, vt iudicibus consulam, quibus ex librorũ confusa congerie, aut vsu vario nimis arbitrariorum hodie iudiciorum, ista minus libuit, vel licuit, ad crimen dẽ quo nunc agimus aecommodare. Nã quibus nec ocium deest, nec volũtas, fateor de fontibus ista hausturos non difficulter; haut scio tamen an ea methodo, & ad conscientiæ securitatem directione. Certè confessarijs, quorum plerique nudi Theologi sunt, in re, ne iuris quidem peritis plane pernecessaria, nõ inutilis opera mea futurit; quorum potissimum gratia, me diebus aliquot antiquo iterum ludo passus sum includi. Sequar ipsum iudicij ordinem, qui ordinarius; & rem in sectiones partiar; & legum vestigia eorum, quos æquiùs, meliùs, & prudentiùs de latrunculatorijs hisce locutos arbitrabor, Clarum, Bossium, Simancam, & alios, præcipue Prosperũ Farinacium insignem, non lectione tantum, sed & vsu, Iurisconsultum.

SECTIO I.

An in hoc crimine seruandus ordo & processus ordinarius.

CONstat inter delictum, crimẽ, maleficium a iuris interpp. differentiam aliquam statui *a* quæ tamen nostro instituto parùm idonea est, ideo, vt solent etiã alij DD. *b* ista pro ijsdem nunc sumo, & præsuppono sorti legij siue maleficij crimen esse publicum, mixti fori & commune; de quo, si a laico committatur, vterq; iudex potest cognoscere, Ecclesiasticus & laicus; item esse crimen nominatum, siue ordinarium; eo sensu vt habeat nomen certum, & etiam pœnam certam iure præfinitam: esse tamen crimen extraordinarium, & exceptũ; eo sensu, q*u*o in eo quædam obtinent peculiaria, & quòd sub generali legis dispositione

a *Vide Bar tol. Tageum practi. crim. p. 1. nu. 2. et Tib. Decia. tract. crimi. p. 1. l. 1. c. 1. & l. 2. c. 3.*

b *vide DD. in l. 1. C. si si adu. delic. & Blanc. in pract. crimi. §. iuris ind.*

Universidad de Deusto Biblioteca

spositione non continetur, vt nec crimen læsæ Maiestatis, aut hæresis; ad q̃ constat maleficium pertinere, quæ est sententia DD. cõmunis, *a* & verissima; esse quoque crimen enormissimũ, grauissimum, atrocissimum, quia in eo concurrunt circunstantiæ criminum enormissimorum, apostasiæ, hæresis, sacrilegij, blasphemiæ, homicidij; imò & parricidij sæpè, & concubitus contra naturam cum creatura spirituali. & odij in Deum; quibus nihil potest esse atrocius. Pendet quidem à iudicis arbitrio pensare grauitatem delicti; vtrum sit atrox, vel atrocissimum: *b* sed tamen debet iudex hoc arbitrium suum moderari ex circunstãtijs delicti, quas optimè explicat Prosper Farinacius; *c* hic verò concurrunt non paucæ, primò quòd delictum est mali exempli, & cuius noxa, vt cancer serpit, attestãte experientia. Secũdò solet nocturno committi tempore, quando minùs sibi homines cauere possunt. Tertiò cõmittitur clam, & proditoriè, siue per insidias insidiosas; cuiusmodi homicidia sunt grauiora. Quartò solent lædere eos, quibus sunt coniunctissimi; dominos, fratres, patres, liberos, cõuiges, sodales, collegas, familiarissimos quosque. Quintò peccant ex consuetudine quadam delinquendi, immò quasi assiduè: nam semper malum aliquod machinantur, Diabolo incessanter eas stimulante, & quotidianum pensum exigente, adeo vt vel poculum vnum, vel vas aliud, si plus nequeunt, frangere cogantur, vt testantur Remigius, & alij. Sextò quia delicto huic infligitur pœna atrocissima, nempè incendij. Septimò quia delictum hoc committunt animo plane deliberato, dolo manifesto, & (vt loquuntur practici) *appensate*: quod indicat perseuerantiam, & complacentiam in crimine.

Secundò sciendum est, quod licet in pœnis irrogandis ampla sit arbitrandi potestas iudicibus concessa; tamen, sine grauissima causa non licet iudici pœnam à lege statutam excedere. (ratio quia iudicem magis commendat misericordia, quam seuæ ritas, vt varij Canones, & leges docent) *d* nec etiam illi licet eam minuere, sed debet iuris rigorem hac in re sequi. *e* hanc esse D. Thom. sententiam, & communem Iurisconsultorum indubitatam benè probat Farinacius *pract. crim. q. 17. nu. 5.* qui *n. 7.* etiam docet ex sufficienti causa posse iudices pœnas à legibus indictas nõ solum minuere, sed etiam pro suo arbitrio augere, & hoc sensu omnes pœnas delictorum hodie, iuxta facti, & personarum qualitatem, ab arbitrio iudicis dependere, idque etiam obtinere, quoad pœnas consuetudine, vel statuto introductas; & quando iudices iurarunt statuta obseruare; & quoad pœnas omnes tam principales, quàm accessorias; & in quouis crimine, etiam hæresis. Quod intelligendum ante sententiam: post sententiam enim non potest iudex pœnam augere, vel minuere, nisi consulto principe: (excipitur crimen hæresis in quo solo, reo ad fidem reuerso, potest sententia mitigari: *f* & puto hoc obtinere etiam in maleficio, & praxis docet. Sæpè enim iudices, quas damnarunt vitas exuri, iubet strangulari, uel decollari (vt factum annis superioribus Strabuleti, in causa Ioã. de Vaulx.) Intelligendum secundo, de iudicib. ordinariis; & maioribus, & non prohibitis hoc facere, & quando id non vergit in partis præiudicium. dico *ordinarijs*, quia delegatis oc non licet; nisi ex causa, delegatis principum, vel maioris magistratus, qui delegato suum tribuit arbitrium. dico *maioribus*; quia minoribus magistratibus id non permittitur, nisi consulto principe, vel nisi causa, quæ mouet, sit intrinseca, & cohærens delicto. Dico *non prohibitis*; quia si statutum expressè id prohiberet, vel verba statuti pœnalis imperatiuè ad iudicem dirigerentur, vel statuto alio caueretur verba statutorum, vt iacent, seu ad litteram accipienda: non liceret pœnã mutare. Dico, *quando id non vergit in præiudicium partis*; quia quando pœna est applicanda parti læsæ, vel denuncianti, et cæt. non potest de hac pœna iudex detrahere. Denique iure communi hæc potestas pœnæ arbitrariæ, sic limitatur vt licet ex causa iudex possit pœnam mortis ordinariam commutare in

a Vide DD. in l. vlt. C. de accusat. Prosperus Farina. pract. crimin. q. 18. nu. 60.

b Ex cõmuni sententia iux. Clarum practic. crimin. §. 1. Villal. et Sar. in Thes. com. opin. c Pract. cri. d. q. 8. à n. 63.

n. 2. c. nam-que. ea. vo-iustitia. c. li-cet 45. d. i-rex. c regn-22. q. 5. d. n-spicien-dum. l. hodie. ff. de pan.

e §. ut-Auth. de-dic. c. de-fis. de ep-deleg. c. li-de pan.

f C. ut e-missi. §. n-non. de h-ret. in 6.

a lib. 8. D. de publ. iud.

b lib. 16. C. de pæn.

d C. discipli-

in aliam mitiorem, tamen non possit mutare in aliam mortis vel corporis pœnam (vt puta pœnam ignis, in pœnam laquei, vel flagellationis vel mutilationis membri, vel triremium, aut similes corporis afflictiuas pœnas) sed debet commutare in pœnam carceris, exilij, pecuniariam aut similes, de facto tamen, & consuetudine plerisque in locis contrarium constat obtinere, ut etiam in alias corporis afflictiuas, & quascumque mitiores pœnas, ex causa, commutare soleant. Secuti in his sumus communiores DD. sententias, vt patet ex Farinacio *d. q. 17.*

In his autẽ semper iudici velim ante oculos esse illud extremum iudicium supremi tribunalis, de quo sunt sequentes rythmi veteres.

Iudicabit iudices iudex generalis,
Neque quidquam poterit dignitas Papalis;
Siue sit Episcopus, siue Cardinalis,
Reus condemnabitur, nec dicetur, Qualis?
Ibi nihil poterit quicquam allegare,
Neque quid excipere, neque replicare,
Neque ad Apostolicam sedem appellare,
Neque codicillos Cæsaris citare.
Reus condemnabitur, nec dicetur, Quare?
Cogitate miseri, quid vel quales estis,
Quid in hoc iudicio dicere potestis.
Hic non erit Codici locus, nec Digestis,
Idem erit Dominus, iudex, actor, testis.

His suppositis ad quæstionem respõdetur, non arctari in hoc crimine iuditem ad priscas sollemnitates, neque ad ordinem illum publicorum iudiciorũ antiquũ, quem exoleuisse scribit Paulus I. C. *a* sed tamen teneri sequi eum ordinem iuris, qui æquitati naturæ consentaneus est: cum præterea, quem in criminibus priuilegiatis siue exceptis, iura communia & particularia locorum præscribunt: quem qui turbet aut negligat, eius iudicialia acta nulla forent: *b* licebit tamen iudici recedere a communi aliorum criminum praxi, in hoc delicto vindicandos quatenus peculiaria quædam hoc crimen exigit, de quibus postea, atque ita censeo conciliandas contrarias quorundam Iuristarum *c* sententias, non satis distinctè loquentium.

c Bodini in Dæmonom. lib. 4. & Godelmann de lamijs lib. 3

SECTIO II.

Quomodo inquisitio in hoc crimine instituenda?

INquisitionem voco (vt solent I. C.) delicti informationem iudicis officio & auctoritate factam: *d* ea vel est generalis, quando index in genere quærit quis sit delicti commissi auctor vel specialis, quando inquirit in personam certã, de cuius delicto certior factus fuit per accusationem, vel per denunciationem, vel alium modum. Vt autem valida sit inquisitio docet Farinacius *e* (qui optimè hãc materiã prosequitur) requiri sequẽtia: primò, vt in genere saltem constet delictum esse commissum, quod intellige quoad ea peccata, quæ in actum & perniciem externam eruperũt, debet enim constare segetes corruptas, infantem occisum, &c. quoad peccata verò intellectus, vt hæresim, vel voluntatis, vt pactum cum Diabolo, confessiones, concubitus cum diabolo & huiusmodi difficillimæ indagationis, nõ solum potest inquiri contra eas, licet non constet de corpore delicti; sed etiam sunt condemnandæ, si dumtaxat dicant se ad commentum delatas, *vt benè Arnald. Albert. de agnosc. assertio. Cathel. & Iuret. q. 25. & Farinac. q. 2. numero 26:*

d Iul. Clar. pract. crim. q. 3. Damhaud. tit. de inquisit. c. 8

e pract. crimi. q. 1. cum segq.

Secundò vt præcedat aliqua saltem accusatio, quod etiam iure Canonico obtinere verius est; *f* sed huic hodie conditioni, generali consuetudine derogatum est: reputatur enim inquisitio remedium ordinarium, & in omnibus delictis potest ex mero iudicis officio citra accusationem ullam institui; *g* semper tamen necesse est, vt adsint alia aliqua loco accusationis, vt puta denunciatio, fama, vel indicia, de quibus statim.

f cap. fors. §. iudicium de verbo significi Clarus d. q. 3. Menoch. consil. 160.

g Gome. variar. resol. to. 3. de del. ct. c. 1. nu. 49.

Tertiò requiritur quo ad formam,

Clar. d. q. 3. §. sed cæterè Dec. cas. 18. & alij.

vt inquisitio sit certa, specifica & clara, ita continens delicti qualitates & circumstantias, vt per eius incertitudinem, generalitatem, vel obscuritatem nō tollatur reo defensio a ideo deber in ea explicari locus & tempus; scilicet non dies, (nisi citra calumniā, ex iusta causa, id reus petat, & iudex diem sciat) sed annus ac mensis; commissi delicti, ex sententia veriore & communiore b quoad inquisitionem specialem: nam quo ad generalem verius est, hanc expressionem loci & temporis non requiri: in speciali quoque hoc locum tantum habet de criminibus quæ temporis momento committuntur; non verò ijs, quæ successiuo tractu, in quibus locus & tempus nō potest ita designari, vt sunt crimen læ læ Maiest. hæresis & similia c: & ideò idem de crimine magiæ dicēdū, hanc additionem in eius inquisitione non esse necessariam. Quod si aliquæ qualitates expressę in inquisitione nō probarentur; tunc si additæ fuerint clausulæ, *de omnibus & singulis*, vel; *se non ad stringens*, vel; *meliori omni modo*, vel crimen sit non iterabile, (vt homicidiū in eandem personam) vel constet ex confessione rei de crimine, vel quādo qualitas illa verē delictum non aggraubat, nec alterabat; his casibus reus adhuc esset condemnādus; alias foret absoluendus.

a *Libellorū. D. de iuc causa. Vide pel Iuresp. cri. lib. 1. Boss. de inquisit. nu. 75.*

b *Menoch. cōs. 100. Ofasc. cōs. 64. & 65. Dec. consil. 28.*

c *Menoch. cōs. 100. De cis. d. consi. 18.*

Quartò requiritur præcedere indicia ipsam inquisitionem; quæ sententia communior & æqua est; contraria verò quorundam, d est periculosa & iniqua prorsus e; etiam si iudex habeat liberum arbitrium, & licet inquisitio ex mandato Principis fieret; nisi tamen Princeps, non ad partis postulationem, sed motu proprio, mandasset contra aliquem inquiri, & asseueret eum deliquisse, idq; ad suam notitiam peruenisse. Qua tamen in re cauendum valdè Principibus, ne facisse talia mandata dent: facillimè enim circumuenitur a delatoribus Principū bonitas atque credulitas, eosque sæpè ex nimis credulis facit crudeles. quæ verò sint legitima indicia mox videbo.

d *Tiber. De cr. cons. 18. nu. 55. in 1. vol.*

e *Vt post Ange. Plot. Aymo. Rui. Clar. Ceph. Rol. a Val. Mascard. et alios docet Prosp. Fari. q. 1. n. 89.*

Quintò requiritur diffamatio seu fama; non ab accusatoribus rei, sed ab alijs quoque hominibus fide dignis, nata. Sed magna hic difficultas oritur circa istud quintū requisitum, an semper necessarium sit famam precedere, etiam quando alia suppetunt indicia. Nam D D. videntur nimis generaliter loqui, & consuendo eorum dictis parum consentanea videtur. Putarim posse illos conciliari, vt dicamus; si sint alia indicia sufficientia, & legitima, non opus esse diffamatione, quo in speciali quidem inquisitione: si verò illa, omnino requiri diffamationē, quādo incipiat ab inquisitione speciali f Sed si incipiat ab inquisitione generali formata ex mero iudicis officio, tūc non videtur necessarium, vt præcedat diffamatio; sicut solet practicari, (teste Claro g) quia cōmisso aliquo delicto, hodie iudices non procedunt a speciali contra aliquem inquisitione incipientes, sed a generali informatione & inquisitione, quis illud delictū cōmiserit? & tunc sic in genere primùm interrogantur testes, an sciant quis commiserit? si negent, an sciant aliquem diffamatum de delicto illo commisso? & si aliquem huiusmodi testes nominent, tunc contra hunc specialem instituunt inquisitionem, si aliqua adsint nominationi legitima indicia ad inquirendum, (quæ indicia sunt loco diffamationis.) si sufficiant indicia ad capturam, capitur nominatus; si capi non potest, monetur & citatur ad comparendum, & se expurgandum; si non comparet, in contumaciam bannitur: quæ omnia esse praxi recepta & iuri rationique cōsentanea docet optimè Prosper Farinac. h Et sic posset iudex etiam in crimine magiæ procedere per inquisitionem, non attenta diffamatione, in casu quidem proposito. Requiritur autem præterea diffamatio quando iudex procedit ad partis querelam atque accusationem: quæ est communis sententia. Non tamen improbabiliter quis defenderet, tum accusationem supplere defectum diffamationis, vt videtur velle Clarus i. Debet autem

f *Sic intelligēdi DD. cōiter loquentes, quos refert Prosp. Farin. q. 1. num. 1. 50. maximè Bellon. a Valle cōs. 57. n. 4. Clar. reprehendit.*

g *Practicami. q. 6. ubi præterea fallas.*

h *d. quæst. q. 9. circa fin.*

i *d. quæst. sed an ex quo fit postulatio*

autem hæc fama primò esse orta a fide dignis, & non maleuolis personis, vel futilibus; debet esse vehemēs, & quasi procedens ex ore partis populi maioris; debet de ea constare per testes, saltē duos omni exceptione maiores particulariter sup fama receptos & examinatos. Hæc certa sunt ordinariè in criminibus ceteris. Nam in hæresi & læsæ maiestatis crimine, quidam limitant; & famam dicunt non requiri: a sed reuera existimo, etiam in his criminibus idem obtinere, vt fama requiratur, nisi ei⁹ loco adsint indicia & præsumptiones: quod satis apertè indicat Simancas, b a Prospero in aliam citatus sententiam. idem ergo censuerim de crimine Magiæ. Super infamia autem inquiri potest ad solam denunciationem viri probi; & cùm reperta fuerit infamia, tunc potest procedi ad inquisitionem de crimine. c

a *Vide Prosperū Farin. sup. nu. 14.* b *in prax. hæres. titu. 22. de inquis. ordin. nu. 6. & 7.* c *Ducennas reg. 398. et Clar. supra.*

Sextò requiritur, vt is, contra quem instituitur inquisitio, non fuerit aliàs de crimine hoc eodem, per iudicē fori externi absolutus, vel a Principe gratiam delicti obtinuerit; vel etiam de illo non fuerit condēnatus pœna condigna delicto, & non leuiore. idemq; dicendum etiam si absolutus esset a iudice propter defectum accusatoris crimen non probantis; si sit tamen diffinitiuè absolutus, & non dumtaxat (vt faciendum hoc casu prudenti iudici) ab obseruatione iudicij. Limita hæc primò; nisi qualitas, quæ in secunda accusatione vel inquisitione de nouo additur diuersificet delictum d (v.g. ex homicidio in parricidium.) item nisi sit crimen mixti fori (vt est crimē Magiæ) nam in hoc, si fuit punitus a iudice sæculari, non poterit iterum puniri a iudice Ecclesiastico; nisi iudex sæcularis minorem imposuisset pœnam, q̄ par erat, & quam iudex Ecclesiasticus potuisset imponere. Si verò ante fuit damnatus a iudice Ecclesiastico, tunc quia in tam grauibus criminibus Iudex Ecclesiasticus non potuit punire pœna condigna delicto, vt potest sæcularis iudex; ideò semper in his poterit iterum cōueniri, & damnari abs sæculari iudice; e quæ verissima, etiā

d *Gomez. to. 3. de delict. c. 2. nu. 27. Foller. praxi crim. Camer. cap. 33. nu. 8.* e *ca. felicis §. per hæc. de pœn. in 6. optime hoc docet Gomez. d. c. 1. nu. 40. & post plurimos Farin. q. 4. a nu. 7*

quando loquimur de pœna ordinaria & principaliter ad puniendum delictū irrogata. 3. nisi collusio & præuaricatio accusatoris, vel primi iudicis interuenerit: tunc enim iteratò poterit inquiri. 4. si fuerit absolutus vel cōdemnatus probabiliter & verisimiliter ignorante eo, qui suam vel suorū prosequitur iniuriam; quod procedit dumtaxat si sit graue crimē & magna causa. 5. nisi sit absolutus, non diffinitiuè, sed ab obseruatione tantum iudicij; vel relaxatus sub fideiussione de re presentādo; vel si purgauit indicia per torturam, his enim casibus poterit, supernenientibus nouis probationib. aut indicijs, iterum in ius duci, f id tamen intra tempus a iure ad hoc vel cōsuetudine præfinitum, & iure quidem ciuili non distinguitur inter eundem & alium accusatorem; ius verò Canonicum id alteri permittit, veteri verò siue eidem accusatori hoc non permittit. g

f *Vide Prosp. d. q. 4. nu. 26.*

Quæri solet etiam de transactione, qñ illa impediat nouam inquisitionē vel processum? breuiter ex eodē Prospero respondetur. h Si remissio delicti publici sit habita per transactionem (suppono licitam) cum parte; poterit non ab illa, sed ab alio actore iterum impeti iudicio (quia sententia facit ius quoad omnes, non autem transactio) multoquè magis a fisco, & eo reuirēte poterit iudex adhuc eundem processum prosequi, vel iterum de nouo procedere (aliud enim est ius partis læsæ, aliud ius reip. læsæ) & in criminibus atrocibus hæc transactio nihil debet diminuere de pœnæ ordinariæ grauitate. Ceterum si transactio vel compositio facta fuisset cum ipso fisco vel iudice, tunc; quia pecunia soluta successit in locum pœnæ; non posset iterum retrahi in iudicium, vel cōueniri reus iste, etiamsi noua superuenirent indicia. hæc regula procedit, 1. nisi alias constaret omnimode de delicto commisso per reum, vel ex facti notorio, vel confessione rei, vel ex probatione iudiciaria; tunc n. nō valeret ista per iudicē laicum facta compositio, & esset omnino illicita iudici,

g *vide Prosperum sup. nu. 30.*

h *sup. a nu. 31. & q. 5. per totam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

si sit facta post sententiam. dico, *causa sit*, quia nullæ præsumptiones ad hoc sufficerent. dixi *per iudicem laicum*, quia Ecclesiastico iudici permittitur pœnam sanguinis in pecuniariam commutare. licebit etiam hoc iudici sæculari, quando reus excipiet de nullitate processus, vel quando iudex aliquam iustam haberet causam recedendi a pœna ordinaria, & illam commutandi. Dixi *si sit facta post sententiã*. quia si ante sententiam, tunc iudex id faciens ex causa non iusta, peccat, sed valida est compositio: si ex causa iusta faciat, transactio valida est, & iudex nõ peccat. 2. limitatio est, si reus primum hoc delictum cõmiserit, poterit iudex sic componere; non verò si sit homo facinorosus, solitus hoc delictum vel alia patrare. tamen si de facto ante sententiam iudex cum tali facinoroso componeret; verisimiliùs est valituram compositionem; licet ipse tum peccaret. 3. limitatio, dummodò prius cum parte inierit reus cõcordiam, alioqui hanc præcedens cõcordia cum fisco iniqua est, & non valet. immo consensus ille partis debet esse expressus & euidens, non tacitus tantùm vel dissimulatus. Non valet inquam respectu partis, sed benè respectu fisci transigentis. 4. limitatio, si hæc transactio foret inita in criminibus, super quibus, vt valeat transactio, consulendus primò est ipse Princeps: & his criminibus an numero sortilegiũ hæreticale. 5. limita fore inualidam cõpositionem reo, si iudicis fraus, dolus, collusio aut corruptela interueniisset: vel si metu eam a reo extorsisset.

a *q. 6. per to. & Oddo Perusinus optimè l. 2. de restit. in integ. q. 91. & seqq.*

Quoad gratiam delicti factã a Principe, Prosper fusè admodum, sed in hanc sententiam; *a* differre abolitionem ab indulgentia Principis, abolitionem non extinguere crimen, sed tantum iudicij instantiam, ideo transacta lætitia publica, propter quam Princeps eam concedit, infra 30. dies potest accusator de nouo accusare: & ideò hanc non trahi ad crimina enormissima, nec ad omnes personas. Indulgentiam verò Principis fieri cum causa, & crimen extinguere, quare si princeps alicui gratiã faciat de omnibus delictis, vel generaliter omnib. delinquentibus, de omnibus delictis, indulgentiam concedat; talis indulgẽtia comprehẽderet etiam grauissima crimina, & notoria & liquida, & extẽderetur ad carceratos quoque & condemnatos.

Sit regula. *semel à principe gratiam criminis consecutus, non potest amplius ab ullo iudice molestari.* hæc facultas gratiã criminis faciendi competit Principibus superiorem non recognoscentibus, aut saltem habentibus regalia iura; item Baronibus & feudatarijs, si fuerit illis in investitura expressè concessa; quoad Duces, & Marchiones, & Comites, quicquid dicant alij *b* non puro hanc potestatem accipere, nisi cetera regalia iura ijs concedantur, & sic practicatur in Frãcia & Hispania, vbi hoc ius soli Regi est reseruatum. Non tñ licet supremo Principi pro lubito has gratias concedere. Non potest enim nisi prius parti læsæ sit satisfactum. *c* Non potest in homicidio deliberato, hoc enim diuino repugnat iuri; *d* ideò licet in foro externo non sit qui absolutam hãc Principis potestate impedire possit, in conscientiæ tamen foro hoc faciens peccat: nisi id faceret pro bono pacis publicæ, vel ob aliã vtilitatem reip. maximam; quod cùm de assassinis etiam DD. *e* concedant, existimem ad veneficos quoq; pertinere, vt in ijs idẽ ius sit Principi. Rarius tamẽ põt contingere, vt iusta causa huic gratiæ supperat: rarissimè quoq; legimus bonos Principes hac vsos potestate. Carolus V. Imp. Agrippæ pœnam mortis non indulsit, sed, cùm is effugisset, exilium irrogauit, & in Francia ille obijt. In eadẽ Christianissimus Rex Carolus IX. eius nominis qui vltimus fuit, Trifalino, vt socios proderet, vitam & libertatẽ permisit; non sine bonorũ offensione. Fateor si Princeps aliquam huiusmodi inualidam gratiã concessisset, licet illa foret nulla; tamen deberet reus illa vsus a iudice absolui & relaxari: ne sub fidei publicæ prætextu

b *apud Prosperum, & ipsemet sq. num. 8.*

b *in praxi inquisit. c. 11. & c. 8.*

c *Prosper de anu. maxime n. 25. post D. Thom. 2. 2. q. 67. a. 4. & Plo. mas citãd. n. 55*

c *Sil. lib. 3. de Strigim. & dem. ad mat. c. 1. Io. Vieus lib. 3. Dialogo, strix.*

d *opt. hã docẽt Bapt. Plot. tract. consil. crimin. cãsil. 35. a num. 46. Plaza in Lapit. delict. 10.*

d *Bullarbo rum edidit Simancas. tit. 53. edict. 87. de confirmate. Bulla Iulij II. memini Petrus Soprn.*

e *Plot. sic Ioseph. Lodou. Decis. Lucens. 1. Lud. peg. decis. cxx num. 13.*

e *c. necessarium, §. sanè de hær. in 6. c. 1. 26. q. 5. § cæterũ. 26. q. 2.*

f *d. §. sanè Halen. p. 2. q. 184.*

decipiatur, & sic practicari in Italia & Hispania docent grauissimi scriptores, apud Prosperum Farinac. qui illos sequitur. *a* quod puto intelligendum, quoad primam apprehensionẽ. nam si semel apprehensus & tũc relaxatus, deberet commonefieri de nullitate gratiæ, itaq; vt sibi caueret in posterum vel impetraret gratiam aliam, manere enim punibilem & pœnæ obnoxium: quod si negligeret, posset a iudice capi & puniri. Tunc n. vnica illa ratio praxis huius planè cessaret, neque iam dici posset sub fide publica deceptus. Equidem cum lex nulla (quod sciam) huic dicto repugnet, & DD. illi non satis clarè proponant, an quo ad primam tantùm apprehensionem, an quoad seqq. quoque loquantur, & publicè interfit delicta puniri; omnino arbitror conscientijs iudicũ, quod dico rutissimum fore. Hæc de sexto requisito.

Septimò requiritur in hac inquisitione; quod in omnibus actibus iudiciarijs, vt fiat a iudice cõpetente: quẽ constat in hac materia esse tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem iudicẽ, nẽ fidei inquisitores; quibusdam tamen casibus: quos benè Simancas. *b* Inprimis quia solent venefici, & Striges fidem Catholicam abnegare, vel saltẽ ea dicere, & perperrare quæ sapiunt hæresim, *c* ideò ab Innocẽt. 8. Iul. 2. Leone 10. Hadr. 6. Pontificib. hoc negotium inquisitoribus fuit demandatum. *d* De sortilegijs propriè dictis (hoc est diuinationibus illicitis) non debent inquisitores fidei cognoscere, nisi sortilegia hæresim saperent manifestè: videlicet si quid impium & hæresim præse ferens admisceretur, vel si crederet sortilegus aliquid diuini inesse sorti. *e* Idẽ dicendũ de coniectoribus suspectis reliquis, q facilè in infidelitatem incidunt, & vel dæmonem adorant, vel cum eo fœdus habent, vel credunt eum futura contingentia certò scire, vel abutũtur sacramẽtalibus *f* In cæteros superstitiosos inquisitores fidei, sine facta sint atrocia, siue sint dicta, non inquirunt; nisi qñ sapiunt apertè hæresim; vt baptizare scienter iam baptizatum, vel baptizare imaginẽ: quoad superstitiosos verò magos quia, (vt ait Cipr. *libr. de duplici martyrio*) *qui magicis artibus utuntur, tacitè Christum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus*; vixq; fiat vt non vel hæreticum quid credant, vel hæresim sapiens faciant; ideò vix vnquam incidet vllus talis, quin cõtra eos Inquisitores possint procedere; & poterunt quoscunque iudices cõpellere, vt ad se mittãt acta contra hæreticos huiusmodi magos facta. *h* In omni verò iudice illud cõe hic quoq; est; vt reus debeat esse subditus iurisdictioni inquirentis ratione delicti, domicilij, vel originis *i*, vel etiam rõne conuersationis per decẽ annos in aliquo loco, *k* & non minoris spacij, idq; de delictis tantũ commissis alibi durante hoc decẽ annorum spacio; quia tam longa cõuersatio domicilij electi rõnẽ habet: operari tamen hoc nõ põt quoad delicta prius cõmissa. Sunt & aliæ multæ causæ tribuentes iurisdictionem, quæ in nostra materia minus considerandæ sunt, quia vix vnquã, vt dixi Sortiarię nostræ carent hæresi; hæretici verò coram pluribus iudicibus ac diuersis iudicijs possunt conueniri, *l* & vbicũque locorum reperiantur possunt a loci iudice puniri ex cõi sententia praxi recepta: *m* habet enim hæresis crimen causam in se continuã, & successiuum, & ideò vbicunque hæreticus versatibi delinquere cẽtetur, *n* quæ ratio in sortiarijs efficacissima est, quę vix pedem, sine loci damno & nouo crimine, vspiam figunt.

Octauò requiritur in sortilegijs & maleficijs non hæreticalibus nec enormibus, vt intra 20. annum a crimine desito, inquisitio instituatur nam spacio 20. annorum reus præscribit ex communiore, & veriore sententia: *o* sed quando maleficium vel sortilegiũ coniunctum est cum hæresi, nulla tẽporis præscriptio reum potest iuuare, imò & post mortem, ratione hæresis, poterit inquisitio institui. *p* immò etiam quandocunque tam graue est maleficiũ vel sortilega superstitio, vt exceptum vel enorme crimen cen-

g *glos. & DD. in c. nec cuiusquam. 8. sanè de hær. in 6. Oldra. cons. 210.*

h *c. præsidentes. c. ut officium. §. denique, c. ut commissi, de hær. in 6. c. cũ Bertold. de re iud.*

i *l. 1. C. ubi de crim. agi oport. c. si diligẽ. de foro cõp. vide Couar. pract. qq. cap. 11. nu. 3.*

k *Bossi. de for. cõpet. n. 72. Fari. q. 7. nu. 5. & seqq.*

l *vide per hoc l. 9. de hær. in 6. Gabr. li. 2. titu. de iud. concl. 1 nu. 19.*

m *Duẽ. regu. 378. Nouel. reg. 220*

n *Arna. infra. de agn. assert. Cath. & hær. q. 25 Penna. in direct. inquis. Schol. 45. post multos, Farin. q. 7. num. 9.*

o *Vide Farin. q. 10. in prin. & q. 11 lim. 8.*

p *vid. Far. d. q. 10. nu. 29. & 37.*

seri debeat, poterit quâdiu viuit reus inquisitione pulsari: *a* & quâdo fuerunt apostatæ vel hæretici tunc etiam pœna pecuniaria, quam defunctus debebat, ab hæredibus est luenda; *b* vt puto, vsque ad annum quadragesimũ, nec minori tempore præscriberent hęredes; *c* quantumuis in crimine læsæ Maiestatis humanæ quinquennio prę scriberent. *d* Ex his sequitur, diuturnitatem temporis octo, vel decem, vel amplius annorum, siue a delicti commissi, siue à reatus die sumas, in his criminibus nihil prodesse ad pœnæ diminutionem, de ipso delinquente sumendam. ratio est, quia in his criminibus, nulla præscriptio potest reo suffragari, vt benè Farinac. *d.q.10.nu.90.*

Nonò requiritur, secundum ius cõmune, vt contra absentem non fiat inquisitio: sed regula ista fallit in crimibus exceptis, summò de consuetudine, etiam in alijs criminibus potest formari inquisitio contra præsentes, & contra absentes, siue sint contumaces siue non, *e*

a *Mascard. in l. qui falsam q. 1. n. 1. D. ad l. Cor. de falsi. Carr. tract. de homi. §. 28. num. 7.*

b *post Peregrinum de iu. fisci lib. 4. Farinac. d.q.10. n. 76.*

c *ca. 2. de præscr. in 6*

d *l. 2. C. de apost. Vi de Gom. 3. p. de delict. c. 1. n. 81. Farinacii q. 25. num. 159.*

e *post Clarum Farinacius q. 1. nume. 69. & quæst. 11.*

SECTIO III.

De indicijs optimis ex quibus iudex in hoc crimine tuto potest procedere.

COnstat eò clariora & verisimiliora, & propinquiora requiri indicia, quò actus iudicialis maioris præiudicij fuerit reos: vt ad condemnationem, quàm ad torturam; ad torturã, quàm ad capturam; ad capturam, q̃ ad inquisitionem. hoc suadet naturalis æquitas, & receptum est communi consuetudine, & probatum Bruno *tract. de indic. 2. p. q. 6. nu. 4.* & Bossio *tit. de inquisit. nu. 61.* quod etsi improbetur alijs, *f* tamen reuera est consentaneũ planè rationi; nec video cur corruptela vocari debeat, docet hoc benè Farinac. *d.q. 1. nu. 47.*

f *Claro q. 20. num. 3. Rol. a Valle & alijs.*

Constat secundo quod indicia quædam sunt leuia, quædam grauia; quædam grauissima; & leuia, suspicionẽ gignunt tantum, vel ad summum simplicem præsumptionem; grauia verò, gignunt aliquid vltra simplicem præsumptionem, minus tamen semiplena probatione; grauissima verò gignunt semiplenam probationem, vt minimum. *g*

g *Clarus § sup. n. 1.*

Constat tertiò quæ sint leuia, quæ grauia, quæ grauissima, hoc ordinariè pendere a iudicis arbitrio; eumq; iudicare debere, personarum & rerũ circumstantijs rutinatis, quæ indicia ad quid sufficiant; *h* quod arbitrium debet ille dirigere ad normam iuris scripti, vel consuetudinarij, & receptas interpp. opiniones, & praxim patriæ. *i.*

h *Conrad. Lacellot. in pract. tit. de inquisit. n. 33. Farinac. 8. nu. 46.*

i *Farinac. sup. Binsfeld. in l. vlt. C. de maleff.*

Inquisitio generalis potest aliquando formari non præcedentibus vllis indicijs, sed puta duntaxat ex notificationibus seu informationibus extraiudicialibus; in qua si vocati & examinati testes aliquem particularem nominant, tunc contra nominatũ potest formari specialis inquisitio; *k* sine indicijs verò vllis, non liceret incipere a speciali contra aliquem inquisitione; si tamen iudex procederet, posset reus opponere de nullitate inquisitionis, ob defectum indiciorũ; si reus nõ opponeret, tunc adhuc valeret processus. nam hic defectus non inualidat, nisi reus opponat. *l*

k *Clar. q. 5. vers. sed etiam.*

Ad assumendas ex officio informationes super delicto sufficiunt indicia leuia; sed ad transmittẽdam reo inquisitionem, siue ad eũ citandum pro delicto, necessaria sunt indicia grauia. *m* Quoad capturam, si fiat tantùm ne reus fugiat, interea dum fit inquisitio; sufficiunt leuia indicia: si verò fiat, vt specialiter contra eum procedatur, necessaria sunt grauia. Ad torturam mea sententia sufficiunt indicia plus quàm grauia: & arbitror à Claro grauia vocari, quę cõmuniter grauissima; sanè vt docet Farinacius *n* ea deberent esse indicia tam vrgentia, & luce meridiana clarioria; vt iudex sit quasi certus de delinquente; & vt nihil aliud ipsi desit, quàm rei confessio: quod intelligendum, non in genere probationis, sed in genere indicij: hoc est quæ sunt apta ad plenè persuadendum animum iudicis, non tamen ad plenè probandum. Stat enim

l *Fran. Boccius cõs. 70. n. 26. lib. 2. Ioan. Mat. Monticel. pract. crimin. reg. 1. Farinac sup. n. 49.*

m *Clarus n. 2. & 3. Farinac. n. 48. Osasco cõs. 64. n. 5 n. 9. 36. n. 3.*

enim iudicem esse persuasum de culpa rei, & reum esse noxium, etiamsi hoc non sit plenè probatum, quia deest confessio rei, vel aliqua alia probatio, quando ergo iudex sic putat se habere plena indicia, potest procedere ad torturam: sed si haberet plenas probationes, tunc deberet procedere ad condemnationem. *a*

Hæc indicia volunt Dd. debere ad torturam esse proxima delicto, & nõ remota (v. g. quod testes deponant de ipso delicto, vel de visu) sed intelligendi sunt, quando vnicus testis deponit, & indicium non est confirmatum alijs indicijs, ordinariè enim debent indicia remota grauia probata esse per duos testes, etiã in crimine hęresis, *b* nec sufficeret vnus testis omni exceptione maior, sed debent esse duo omni exceptione maiores: ad inquirendum verò sufficerent non omni exceptione maiores. præterea ad probandum indicia hæc remota (de quibus tantùm agimus) testes debẽt illi esse non singulares, sed contestes, siquidem indicia sint planè remota; si verò sint nõ multũ remota, sed quasi adminicula quædam delicti, plurium singularia testimonia virorum bonorum sufficient. *c* maximè quãdo hęc testimonia omnia sub eodem crimine quasi subordinantur, vt si dicat vnus se vidisse aliquid ponentem sub ianuæ limine, & equos postea mortuos; alius quod vidit tangentem puerum, & hunc mortuum; tertius q̃ vidit proijcientem puluerem, & subsecutam tempestatem. hæc enim omnia in vnum tendunt finem, & ideò hæc singularitas adminiculatur potiùs, quàm obsit. *Alexan. consil 13. lib. 7. Gomez. tom. 3. c. 12. num. 12. Mynsing. obseruat. 100. centur. 2. And. Gail lib. 2. obs. 66. optimè loquitur hac de re Simancas in praxi tit. 35. a nu. 34.*

a *l. si l. additio. C. de ꝓ ba. l. q sunt. C. de pœn. l. fi. C. de custo. reor.*

b *Clar. q. 22. in prin. Far. q. 37. num. 13. & seqq. Gome. lib. 3 de delict. c. 13 n. 1. & 19.*

c *Vide Farn. n. 38.*

Proxima indicia etiam requirunt duos testes quãdo non sunt immediatè de ipso delicto, sed de adminiculis proximis: sed si sint de ipso delicto, ad torturam sufficit vnus exceptione maior. *Farinac. optimè nu. 41. qui etiam seqq. numeris multa ponit dignissima obseruatu.*

Sed nunc veniamus ad singula indicia. *Primum* ergo est INDICIVM PER TESTES. Sufficit autẽ in hoc crimine vnus testis ad inquisitionem particularem instituendam, etiã si sit alias inhabilis; sed si sit testis legitimus & exceptione maior, est sufficiens ad torturam, iuxta Clarum *q. 21 num. 1.* cuius dictum nimis indistinctè vsurpat Godelm. *lib. 3. c. 3. nu. 13.* tu explica, iuxta iam a nobis dicta ex Far.

2. *Indicium* est NOMINATIO SOCII CRIMINIS: hoc etiam indistinctè ponit I. C. ille Francofurt-more suo; sed accuratè pũctũ istud tractauit Dominus Binsfeldius, quem qui plura volet poterit legere; vt & Prosperum Farinacium insignè I. C. *d* Sciendum communẽ esse Dd. sentẽtiam, maleficos & mathematicos de consocijs interrogari & torqueri posse; quod & iure ciuili cautum, *e* & omnium praxi receptum est: *f* immo & iudicem teneri interrogare, & reum in conscientia teneri denunciare socios; quos nescit immo præsumit non se correxisse, nec destitisse à crimine; est sententia Theologorum. *g* Iudex hoc facere omittes peccat grauiter: contra iustitiam, quia nõ occurrit & impedit mala reip. & priuatis inde imminẽtia, quę tenetur impedire: & idcirco tam priuatis, quàm reip. eum teneri ad restitutionem omnium damnorum inde redundantiũ. vult communem esse sententiã Theologorũ (vt est) Binsfeldius; *h* qui addit ex Soto & Nauarro, teneri etiã confessarium huiusmodi reos admonere, vt socios non correctos denuncient, quod si nolint facere, nõ debere eos absoluere, si absoluat peccare. Quod si reus sciret aliquẽ ex socijs esse conuersum, neq; periculum esse, ne ad vomitum redierit vel sit rediturus; tunc non posset illum nominare, nec confessarius, volentem talem nominare, posset absoluere.

Sed quædam circa hanc rem sunt explicatiùs tradẽda. fusè docet Binsfeldius, iudicem debere credere reo socios casus excepti denuncianti: frustra enim adstringeretur ad interrogan-

d *Binsfeld. de conf. malef. memb. 2. Far. de ind. & tortu. q. 43.*

e *l fi. C. de maleff.*

f *Vide Farin. d. q. 43. nu. 67.*

g *D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. Caiet. to. 1. trac. 31. responsi. 5. ad Cherubi. & ad d. a. 1. Castro, Sot. Angl. Nau. citati a Binsfel.*

h *sup. fol. 284. cum seqq.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogandum, si nõ deberet ei fidem habere. Certum est aliquam habere debere, sed quantã & ad quid, nunc videamus. Gignit denunciatio idoneã præsumptionem contra socios, *a* si se quentia cõcurrant. nẽpe si non sit de fœtus in personã, qui eleuet fidem. huiusmodi autẽ defectus rarò cõtingit. Admittuntur.n. infames: tales sunt omnes cõplices; ideò minùs fidei meretur eorũ testimoniũ, quàm virorũ bonorũ; admittuntur tamẽ ad denunciationẽ & testimoniũ, quia vix possunt alij haberi, & malefici nõ solent hoc crimen nisi corã complicibus cõmittere, & solis illis detegunt: & infamiæ hoc impedimentum, est iuris positiui: ideò lex potest in eo dispensare ex iustã causã, vt fecit. debet tñ iuxta nonnullos *b* hæc complicis denunciatio esse facta in tortura, eò quòd cùm sint infames, parùm illis extra torturam credendum: reprehendit hãc sententiã, quæ tñ cõmunior videtur, Simancas, *c* & ait ei' auctores sine lege & ratione loqui. rationẽ iã dixi, & fauet *c. illi qui. 5. q. 5.* & hoc expressè requirit Carolina constitutio, quæ in imperio seruanda est. Nec Simancæ opinio alibi locũ habere põt, nisi forte, vt ex dicto socij extra torturã procedatur ad inquisitionẽ: nimquã, vt ad torturam: immò non sufficeret, si reus statim ac à torturã depositꝰ erit, hoc diceret: sed debet tortura speciali ter adhiberi pro cõfirmatione suæ depositionis: nec sufficeret prima tortura, in qua reus suũ delictum cõfessus est, *sic Clarus §. vlt. q. 45.* Antequã vero specialiter torqueatur pro confirmatione depositionis illiꝰ in torturã, in qua suũ crimen fassus, factæ, debet eandem depositionem sponte ratificare, non secus ac ipsam principalẽ delicti confessionem, *Marsil. §. diligenter, n. 153. Carrer. de indic. & tort. §. actauum indicium. n. 17 & 22.* poltea poterit corã nommato, ad cõfirmationẽ suæ cõfessionis; & vt socios magis afficiat, & vt defectũ infamiæ expurget, & ad omnẽ alrũ bonum effectum, iterũ subdit torturæ, sed admodum leni. *Sic post Bess. Vulpel. Clarum, Farinacium q. 43. n. 139. qui testatur sic Romæ practicari.*

Item requiritur vt nominator nihil iræ vel rancoris habeat vel odij cum nominato; quod iudex debet diligenter attendere, & quærere: nam inimici nominatio, nullã fidem faceret: *d* ita sanè si sit grauis inimicitia, tum enim hoc impedimentum est iuris naturalis, nec lege vel statuto posset tolli. *e* Minorẽnium testimonium ad inquirendum potest vsurpari, non ad torquendum, nisi meliora & plura accedant indicia: *f* feminarum, propter sexus infirmitatem & leuitatem, plures denunciationes sunt necessariæ, quàm virorum, puta trium vel quatuor pro vno viro. Et hęc omnia locũ habent in hoc crimine, etiam quoad coniuges, parentes & liberos. *g* Secundo requirit ex parte indicis, vt nõ interrogarit veneficum *de facto* aliquo in indiuiduo, sed in genere, *de socijs*, nõ de hoc vel illo: quia hoc foret suggerere, non inquirere, *h* & hoc cauet Carolina constitutio; sed alij Dd. volunt hoc procedere quando non concurrunt alia indicia vel præsumptiones contra singularem personam: nã si aliqua indicia, vel indiciũ aut præsumptio contra personã in specie siue in singulari concurrerent; tunc volunt licere indici interrogando descẽdere ad speciem; vt, fuitnè tecum P. in conuentu malef. quando hæc vel illa fecistis, *i* quod tamẽ explicandum ex Farinacio. scilicet duobus casibus tantum, etiã in exceptis crimibus, posse in specie interrogari deponentem de consocijs. Nempe quando reꝰ dicit se cum socijs deliquisse, sed eos non nominat: tunc enim monendus est, & togi potest, vt eos inspecie nominet. Itẽ quando cõtra certã personã adest præsumptio legitima & valdè clara, siue indicia tã manifesta, vt verè per illa dicatur constare ipsum esse delinquentem. *Sic* (ait Farinac.) *Vidi vsurpari à iustis & bonæ conscientiæ iudicibus. d. q. 43. nume. 133.* Tertiò requiritur, vt nominans diligenter sit interrogatus de omnibus circumstantijs; *quis, quid, quando, vbi, cum quibus, quomodo?* nec enim aliter posset procedere ad inquisitionem. & torturam ex tali nominatione. *cæ omnium & d. Carolinæ.* Quartò requiritur vt inquirat a vicinis an nominata persona fuerit de tali crimine a fide dignis vnquam diffamata vel suspecta habita, *sic Constitutio Carolina*; & tanè est ex adminiculis necessarijs, vt post docebo. Quintò, vt reus in sua nominatione non vacillet aut variet, sed constanter perseueret, etiã in speciali tortura, vt docui, & statuit cõstitutio Carolina. nam deponens varius nõ modò ad torturam, sed nec ad inquisitionem sufficiens indicium præbet, vt ex communiore sententia receptum, *a* & meritò. quia deponens varius perjuro non absimilis est. Sextò requiritur vt nominans iusiurandum præstiterit se vera fateri, & verè nominare, *b* qua in re tuta & receptior praxis est, sufficere principio factum iuramẽtum generale de veritate dicenda, & postea iterum oblato in ratificatione, aut in cõfrontatione cum nominato: nec opus est alio speciali, vt sentiunt nonnulli, *c* quos meritò refellũt Menochius, Clarus, & Farinac. *d*

Ad torturam sufficient hæ conditiones, si aliæ confessiones plurium reorum concurrant, vel etiam adminiculentur alia indicia: quod ita intelligo. Quia versamur in casu excepto, & Dd. hoc negantes *e* loquuntur de crimibus non exceptis, ideò si plures testentur de eodem suo consocio, faciunt indicium sufficiens ad torturã, vt in praxi obseruatur *f* idemq; obtinet quoad alia indicia, & præsumptiones adminiculantes. Putant quidam Dd. etiam sine vllis adminiculis alijs ad torturam sufficere nominationem vnius socij, ita Gomez, & Blanchus, ex malè intellecto Salyceto, sed eos optimè refellunt Menoch. *d. casu 474. nu. 46.* Bertaz. *in consil. 341. nu. 8.* & *Bossfeld. 25. vol. 2.* Farinacius *sup. nu. 39. iunctis. nu. 143.* & *155.* & ideo timoratus iudex semper requirat indicia, non leuia, sed magna & vrgẽtia, vt bene monuit Mascardus *lib. 3. de probatio. concl. 1321. nu. 14. iuncto num. 53.* quæ non auderem facile alia vsurpare; quàm à iure suggesta, & bene commemorata p Farinacium. *g* 1. si accedat vnus testis oculatus maior exceptione, poterit iudex procedere ad torturam valdè grauem, quia tũc habet pluspuam semiplenam probationem, non tamẽ facit ille testis plenam tunc probationem, vt malè putarunt multi recentiores secuti Calcaneum, hoc temerè affirmantem. *h* nam non potest dici plenè probatum, vel reus conuictus, nisi per duos saltem exceptione maiores, talis autem nunquam est socius criminis. 2. si accedat non vnus testis auritus, sed vt minimũ duo: *i* hi enim faciunt præsumptionem aliquam. *k* 3. si accedat inimicitia grauis nominati cum occiso, vel damnificato. *l* 4. si accedat fama contra nominatũ. *m* Sed hoc indiget explicatione. Nã fama vehemens, si fuerit orta a personis honestis & fide dignis; sola sine aliis adminiculis facit indiciũ ad torturam; vehemens autem censetur, nõ ex numero testium (qui impertinens est ad hoc) sed ex causis suis. nã si causæ seu cõiecturæ, vnde orta, sunt veri similes, graues, & vrgentes; cẽsebitur esse vehemens; secus si nõ orta sit nisi ex leuibus, friuolis, & non probabilibus, neq; tum sufficerent ad torturã. *n* si non sit vehemens fama; tum si non est orta a personis honestis & fide dignis, (verbi gratia, ortum habuit a cõplicibus) scio variatum sententijs: extimo tamẽ si fama orta sit post incarcerationem, vel accusationem, famã non adminiculari, vt benè Farinacius docuit; sed si orta fuisset ante accusationem & incarcerationem, probabiliùs puto (saltẽ vbi nõ viget Carolina constitutio, quæ repugnat) famam huiusmodi adminiculaturam: vix enim potest in hoc crimine famæ initiũ ab alijs, quàm cõplicibus, oriri: & sic intelligo atq; recipio sententiam Bossfeldij. *in l. fi. C. de malef. indicio 6.* & *hoc* obtinere in omni re turpi, de qua non solet nisi inter infames personas tractari, vt de meretricio, aleã, lenocinio & simil. fatetur Farinac. *d. q. 47. n. 160.* Quæ autem requirãtur vt dicatur vere esse fama, post videbimus. 5. si accedat

a *est communis Dd. in l fin. C. de ac cus. & c. 1. de confess.*

b *Camillus Campegius ad zãchin. de hæret. c. 9. Menoch. de arb. cas. 474. num. 50. Masca. de prob. vol. 3. conc. 1311. n. 38.*

c *Annot. in zanchi. c. 2.*

d *Gigas de crimin. lesmaiest. c. 7. n. 6. Grammat. cons. 38. n. 3.*

e *Anchara. in c. pastoris de vsu. Barbat. de testib. n. 42. Phil. Francus & alij.*

f *vide Cl. § fin. q. 24.*

g *est communis. Bossf. & membri. in prine.*

h *sic post. Gomes. & VVesemb. Godelman i plurimos citat & sequitur Bossf. sub. in concl. 1.*

f *Post Bo er. Papon. Bosi. & alios. Clar. § fi. q. 21. & Farin. sup. n. 41. Menoch de arbi. iud. cas. 474. benè Bossfeld. supra cõd. 6.*

g *a n. 163*

h *cõf. 110. nu. 4.*

i *Aym. Crau. cons. 178 & Tyberi. Deci. consi. 18.*

k *Menoch. d. cas. 475. Ceph. consi. 140.*

l *Io. Maria Monti. reg. crimi. 4. & 5. Clar. § fina. q. 22.*

m *Cal. Craue. Monticel. sup. Tiber. Decia. d. consi. 18. lib. 1.*

n *egregiè Farina. hoc docet q. 47. a. n. 28.*

dat, cum dicto socij criminis, fuga nominati ob metum non iustum, vel suspicionem non vehementem, *a* inquisitionis contra eum formandæ, an te accusationem formatam, vel antequam ad actum iudicis aliquē sit processum, coram iudice non inclementi, aut solito procedere non temere neque præcipitanter: his enim casibus, si iudicium deserat, neque citatus compareat, vel absentiæ iustas causas adferat: vehemens oritur suspicio: sicut etiam quando seruato debito iudicij ordine carceri fuit mancipatus, & fine effractione aufugit: nam si indebitè carceratus fuisset, & etiam carcere effracto fugisset, non tamen fuga hæc eum faceret pro confesso haberi. *b* Sed de fuga mox plura. 6. si accedat stricta amicitia & assidua conuersatio nominati cum nominante tanta, ut faciat valde verisimilem præsumptionē participationis in crimine. *c* 7. si accedat secreta collocutio nominati & nominantis, ante crimen commissum habita; verbi gratia, antequam segetes destruerentur, puer necaretur, &c. *d* 8. si accedat superstitio nominati: vt si vsurpauerit res, facta, uel verba, quæ sapiant incantationem; *e* exempla sunt, si artem magicam alios docere sit conatus; *f* si olla cum vnguentis magicis vel cum buffonib. uel alia instrumenta huius perfidiæ in ædib eius sint reperta; maximè si liber magicus in domo eius repertus sit, cui superior potestatem habens & in bonum finē id non concesserit; *g* item si quis alteri fuit interminatus maleficium, cuius effectus fuit subsecutus, *h* maximè si qui minatus consueuit minas exequi, *i* sed necesse est quædam hic concurrere, ut dicam postea. item si nominatus inueniatur in stabulo aut domo alterius, tempore, & loco quando nō debet, & maleficium postea subsecutum fuit. Item si quis feram vulnerasset, & in eodem membro mox vulnerata inueniatur persona de hoc crimine infamata, vt in Lycāthropis sæpè accidit & nuper hic in Belgio inihi retulit euenisse quiddam permirum Nob. & spectatæ fidei uir, Vanderburchtius Decanus Ecclesiæ Mechlinien sis. Municeps bombardam gerens deambulabat extra municipium, cui ecce obstrepunt multæ aues ex obscænis, corui & picę, in arboré propè uiam. Sclopum colli mar, & displodit; visus sibi vnam certo ictu perculisse, & decidisse de ramo, reperit solam ferream clauem de cingulo muliebri delapsam. caput, & domum rediens narrat amico, &, numnorit clauem? quærit: respondet alter se nosse, clauem vicinæ domus N. Itur ad domum, reperiunt ianuam clausam inserunt in seram clauem, recludunt, ingrediuntur pro familiaritate, quæ illis cum Patrefamilias, ing. essi Matrem famil. inueniunt glande latus ictam. Cape (*Lector*) & aliud certissimum. versabar anno 1587. Caleti, (quando, fælicibus auspicijs Serenissi. Archiducis Alberti vi expugnatum, a *Catholici Regis* militibus tenebatur) ad Pontem Nueleti duo signa Vvallonum præsidio posita limitem, contra Bolonienses, tum hostes, tuebantur. sub uesperam sudo cœlo Procubitores duo vident nubem subnigram aduolare, & in ea videntur sibi audire confusas voces multorum, quos nulli videbant, tum alter audacior; quid hoc rei est? satin' securi? Si videtur; librabo arcubuziam in ipsam nubem. assentitur socius. cum tonitru sclopi decidit ex nube ante pedes mulier ebria, nuda, benè obeso corpore & media ætate, femur traiecta duplici vulnere capta, sementis impotem simulabat: nec ferè aliud sudo cœlo Procubitores duo vident nubem subnigram aduolare, & in ea videntur sibi audire confusas voces multorum, quos nulli videbant, tum alter audacior; quid hoc rei est? satin' securi? Si videtur; librabo arcubuziam in ipsam nubem. assentitur socius. cum tonitru sclopi decidit ex nube ante pedes mulier ebria, nuda, benè obeso corpore & media ætate, femur traiecta duplici vulnere capta, sementis impotem simulabat: nec ferè aliud adloquentibus referebat, quam: *Heu fœdè, an fœdè actæ* quid ad hęc, qui negant transferri? negabunt credere sese maneant increduli, quia nec oculatis, quos possem plurimos adducere, credent, non credent. cur? quia nec viderunt, nec audierunt, & quosdam interrogauerunt, qui se nihil scire responderunt. Si quæ quis nescit, quia nescit, ideò non vera; verè illi, & rectè. An audeant profiteri se quæ in domestico conclaui gesta scire omnia, nescio. Non ideò tamen minus gesta. Capiant & aliæ quæ alij occulati testes, non auriti tantum, in Actis iudiciarijs Sacramento veritatis adacti profes-

a *An. Gail. li. 2. obseru. 109. nu. 8. & insing. cō. 5. obser. 98.*

b *Couar. 1. var. ref. c. 2. Rol. à Valle con. 7. num. 47. tom. 1.*
c *Sic sent. cō. explicat Fari. q. 43. nu. 174. & nu. 177. & hanc & probat bene Binsfel. sup. indicio 5.*
d *Fari. à n. 176.*
e *Carolina const. a. 44.*
f *ibid.*

g *Lud. Rō. singu. 323. Menoch. & alij quos sequitur Binsfeld. ind. 8. bene addent hoc indicium esse vehemē tissimum.*
h *exemplū rei indicata adfert Bap. Zilletus cōs. crimine. 79 i Binsfeld. indic. 4.*

fessi fuere, verbis ipsi Nicol. Remigij Quæstoris proponam. *Est Girumonta* (inquit) *in Vogesorum prouincia castellum satis firmum, è cuius summa arce cum tegularum aliquot ordines fulmine essent deiecti: Sebastianæ Picardæ non multo post (tempore X. Kalen. Nouemb. 1580.) in eo pago fortilegij rea forte, & id apud iudicem professa est dæmonis sinque simul opera esse patratum. Cū enim (inquit) è nidore una in illam prorumpemus, eo consilio, ut sine dilatione eam exerceremus, non fuit tamen in nostra potestate id exequi, sed tantum paux illum id ruinæ attulimus, ut esset quod nos conatus nos non emisse pœniteret. Simile huic est quod sequitur, Comitus quidam, nomine magistratum in D. Clementis fano Roncaij ubi commorabatur obtinens, Kal. Decembribus, 1586. cum rure secum inter domesticos curaret, calumque tam magnis tempestatibus commotum cerneret, domum fugam parabat; sed dum ad eam se instruit, subito fulmine ictu proxime se quercus fex rodissi; quidit tueri ac eam quæ septima loco adhuc stabat fatagit, cui unguibus lacerati, ac discerpi tam diu iam multi magni properaret, amissis etiam præ festinatione pileo ac instrumentis quæ tum manib. gestabat; ecce, de integro audito fulminis fragore, illi ipsa est in summa quercu qua in propinquo erat hærere mulier, quæ (ut est dictu) nubes se an impetu exonerarat. Tam igitur consideratione in tuens, cognouit è vaginia esse mulierem quam dicto sic capit uerbis increpare: Tunè pessima ea es Margareta Vvarina, ad quem quantum nunc comperto nō immerito ante hac fortilegij suspicio apud omnes pertinuit? tandē tu ipse nobis ades illo habitu? Cui illa, Ignosce mihi hoc quæso, ac calamum habe quod nunc videsi fuxo, si hoc ita de me promeruerim, aut vnquam amem tibi tuisque, uel minimum eriatur iniuria. Ac ne quis de istis addubitet, scitat, non modò esse probata Comitis illius testimonio, quod iuramento apud Quæsitorem sanctissimè firmauit, sed etiā ipsius Vvarinæ agnitione, & extra tormenta sæpius repetita, & in ipso acta vltimo momento multis audientibus confirmata. Huc etiam pertinet, quod ex alijs quæstionibus capitalibus, eorumque qui eas exercuerunt fida rerum exatione compertum habeo. Coortæ enim magno fragore, & tribusque tempestate, qui arrumenta, reliquosque pecorum greges in colli Alemannii ingo cubi obibant (ut ad vicinos Huccaria campos, qua est in Vogesorum præfectura, pertinet) se, ut in aperto essent in proximas siluas abdiderant: ecce vero illis ex improuiso visi sunt duo rustici, summis arborum quæ proximè stabant vāmis hærentes ac nulatione laborati, adeoque animis confternati, ut facile iudicarent illum non consilio, sed casuatq; in multicie aliquo impetu ei deuenisse. Tum autem vestitus fœditas atq; deformatio, quasi per lutum, senesque omnes fuissent raptati sufficiens adarguebat, eo loci a magistello suo eiectos detrusos fuisse, postquam is eos hac atque illac more suo traxisset. Confirmabatur & id eo magis, quòd cum illic tanto temporis spacio consedissent, quantum satis esset ad probandam asserendamq; eorum fidem; momento tamen, aduertentes, remine dilapsi apparent dēsisse. Tandem & dubitationem omnem amouit, quæ non longo post tempore subsecuta est illorum ea de re spontanea, atq; mentariorum verbi confirmata confessio, cum ad interrogata ex niueulis respondere. Est etiam nulla, quæ se Bellimonte Vitellium contendentibus, sinistrorsum ostendit: ibi in summum tectum cum fortè & ij deinè procellosa nube præcipites decidissent: magnaq; difficultate Rotarius (id erat alteri nomen) afficeretur, quemadmodum ex tam arduo loco se incolumes possent in terram demittere (nam & earum rerum adhuc erat rudis & insolens hacque illi ad insanas huiusmodi nimborum molitiones periclitata primum fuerat abitio) Amantius, qui a prima pubertate in dæmonis seruitutem a parentibus abductus maturè se ijs assuefecerat, videns ibi inesse: Bono animo es stulte, nam qui nos habet sua potestate ad difficultora habiles atque idoneos Magister, hic etiam negotium facilè ac sine illo negotio expediet. Nec dictum res dictum morata est. Nam subito turbine ea vna correpti, sine ulla noxa terrorem sunt deiecti. Ista tota sic contremiscente domo, ut a fundamentis reuelli uideretur. Hocque ipsi diuersi, totidem tamen uerbis recensuerunt. Imo & cum villaticis commissi, de die, deque tumultu ac trepidatione omni, inter eos libere ac constanter conuenit. Ac tandem, quos vnus criminis societas coniunxerat, eosdem mortuus flamma iudicis cōdemnatione absumpsit. Hucusque Remigius. Idem *lib. 3. c. 12.* cum hanc deuectionem multis exemplis egregiè adstruxisset, sic concludit; Quid nostris temporibus vulgatius, quam sunt tum frequentes & assi-

& assidua sagarum de ea re assertiones; tum ijs consentanea hominum testimonia; qui, nō per somnium, aut magicis artibus auersos sensus, sed oculis suis uidisse se illas nubibus excussas, uel summis arboribus ac tectis perplexas hærere, uel humi attonitas iacere, constanti sermone affirmauerunt? Nec id quidem in triuio confabulantes, sed in iure sacramento sanctissimo rogati atque adacti, vti in superiore disputatione non semel est demonstratum.

Vide lib. 2. q. 16.

nonne similia accidere in Italia, quo ad Grillandi Lucretiā? nonne in Heluetiæ Schiltachio, quoad Sagam illā Erasmi *in Epistolis* nonne in Batauia, quoad incautè curiosum illum adolescentem Ronssei? Cur (dic Sodes) quod in Italia, Heluetia, Austrasia, Hollandia accidit, non potuit in Morinis contingere? Hoc ergo indicium satis firmatum.

Pergo ad alia. His annumero ossa, vel testas locis planè alienis corpori eorum quos oderūt insertas, vel quid simile patratum præter naturam; vt mirificum illud quam Valfracuriæ anno 1589. cōtigisse refert Remigius de Iana Blasia, eam cum, quem ulcisci volebat, Claudium Girardum inuitasset, *vt una secum ad focum pauxillulum sedere non dedignaretur, atque ex pomis, quæ recens ibi collta uidebat, sibi quæ vellet haberet, & Girardus id facere non semel recusasset, causans sibi non esse diutius ibi morandi otium, & omnino nullum eius cibi quem offerebat tum esse desiderium; ex pomis illis vnum eius nolā manus cum tanto ardore adhasit, vt alteram ei exentiendo statim admouere cogeretur. verum dum id facit vtraque sic conglutinatur, vt in unum coaluisse uiderentur, medij pomi ardore interim sic interbescente, vt res illi parum abesset ab insania. Inclamat igitur obuios quosque obtestans, vt sui miserescerent. Adferre quisq; pro se ei malo quod posset remedium: hic aquam restinguendo ardori, ille instrumenta diremandis separandisq; manibus: sed cum nihil horum quidquam prodesset, & iam palam esset id illi mala aliqua arte confectum esse negotium, ex vicinis accersens consideratior vnus monuit, vti eo reduceretur vbi illum id malum primum inuasisset. Quod cùm factū esset, cepit bona illa Blasia, ecuriditulum quid sentiret esset, hominem ludibrio habere: nihilominus q; à superiore brachio ad manū vsq; quod intereat tantisper demulcere, dum id pomum illa excideret: quo facto, confestim sedatus est dolor; experiantq; ei manus liberè vt ante facere officium.*

Quibus indiciis annumerarim, aliud satis frequens, & quod accidit anno isto 1599. in Brabantiæ oppido primario, cùm maleficiatæ clarè, & sæpius obuersatur figura (suppono esse alies mēte sanam, nec imaginoso morbo laborantem) seu species ipsius maleficæ, ei minantis, vel eam vexantis. Quanquam hoc indicium solum non sit tam efficax, quām præcedens. Item quām forer, si vnus testis exceptione maior deponat se vidisse sagam propinantem equo, qui mox mortuus, potionem: aut si duo testes legitimi deponāt nominatum exercuisse actum aliquem, qui ex communi maleficorū praxi solet ad maleficum dirigi, v.g. quod stans in aquâ, retrò tergum aquam proiecerit in aerem, vel quod, ante exortam mox grandinem, visus sit lapidem ferire bacillo: vel floresde variis arboribus lectos in ollam cōijcere, vel virga aut manu percutere, vel inūgere animal, quod paulo post mortuum. hæc ait Binsfeld. *a* esse in dicia vrgentissima, quorum vnumquodq; per se sufficiat ad torturam: quanto (si hoc verum, de quo dubito) certiùs est sufficere quando accedit ad nominationem complicis? 9. Si, cùm capiuntur, aliqua dicunt vel faciunt, quibus significent se sibi timere à morte, actum esse de se, neq; se vllas manus iudicum euasuras *b* 10. Confessio extraiudicialis rei siue accusati, duobus probata testibus, nisi error probetur, ita Binsfeld. *e* Sed hoc verum est tantum in confessione huiusmodi speciali de certo facto; nō de generali vt de incarnatione tātum vel magia; item de facto seriò non iocò, nec non de verisimili atq; possibili; vt postea docebo de confessi. iudiciali.

a Indic. 1

b Carleual. d.c. 4.

c Indic. 9.

ex commu ni vt ait sen tētia.

Hæc sunt indicia maximè verisimilia & legitima; quando, quæ ad naturam atq; plenitudinem eorum requisita sunt, concurrunt, & hæc haud dubiè

dubiè non tantùm faciunt cum nominatione complicis concurrentia semplenam probationem: adeò vt sic semper vnum istorum indiciorum cum nominatione tali, qualem requisiuimus, sufficiat ad torturam: sed etiam ex multorū sententia, quædam ex his sola sufficiunt: quod tamen non libenter practicarem: sed semper vellem vnum ex vtgentissimis, cum alio leuiore; vel plura semper leuiora concurrere.

Conditiones autem requisitæ, vt vnum ex his cum denunciatione complicis ad torturā sufficiat etiam in exceptis, sunt sequentes, additæ ijs quas superius iam posuimus suis locis: *primò* vt talis nominatio complicis, adeò verisimilis sit, vt vltra adminicula illa, iudex ex ipsō quoque testium numero, & qualitate deponentiū, & persona eorum cōtra quos deponitur, & alijs facti circūstantijs quasi certò credat nominantē nō mentiri, *a* 2. quod socius criminis socios nominans non patiatur nisi hunc vnum defectum: nā si plures habeat, etiamsi tantum duos (v. g. quod nō tantùm sit infamis & criminosus, sed etiā sit vilis, abiectus, aleo, vel alias inhabilis) tunc ne in exceptis quidem faceret indicium ad inquisitionem specialem, nedum ad torturam *b*, etiamsi in tortura suam nominationem cōfirmasset *c*, quia hæc vnicā supplet defectum tantum; quod procedit multò fortiùs in nominante socio criminis inimico, periuro, vel vario, & sibi contrario. *d.* 3. secundū quosdam nominatio contra eum, qui est bonæ famæ & existimationis, non valebit cum adminiculis, ad torturam sed valebit, cùm bona fama duntaxat debilitaret indicia contraria *e*, ideò considerandum potius quot & quanta sint illa indicia adminiculantia: ut si non superent bonam illam famam, tum vera sit hęc commmunis Dd. limitatione; si illam superent, nō debeat propterea nominatus torturam euadere *f.* 4. si deessent alia adminicula, non valeret ad torturam nominatio sponē ad nullam iudicis interrogationem à reo factā; quia hæc, ne indicij quidē vim tum haberet; sed si adsint alia adminicula, vult omnino Farinac. eam æquè valere ad torturam, ac valeret si ad interrogationem iudicis emanasset & sic intelligendam communē Dd. dicentium; si reus nulla præcedente interrogatione complices nominet, nō facere indicium. Et sanè hæc distinctio; quæ etiam Claro placuit, & Peguero *h* quoad inquisitionem; non minùs æqua videtur in foro conscientiæ quoad torturam. In foro externo, quia durat præsumptio, quod testis, vltrò se offerens examini suspectus est, ideò tutiùs illic iudex faceret sequendo communem. Porrò quo ad dupliceem casum, quem addit Farin. n. 192. scilicet procedere illam communem, primò quando quis nec carceratus, nec à iudice requisitus spōtè iudicem adit, & reuelat crimen complicis; secundò, quando quis spontè reuelat delictum, de quo sibi impunitas promissa à iudice: ratione hac, quia primo casu tunc præsumitur denunciator siue accusator: secundo casu præsumiturcorruptus promissione impunitatis. Equidem, quia vtrumque fundatur in præsumptione iuris potiùs quā in facti veritate; putarem in conscientiæ foro, vbi veritas tantùm attenditur, posse iudicem hac nominatione re benè perpensā, vti ad inquirendum saltem: nam ad torquendum, non censeo. Sciendum 5. non prodesse adminicula quando tortura, in qua nominatus fuit socius, non fuit legitimè peracta seu decreta, puta sine præcedentibus indicijs *Farinac. post alios n. 193. & seq.* Deniq; non valere dictum socij criminis ad torturam, etiam cum adminiculis, si potuit veritas actu vel habitu aliter haberi, quidam putant; sed eos meritò refellit Menochius *cons. 474. n. 62.* quem sequitur Farinac. *n. 195. d. q. 43.* Ex quo restant quædam breuiter addenda, de indicio famæ, fugæ & minarum.

a c. in fidei fauorem. de haret. in 6. plus nos ci- Farin. q. 43. n. 177

b post mar. Carter. Boe. & alios. Farinac. sup. n. 178.

c Bursat. cons. 69. & cons. 275. Bonacos. Mirabo. Mascard. qui omnes testantur esse communem.

d vide Farin. à n. 179

e bene docet Farin. q. 47.

f Farin. q. 43. n. 188.

QVARTVM indicium est FAMÆ INDICIVM, de quo sciendum, vt fama sit idonea pro indicio, debere ortam esse à viris, nisi sit de re meliùs vel æquè perspectā fœminis, hoc est quando factum ampliùs vel æquè fœminas

g *sup. nu.* 190.

h *Clarus q. 21. Peguerus decis. criminal. 5. nu.* 30.

tangit

a Farin. q. 47. n. 161.

b post Rol. cons. 3. nol. 1. Mascar. de probat. & al. Farina. nu. 163.

c Vide Farin. n. 165

d Carreri. tract. de indic. & tort. n. 12. & 17 Feller. tract. crimin. ver. dentur capitula qd suffocauit uxor. nu. 28.

e post Bar. Alex. Saly. Ros. & Mar. fil. Farina. nu. 178.

f Bald. & Saly in l. ea quidē. C. de accusa. recte cognit. Barto. g Foller. supra nu. 35. post Bal. & Mascar. lib. 2. de proba. consel. 748. nu. 8.

h Fegner. decis. crimin 27. nu. 13.. Hector. Aemil. tract. de testib. uerbo testis bonā uel malā, n. 8. & 9

i Aemil. supra

tangit; a verbi gratia, de maleficio aborsus, vel sterilitatis, vel infanticidio & simil. ideo in strigarum delictis potest fama originem ducere a fœminis æquè ac viris. Item debet esse fama solida, non levis, non vaga aut varia, aut decrescens, aut contraria; sed constans, crescens, & vniformis ac eadem in toto populo: b alias quando famæ sunt contrariæ, si simul sunt ortæ, & testes vtrimque sint pares, vt & verisimilitudines æquales, negativa tollit affirmativam, bona malam, & censetur negativa, etiam quando testes aliqui dicunt se nihil scire, quia per hoc satis indicant non fuisse famā in toto populo. Si famæ simul non sint ortæ, posterior tollit priorem, nisi prior nitatur meliori testimonio, vel verisimiliori causa; tunc enim prior non tolleretur. c 3. debet fama orta fuisse tempore delicti cōmissi, vel statim post, non ex longo interuallo, nedum post accusationem, inquisitionem, vel incarcerationem d nisi tamen causa, ex qua fama sumpsit originem, superuenerit post longum interuallum, accusationem, inquisitionē, vel incarcerationem; quia tunc quandocunque superuenerit famæ causa, validum indicīū fama præbebit. e ratio est, quia non potuit ante initium sumere, cum effectus causa sit posterior. 4. vt famā aliquid operetur, debet esse fama in loco delicti cōmissi, nec sufficit si sit alibi: locus autem delicti iuxta qualitatem & facti exigentiam, latius protenditur, vel in vicinia tantum, vel in parte oppidi, vel in toto oppido, vel in tota prouincia. e 5. Debet fama nec esse procurata, nec affectata. f ratio, quia hæc non est fama, sed hypocrisis & fictio. 6. Debet fama hæc mala per bonam famam non fuisse deleta. magna enim sunt bonæ famę primilegia. nam paribus momentis iudex debet inclinare in bonam famam, g testes non multo pauciores deponentes de bona fama præferuntur deponentibus pluribus de mala. h Fama bona in genere tollit malam in genere & in specie, i est communis; & vera, quando mala in specie non est adiuta alio indicio: tunc enim puto tantùm illam debilitare, vt colligo ex dictis Vulpelli, Clari & Bossij coniunctis. prout illa posuit Farinac. n. 197. & seqq. tollit etiam omnem aliam delicti præsumptionē, & indicium, adeò vt reum torquendū ex indicijs legitimis specificis præcedentibus, eripiat torturæ; secūdùm nonnullos, quorū sententia a quibusdam communis vocatur k attamen contraria est multorum melius rē discutientium, & praxi, & rationi magis consentanea, vt duntaxat bona hæc fama, quando ad malam famam accedit aliquod aliud indicium; minuat & debilitet indicia, non verò planè tollat. l idq; adhuc solūmodò si indicia levia m, & qualia qualia, nō verò si sint particularia, n aut grauia; & ideò adhuc posse tunc reum torqueri; o sed tamen (vt aliquid etiam bona fama operetur) debebit leuiùs torqueri, quæ videtur sententia Casoni p & Farinacius addit hanc esse veritatem, & secundum eam indistinctè semper se vidisse iudicari. Plura etiam idē de mala fama (a nu. 180. vsque ad fin. q. 47.) quæ sic breuiter tape, commodiori ordine & clariùs tradita.

Mala fama in genere alicuius facti facit delicti præsumptionem; q dum modò mala fama sit in eodem delicti genere de quo quis inquiritur; r & si accedant alia adminicula sufficiet ad tortura m, f siue sit persona vilis, siue non; & siue sit delictum difficilis probationis siue non: nam Dd. qui quoad personam vilem, & in delictis quæ sunt difficilis probationis, putat non requiri ad torturam alia indicia, præter famam malam in eodem delicti genere; sæui nimis sunt & adferūt non admodum consentanea iuri, qua re Farinacius t eos meritò reprehendit: ideò nec in maleficijs quidem putarim iudicem absoluendum, qui hac crudelitatem amplecteretur.

Famam exactè probare, quam necessarium, tam rarum est in iudicijs; adeò vt Grammat. Senator Neapolitanus scripserit, se nunquam vidisse processum, in quo reperirit famam publi-

a vide Farin. nu. 207.

b Mascar. su. consel. 749. Hipp. Rim. cons. 59. nu. 1. & aliter quando de recus.

c vide Farin. nu. 211,

d vide Farin. nu. 212,

e opt. Simā. tas. de hære. c. 63. post n. 37. Vulpell. cōs. 30. nu. 12.

f Clarus. §. q. 6. num. 18.

g Rol. cons. 14. uolu. 1. Matta rēs. 473 Vivius in l. comm. opin.

h Mascar. su. d. cōcl. 749. nu. 36.

publicam legitimè fuisse probatam, quod & Iulius Clarus, & Vulpel. & alij egregij partim iudices, partim aduocati asseruerunt. a quare cùm in nostra materia, plerumque contra fagas & striges ex famæ indicio procedatur, pergam eos iuuare, quibus deest larga suppellex libraria, vel ocium ingentia illa volumina Farinacij, Bossij, Mascardi, & al. percurrendi. Ad famam probandam requiritur 1. vt testes ad minus sint duo, nec sufficit vnus omni exceptione maior, b sed ut minimum duo esse debent spectatæ, integræ, & optimæ opinionis ac fidei; c atque idipsum, quod sint tales, articulandum & probandum in processu, iuri communi magis consentaneum est; quando agitur ad inquisitionem particularem, vel torturam, imm.ò non bene faciunt iudices, qui communiter hoc solent prætermittere, licet aliquos pro se habeant Dd. reuera enim fundamentum istorum; quòd vnusquisque præsumatur idoneus & omni exceptione maior testis; in re tanti momenti, leuiusculum est. d 2. requiritur, ut etiam non interrogati testes de fama exprimant causas, indicia, & coniecturas, quibus orta est fama, nec sufficeret quod dicant se audiuisse a multis, uel publicè, uel ita esse publicam famam; e nisi & causas & illa alia adderent; quibus additis, sufficeret dicere se ita audiuisse publicè dici; de quo statim amplius. 3. requiritur, ut testis sciat saltem rudi Minerua describere (non enim opus est exacta definitione, quā vix iuristæ & aduocati possunt dare) quid sit fama, de qua deponit; saltem sic, ut appareat iudici eum satis intelligere, quare reijci deberet, qui diceret se nescire, f vel diceret esse id quod per plures personas dicitur, vel quod publicè dicitur, vel quod per illum aut illum dicitur; g sufficeret autem, nec de hoc interrogandus esset, si ex præcedentibus iudici constaret testem satis intelligere, quid sit fama. h 4. requiritur vt specificè deponat de fama in illis ipsis articulis, in quibus fama est articulata; nec sufficeret quod in fine poneretur generalis clausula de fama præceden. omnium. & cetera i 5. requiritur, ut debeant exprimi auctores, a quibus fama est orta: & quidem probabilius est id obtinere, etiam si interrogati de hoc non forent; & quod nominati isti debeāt esse alii, quam contestes, nec sufficeret dicere se audiuisse a maiori parte populi, si postea diceret se non recordari, a quibus nec ullos posset nominare. nam si aliquos nominaret, & diceret se reliquorum non tenere nomina hoc sufficeret: immò si fama foret orta ex probabilibus coniecturis & causis, hoc quintum requisitum cessaret. K 6. requiritur, ut dicant testes, se audiuisse a maiori parte populi, uel ita dici a maiori populi parte, l (si addant illius ciuitatis m vel etiam si id non addant, quia satis hoc intelligitur, n à maiori (inquam) parte dicentis, vel priuatim, o nec necesse est addi, & ita maiorem populi partem sentire p sufficit etiam si dicant, se audisse sic dici per totam ciuitatem. q non sufficeret si dicant, audisse a mille personis, vel a diuersis personis, uel a multis personis, uel a pluribus & pluribus personis, quia nihil istorum significat maiorem partē populi. r Sed quid si dicant se ita audiuisse publicè dici vel ita esse publicam uocem seu famam? tunc distinguendum. nam in criminalibus quando agitur duntaxat ad habendam semiplenam probationem (v. g. ad torturā) hoc sufficeret, quando testes simul adducerent causas & coniecturas verisimiles, vnde orta esset fama, in ciuilib. uerò hoc non sufficeret, & sic conciliat Bald. & Bar. contrarias opiniones Prosper Farinacius. supr. num 259. cum seqq. s Septimo requirunt nonnulli plures hos testes non esse singulares, sed uerius est, hoc non requiri & famam siue bonam siue malā posse probari per testes singulares, dūmodo non sint cōtestes in specie famæ irrogatæ t 8. fama probatur per decem testes, etiamsi nō sint uniformes, dūmodo causas & auctores famę benè exprimant, & alias sint testes habiles, tamen non sufficiēt

i Masc. su. consel. 752.

k multis Farina à n. 228. vsque 236.

l Bart. in l. de minore. §. plurium. l. de quæst.

m Frā. Hercul. de negati. 312. in fi.

n Bar. sup. nu. 20.

o Bal. in c. præterea. n. 19. de testibus.

p Clarus su pra q. 6. nu. 15.

q Capol. Tolos dec. 380 nu. 9.

r Salyc. in l. ea quidem nu. 119. C. de accusat.

s fusè Farin. à nu. 238.

t de quibus

ad torturam, nisi concurrant alia admi-
Clarus §. fi. q. 60. n. 14. a Farin. c. nicula. *a* 9. *probari* potest fama etiam per scripturam, vel litteras bonorum virorum, per priuilegia, & instrumenta antiqua & alias scripturas authenticas; scripturæ autem non possunt esse pauciores duabus, immo saltem tres, & debent habere originem a diuersis personis. *b* Hæc de probatione famæ in specie.

b vid. Prosp. Farinac. sup. à num. 267.

c Masc. su. concl. 751. & conclu. 911.

Bona fama in specie probandæ *c* hęc est regula, quod vnusquisque præsumitur in suo artificio vel statu (etiamsi carnifex foret) bonus, donec probetur malus: maximè si sit natus ex bona patria, vel ex bonis parentibus, vel si sit nobilis & diues, vel bene educatus: & ideò etiam quis præsumitur bonæ famæ: nisi tamè adesset sceleris aliqua præsumptio specialis. quia hæc excludit præsumptionem generalem. *d* Fallit etiam regula illa quando agitur de prę indicio tertij, tũc enim huiusmodi bona fama est probanda, itẽ quando hæc præsumptio bonę famæ redundaret in præiudicium eius pro quo prę sumitur (de quo vide Menoch. *lib. 5. de præsump. præsump. 1. à n. 20.*) item fallit in eo, qui alias fuit malus malæque famæ: itẽ in eo, qui dat operam rei malæ siue illicitæ. *Ad probationem famæ bonæ vel malæ in genere*, requiruntur eadem quæ ad probationem eius in specie, vnde valet argumentum a fama in specie, ad famã in genere.

d Vide Farinac. à nu. 277.

Quintum est Indiciũ Fugæ. de hoc regula prima est, quod fuga ante inquisitionem formatam vel accusationem correctam, contra fugientem gignit ordinariè suspicionem & præsumptionem nõ leuem doli & delicti commissi: *e* non tamen sola, sine adminiculo alio, facit semiplenam probationem: quare neque sufficit sola ad torturam, quicquid multi dixerint; & loquor de fuga, quoad ipsum fugientem: nam de fuga complicis, non arbitror vnquam illam facere indicium contra complicem inculpatum, hoc est contra quem non sunt alia indicia. fugientem autẽ intelligo, etiam illum qui occulte latitat in ciuitate aut loco vbi habitat: eũ quoque, quem ex signis euidentibus

Vide Prosp. Farinac. q. 48. per tot. & Clarum q. 21.

e Mascard. multis libr. 1. de proba. concl. 819. & conclu. 531.

constat fugam adornare, idque magis si accesserit contumacia aduersus citationem: vel etiam fugerit per loca inuia & insolita, puta per saltus aut nemora, quæ non sunt in transitu, vel si inuentus in delicto aut præparatione, clamore populi fugatus fuit, quo casu etiam denegatis defensionibus posset torqueri, si clamor populi sit ortus ex probabili & verisimili causa, ad opinandum quod volebat delictum committere, sed clamore fuit impeditus. *f* Quod si metuit subitò, & ex improuiso se conijciendum in carcerem; antequam capiatur; fugiens vel se occultãs non præbet fuga indicium idoneũ ad ad torturam: multò minus, si iam captus ex manib. satellitum & ministrorum iustitiæ se eripiat, quantumuis iuridica & legitima sit captura, quod diligenter notandum contra multos; *g* & verissimum est, quando quis etiam ex interuallo postquam elapsus fuit, sponte iterum comparet, vel inuitus iterum captus fuit: quod maximè obtinet in ijs, qui vel propter debilitatem carceris incommoda ægrè possunt ferre, vt de se testatur Demosthenes; *h* vel quibus admodum verecundum sit incarcerari, propter genus, vel dignitatẽ vel professionem. Spõte dicitur redijsse; qui, cum posset iterum fugere, permittit se capi vel citatus comparet. Est autem hæc spontanea comparitio (si ante bannum fiat) adeò potens, vt fugam planè expurget, cetera verò indicia omnia debilitet; ideò si propter illa antea poterat torqueri, iudex eum iã non poterit torquere, ex plurimorum Dd. sententia, vel non poterit nisi leuius multo torquere, iuxt. Farinac. *nu.* 55. Reg. 2. est: Post accusationẽ vel inquisitionem fuga in criminalib. causis quando agitur de pœna luenda in corpore, adhuc non præbet indicium sufficiens ad torturam, etiam si accederent alia adminicula. nam adminicula hęc tantum ante inquisitionem operantur & non postquam fuit inquisitio cepta, quia post inquisitionem captam fuga non præbet vllum indicium; *i* & ideo alia indicia huic non possunt adminiculari, quod nullum est. Quod si alia indi-

f vide Farinac. n. 12.

g hoc tenet Carrer. & Feller. hic Farinac. à n. 14. dec.

h hępist. 2.

i Bar. & ibi monnier. Tiraquel. decis. 17. nu. 31. Clar. q. 21. n. 23. Farinac. n. 17.

indicia sint multa, & vrgentia, ac grauia, illa vim suam habebunt, non verò huic, quod nullum est, adminiculari sunt dicenda. Reg. 3. Hæc obtinere puto etiamsi iudex non habeat famã crudelis, neque comminatus sit se malè tractaturum. ratio, quia molestiæ indiciales, & grauissima causarum criminalium incommoda, reuera sunt iusta metus & fugæ causa: quando verò illorum duorum alterum accederet, fatẽtur omnes fugam nullum indicium præbere. *a* Reg. 4. Fuga cum quantumuis multis adminiculis alijs, non sufficit ad condemnandum pœna corporali vel ordinaria: si verò esset iuncta cum vno teste exceptione omnima iore & oculare, tunc posset sufficere ad condemnationem pœnæ pecuniariæ & extraordinariæ. *b* Reg. 5. Causa probabilis fugę probatur, per iusiurandum fugientis, quando constat de causa probabili; etiamsi præsumi aliũde possit eum non propter hanc causam, sed propter delictum discessisse, verbi gratia, dicit quis se discessisse, quia timebat accusari vel incarcerari; si constet hęc comminata vel prępara ta fuisse, statur iuramento quod ob eã causam discesserit. *c* SEXTVM EST INDICIVM MINARVM. circa quod nota differre iactantiam a minis. Iactitare se dicitur, qui dicit se posse vltionem sumere, offendere, delinquere, &c. si vellet, minari verò, qui dicit se velle facere, siue se facturum. hęc duo perperam nonnulli confundunt; etiam in alijs rebus. Sit conclusio, *quoad minarum indicium.* quando damnum vel delictum est subsecutum, communis sententia est, siue iactauerit quis se, siue minatus fuerit, efficax hoc indicium esse ad torturam; quando minãs vel iactans est persona potens, malæ vitę, & solitas minas exsequi; *d* intelligo si sit dubium, quis delictum cõmiserit, & minator in hoc ipso delicto sit malæ famæ. *e* ratio est, quia in hoc casu idem est animus iactantis & minãtis. hoc verum in foro externo, quia talis illic præsumitur: in interno tamẽ foro, puto inter minas & iactantiam distinguendum confessario, & diligen-

a Farin. n. 47.

b Farin. n. 69.

c Farin. n. 44. & seqq.

d vid. Menoch. C. quod met. cau. Farinac. q. 50. nu. 7. & 9. & vide Clar. q. 21. n. 37. Tiraquel. dec. crim. 17. n. 23.

ter quærendũ an iactitarit animo adimplendi, necne. Nam grauius longe est peccatum eius qui iactauit vel minatus cum desiderio exsequendi & exsecutus: immo duplex est peccatum. Similiter in foro *f* externo idem est si quis expressè vel tacitè siue ęnigmaticè minetur occidere, aut vulnerare (verbi gratia, faciam ne doleat tibi caput, extraham tibi pennam de alâ, & cetera) sed in foro interno in ęquiuoca seu obscura locutione scrutanda est mens loquentis. Et hoc quod diximus de homine malæ famæ & solito exequi; locum habet, quando non accedũt alia adminiculantia indicia: nam si accederent alia, tunc ex solis minis, & mox subsecuto delicto posset subijci torturæ etiam non solitus exsequi. *g* Hæc limitanda, primò si offensus haberet alios etiam inimicos præter minantem; tum enim debet iudex esse valdè circumspectus, & considerare an sufficientes sint minę, & an fortè alius inimicus hoc tegmine fretus offenderit, vt narrat accidisse Paris de Puteo, & ex eo alij *h* 2. limi. quando delictũ non esset subsecutum incontinenti, sed ex interuallo; hoc autem decernere permittitur iudicis arbitrio: qui cõsiderare debet qualitatem personarũ, & an ante habuerit opportunitatem delicti committendi. nam si statim nõ habuit, & fecit statim ac eam nactus est, interuallũ nihil eleuat indicium. *i* Tertio fallit quod diximus esse indicium sufficiens huiusmodi minãs; si sint ambiguæ, & quæ possunt significare vindictam legitimam siue iuris, & licito modo (verbi gratia, vleiscar, solues, pœnitebit te, non sic abibit & talia) *k* quod certè verum est, si minator solitus sit via iuris se vleisci; verũ si consueuit se vindicare via facti (vt solent sortiarii) in his iudex potius debet sequi sententiam Paris. de Puteo volentis, etiam tum fore indicium ad torturam. *l* minæ debent fuisse specificæ seu de eodem quod subsecutum fuit delicto. sic nonnulli post Spec. & Dec. quorum doctrina (vt rectè Farinac.) tantum est admittenda, quando minæ prolatæ fuere in aliqua certa spe

f Farin. n. 8.

g Menoch. de præsump. l. 1. q. 89 n. 62. Farin. n. 11.

h vide Farinac. nu. 15.

i vide Farinac. à n. 14.

k Osasc. cons. 64. nu. 55.

l Farin. nu. 22.

Universidad de Deusto Biblioteca

cie, & subsequitur delictum planè alterius speciei, quod non continetur sub specie comminata, neque est præparatio seu gradus quidam ad illud. (verbi gratia, quando quis minatur occidere, & secutum est domus incendium. *a*) Sed si minæ fuerunt in genere prolatæ (verbi gratia, dolebit tibi caput, faciam ne hic intres, ne loquaris, &c.) & delictum illa generali significatione cõtinetur, vel si delictum plus nocuit, vel minus quam minatum fuit, sed effectus tamen est quid ordinatum ad minas; tunc adhuc locum habebit regula (verbi gratia, si in quem minæ occidẽdi prolatæ, inueniatur tantum vulnera tus, vel è contra, quia vulnera nequeunt ad certam mensuram dari. *b*) 5. limit. procedere regulam, quando minæ non fuerunt reuocatæ, & quando erant prolatæ animo sedato, & post in teruallum a prætensa iniuria; sic, vt queant dici processisse ex animo deliberato; non ex calore iracundiæ. *c* 6. limit. vt minæ sint absolutæ. Nam si fuerint conditionatæ (verbi gratia, faciam si tu adhuc transieris hac &cet.) tunc nihil operantur, nisi sufficienter probata conditione in minis apposita *d* 7. debent minæ apparere, hoc est probari per duos testes efficaciter, quos oportet saltem esse concordes in qualitate minarum, licet discordent in loco & tempore: *e* alias si essent omnino singulares, vel esset vnicus tantum testis, minæ non facerẽt indicium ad torturam, sed tantum ad faciendam inquisitionem generalem sufficerent. 8. ad torturam sufficirent minæ hominis soliti exsequi, cum causa præexistente minarum, vtpote honor læsus, odium, vtilitas aut quid simile: quod si ad consuetudinem exsequendi, & causam, accederent alia adminicula præsumptionum (vtpote inimicitia) tunc etiam ad condemnandum sufficere tales minas censet Farinac. post multos quos allegat; *f* non quidem ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, & pecuniariam non corporalem. quod faceor, quando concurrunt minæ, inimicitiæ, delictum, & consuetudo exsequendi: idque facilius in excepto, & occulto difficilisque probationis crimine nostro sortilegij admiserim, quã in alijs: tamen semper propenderem in sententiam negantium *g* vnquam in vllo crimine licere ex huiusmodi indicijs tantum remotis ad condemnationem procedere.

a ut bene Natta cons. 42. n. 2.

b Farina à num. 24.

c Fari. nu. 27.

d Farinac. nu. 32.

e Farin. à nu. 40.

f vide nu. 30. 36. & 39.

g Fra. Casonus de indi. tra. 7. l. 1. num. 17. Diaz regul. 370. Ante. Gome. to. 3. c. 12. n. 15. Sarmen. Epi. Genes. li. 1. Select. c. 1.

SECTIO IV.

De alijs indicijs minus vrgentibus & minus certis.

PRimum est, quãdo quis potuit maleficium impedire & non fecit; si tenebatur non lege tantum caritatis (qua omnes homines tenentur) sed etiam lege iustitiæ, vt puta ratione officij; tũc puto vrgentem præsumptionem occultæ societatis induci; *h* & talem non prohibentem esse plectendum pœna saltem extraordinaria, *i* quando aliqua adhuc adminicula accedunt; intellige primò posse torqueri; &, si post torturam necessaria reliqua adsint, ad condemnationem iuxta dicta paulloante in fine præcedentis sectionis etiam posse procedi. Quod notandum est procuratoribus, & aduocatis fisci, & similibus officiatis iustitiæ. Sed, si quis tantum tenebatur obuiare ex præcepto caritatis; tunc non puto istud indicium sufficere ad torturam, si alia nulla cõiectura concurrit, maxime si postea non associauit se sic delinquenti. *k* Et hæc limitant DD. quidam in crimine læsæ Maiestatis, quos sequitur Iul. Clar. & non est dubitandum de foro externo: ibi n. non reuelans hoc crimen punitur: sicut & serui qui non defenderunt Dominum occisum. *l* In foro conscientiæ neque hos seruos, neque alios illos, ne in crimine quidem læsæ Maiestatis, putarim ad restitutionem damnorum teneri. *m* Hinc patet indicium & præsumptionem induci contra indices: qui omittunt vel negligũt maleficos punire ad quod tenentur ratione officij, vt dixi, ut & belli dux ratione militum; & prælatus, subditorum. quæ est communis sententia, *ar. c. qui pẽt, 23. q. 3. c. negligere, 2. q. 7.*

h ea. ficut dignum. 5. illi. 1. de hæ. c. qui potest. & c. 9. ante de sent. excom. c. non inferenda 23. quæst. 3. cum sim

i Gand. to. de præsump. & indic. in dub. nu. 34. Menoch. de ar. casu 315 nu. 7. quæ sic interpretor.

k sic intelligo suam opinionem, & seqq. Ant. Comes. de 3. tit. de homi. nu. 4. & de rita. de homic. nu. Clar. § fin. q. 87. n. 3. et Farin. q. 51. nu. 6.

l l. 1. § fi. & in eo D. ad Syllan.

q. 7. Simanc. in praxi tit. 15. Capit. dec. 130. nu. 67. Plaza epit. delict. c. 28. & 31. Nicol. Moron. de fide treug. & pac q. 138. num. 41. & hi omnes quia iure ad hoc tenebantur, ad restitutionem damnorum ex omissione hac ortorum, parti læsæ tenẽtur: neque obstat Couar. & Med. citati loquuntur enim de ijs qui tantum tenebantur obuiare ex caritate: quoad seruos domini occisi, aliud est. quia, licet puniantur in foro externo, id fit propter præsumptionem, & ideo in foro conscientiæ non tenentur ad restitutionem.

2. est quando quis patrocinatur. spõte maleficis, & conatur criminis enormitatem eleuare, & contendit, non esse credẽdum ijs, quæ de illis certo narrantur, & ea omnia vana esse & delira, aliaque huiusmodi, sicut fecere Vvierus hæreticus, & nostris temporibus quidam Calidius Loseus Theologus, cuius animæ Deus parcat, qui dum uiueret fuit eo nomine suspectus inficere fidei, & Bruxellæ incarceratus, & Treuiris expulsus, quia libellum parauerat, & conabatur clanculum Coloniæ (quod hic inferendum duxi, ut, si forte infelix iste partus postumus, cũ noxa publica, lucem aspexerit, vel scripta exemplaria, ut solent opera tenebrarum, clam distribuantur, sibi quisque caueat, ne specie pietatis impietatem hauriat) parauerat, inquam, & conabatur libellum edere in hanc sententiam, coactusque fuit abiurare huiusmodi dicta, scriptaque, & meritò. sic enim natura comparatum est, ut quæ quisque lubenter & proterue defendit, ea non fugiat, neque se illis facilè abstineat, a quibus uero se abstinet, ea non multum laboret, cum inuidia & molestia, tueri. Deinde ut plurimum tales postea deprehenduntur occultę societatis rei. Estque hęc persuasio diligenter uitanda, cum omnibus, tum maximè procuratoribus, aduocatis, iudicib. Vvierus, si credimus Crespeto *dissert. 3 de odio Satanæ* hanc defensionem suscepit, quia ob Magię crimẽ pęnam mortis uerebatur. Ex Iaquerij *flagello Fascinariorum* constat, per Edelinũ Doctorem Sorbonicum hoc Diabolũ conatum persuadere mortalib. Iaquerij uerba sunt: *non immerito creditur quod damones, qui hæresim & sectam abominalem fascinariorum erexerint, induxerint assertores ad credendum & pertinaciter asseuerandum: quod ea quæ per maleficos fascinarios fiunt in cultu damonum, non sunt nisi illusiones dormientium. hoc autem luce clarius patet ex processu facto cuidam magistro in Theologia (addit Monstreletus p. 3. Chronic. cum fuisse Priorem S. Germani in loco quem vocant Galli* en l'haye: *& ante fuisse monachum ordinis D. Augustini & prius etiam aliorum ordinum vnde hominis inconstantiam facile notes.) Super huiusmodi hæresi & secta deprehenso: qui sponte confessus fuit & detexit, quo modo in cultu damonis ipse cum pluribus alijs cõplicibus realiter & pluries conuenit, quem damonem inter eos uidit & coluit apparentem, quandoque in forma hominis, quandoque forma bouei, vbi abnegauit Deum, & fidem catholicam, Beatamque virginem & crucem. Praditus autem Magister vocatus Magister Guilhelmus Adeline anno Domini M. cccc. L iii. die duodecima mensis Septemb.* (Monstreletus vocat Guil. Edelin, & dicit hanc sententiam latam mense Decembri, *in Vigilia Natiuitatis Dominicæ. in ceteris conueniunt, de loco, de anno, de confessione, de pœna.*) *in capella Episcopali Ebroicensi iudicialiter coram iudicibus fidei, cum lacrymis in terram profratus, exhibuit quandam scedulam continentem sua commissa contra fidem in dicta hæresi & secta, offerendo prædictis iudicibus abiurationem. Ipsa autem scedula continebat inter cetera, quod quando ipse fuit introductus ad dictam sectam Diabolus asserebat, quod ipse Magister Guilhelmus bene posset, si vellet, augmentare eiusdem damonis dominatum, præcipiendo eidem Magistro Guilhelmo prædicare, quod huiusmodi secta non erat nisi illusio, & hoc prædicaret ad contentandum populum patriæ, vbi tunc morabatur ipse Magister Guilhelmus. Hunc Mag. Guilhelmum ego qui hæc scribo noui, & frequentissimè vidi antequam esset de hoc crimine suspectus.* hęc Iaquer. *flagelli hæreticor. fascinar. c. 4.* Nostris temporib. summa ope & vi Doctor Vlaet, vnus ex Principis Electoris Treuirici Cõsiliarijs, hoc idẽ cõtẽdebat, sed ei se fortiter, eruditè conscripta confutatione erroris, Per. Binsfeldius oppoluit, *edita Disputatione ad Confession. Malef.* Ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptus ille Vlaetius, crimen tãdem, fraudemque confessus, vt & Edelinus; flãmis ferialibus consumptus fuit. Indicium hoc nititur aperta iuris præsumptione *l.vni.C.de priua. e.reerib.et e.error. 74.&* docent Pet. Loyherius *lib.1.de Spectris fol.526.* Ludouicus Richeaumeus noster, *in li.trium Discursuum*, Iaquerius Michael. Remig. Bodinus, Cresper. & alii. Oratos velim Iudices (quos ego talia perperam effutire intelligo) vt diguentur has Disquisitiones nostras legere, & in singula inquirere: quæ displicebunt, refellant: quæ refellere nequibunt, ijs, fastu & obstinatione seclusis, assentiantur. Irridere, cõtemnere, nec legere, intelligereuè velle; vanitatis, non grauitatis est, insciticæ non sapientiæ, scurrarum non Iustitiæ Sacerdotum. Solo autem Canone illo, *Episcopi 26.q. 9.* nitij & verba vrgere, nõ sententiam; nec ad ipsa quidem verba satis attendere, totamque canonis seriẽ; sed frustulatim eum discerpere; nec explicationem Theologorum, & Canonistarum doctissimorũ admittere; nec iudicium suum communi omniũ Europæ Catholicorum sæcularis & Ecclesiastici fori Tribunalium praxi, rerumque iudicatarum auctoritati submittere: sed vnum malle Vvierum, aut alterum, reprobæ religionis hominem sequi & cum scandalo audientium publicè ista iactare; quid aliud est, quam Tribunalia omnia Catholica insciticæ, iniustitiæ, crudelitatis damnare? quam maleficis & corũ sceleri habenas permittere ad nocendum? quam reipu. & humano generi toti, & Deo optimo maximo tali conniuentia patrocinioque teterrimæ apostasiæ, atrocissima iniuriam inferre? *vide dicta su.li.2.q.16. & dicenda infra hoc eo.li. 5.fict.16.litt.VV. Vbi c.episcopi fusissimè explicabo.*

3. est, cum sortiarij, vt plurimum ẽt sint hæretici; eos qui scienter defendũt ipsos & errores eorum esse ipsis deteriores, proque socijs habendos; *a* qui nescium esse sortiarios, hi puniendi non sunt, vt tales; nisi sua defensione iudicis officium impediant. *b* Qui scientes esse sortiarios, non defendunt errorem, sed personam tantum; illi ie-

a *qui alior. 24.q.3.c.q consentit. 11.q.3.*

b *c.ne cuius. §.ul.de hæ. in 6.*

valdè suspectos reddunt, & contra illos specialiter inquiri potest, & ob defensionem hanc sunt puniendi; *c* vt & aduocati & notarij: illi, si sciẽter & sponte in iudicio patrocinãtur, venia non petita, vel ad hoc a iudice non deputati; hi, si instrumenta scienter illis confecerint. Quod si iudices, vel Domini eos in suis iurisdictionibus, aut terris defenderint; primò sunt excommunicandi, & post pertinaciam officijs, dignitatibus, & bonis priuandi, & in exilium mittendi, *d* vt regijs Hispaniæ & Siciliæ constitutionib. iustissimè cauetur. fallit hæc 3. regula, quando sortiarij non sunt hæretici.

c *c.excõica mus. §. cæ tes. de hæ re. Bru. lib. 5. de hæ. c. 15. Siman. in pra. ti.14*

d *c.si aduersus. de hær. e 2. parti. 19.v. 1. Tur recre. Sum. de Ecc.2.p. li.4.c.21.*

4. Quod de defensoribus dictum, idem de fautoribus obtinet; qui verbis, factis, consilio, vel pecunia eos iuuant. *e*

5. Maiorem etiam præsumptionem de se præbent occultatores siue receptatores eorum, *f* vel non vi coacti. Quod, si cõtra occultatorem occurrat alia præterea præsumptio, cogitur ipse *g* vim vel ignorantiam probare; vt si sit amicus, *h* vel consanguineus: neque hic cognatio excusat a pœna in totũ, *i* sed tamen causa est lenioris multò punitionis; maxime si sit valdè arcta necessitudo, ut coniugum, filiorum, fratrum. K Hæc quoque locum tantum habent quãdo maleficium est iunctum cum hæresi.

f *libr.2.tit 2.de recept.*

g *Bar. in l.1.tex. C. de rei.*

h *c.cum de portcat dict. cus.l.si quis C.de nu.*

i *c.legi.23. q.8.c.inqui lis.28.q.1.*

6. Tenẽtur omnes, si maleficium sit coniunctum cum hæresi, maleficium denunciare (quod extra confessionem cognouerint) & iudicibus indicare; *l* & qui hoc non faceret meritò præsumitur socius, argumento fautorum ac receptatorum. Sed quæritur V. *debeat hoc casu præmitti correctio fraterna?* si constaret maleficium non esse cõiunctum cum hæresi, nemo dubitat esse correctionis fraternæ seruandum ordinem: sed quia hoc est de planè rarò cõtingẽtibus, quoad striges & sortiarias & ueneficos magos dæmoniacos; ideò quoad hos, omnino censeo hac in re idem dicendum quod de hæreticis, de quibus DD. sollicitè disputarunt. *m* Inprimis, si hæreticus est dogmatista, protinus debet iudicibus deferri, ut

K *l. ultim. recep. cum mo.*

l *Deut.13 et 17. Plat. lib. 10. de gib. D. homil. 4. collect. ad mil. 4. dist. tum. l. 7. & Caietan 2.2.qu.33 a.7.*

m *Bernar. nus Arent. lus li. de*

cautum lege diuina *Deuteron. capit. 13.& 17.* ratio. quia nulla moraliter spes superest talem admonitione corrigendos; & iuxta D. Paullum; *mali homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes.* (2. Tim. 3.) vnde consequitur quotiescumque probabiliter constat non redituros admonitione ad sanam mentem, statim denunciandos *a* quia periculum est ne serino eorum ut cãcer serpat. quare commune bonum præferendum est unius priuatæ famæ: & cum talis iudicio suo plusquam iudicio Ecclesiæ tribuat, stultum sit sperare quod priuati hominis admonitionem auscultaturus & creditурus. Et hoc uerum de omnibus, quos constat malitia errare; nam hi solent esse pertinaces. huiusmodi ergo tenetur quisq; sub mortali deferre. *Secundò* si constat aliquem ex ignorantia errare, & certũ sit moraliter, siue firmiter creditur post admonitionem emendandus, & correctio profutura; tunc præmittenda est admonitio fraterna. *b Tertiò*, si dubium sit utrum correctio profutura necne, & vtrum ex malitia an ex ignorantia peccet; hoc est si dubitetur probabiliter de eius pertinacia; tunc res est dubia. quidam censent tunc prius legitimè admonendum, *c* quam denunciandum: & legitimè admonere vocant, quando quis admonetur ab habente auctoritatem prælationis, iudicij, & eruditionis; ita ut teneatur illi credere. **nam non** est dicendus admonitionem contemsisse, qui non credidit ei, cui credere non tenebatur. hæc sententia est ualdè æqua. Reipub. tamen videtur vtilior sententia contraria, nempe hoc casu deferendum Ecclesiæ, *d* argumenta pro sententia hac sunt. tum quia in re dubia non est resp. Christiana in discrimen adducenda, semper enim subest periculum morꝶ & subuersionis aliorum: & lege naturæ bonum commune particulari præponendum, tum quia si reus ille non erat bonæ famæ, parum refert eam iustè lædi: si uero erat, hoc ipso magis nocere reipub. potuisset, cuius bonum præferendum eius existimationi. tum quia uel errabat ex mera malitia, & tunc iustissimè delatus fuit, aut errabat ignorantia, & tunc iudices vel eum non comprehendent, uel comprehensum absoluent, & vtroque casu salua erit eius fama. Ex his infero *in Magia crimine* (* quia lamiæ semper sunt ualdè pertinaces, & uix fieri potest ut ex ignorantia peccent; & semper mora est damnosa alijs) *ideo semper sub Mortali vnumquemque teneri confestim eas denunciare, etiamsi cum hæresi non sit coniunctum earum crimen: & ideo qui nõ reuelant hoc crimen, extra confess. sacramentalem acceptum, in dicium cõtra se, saltem ad inquisitionem etiam specialem, præbere*, quod miror DD. non obseruasse. Opinor omississe quia comprehendebant sub crimine hæresis, ut Sãcta Inquisitio facit in Hispania. Deinde sagæ reuelandæ sunt, quia delictum earum non censetur commissum, sed committẽdum: & damna impendent proximo, & reipub. ideo in conscientia quis non potest tacere; hoc enim in genere Doctores communiter de conscientiæ foro recipiunt in quouis crimine committendo; *e* Peccabit ergo hoc non faciens, sed contra charitatem, non contra iustitiam, idque omittendo non cõmittendo; ideo non tenebitur ad restitutionem, ad damna & interesse partis, *f* nisi sit talis qui ex iuris præscripto reuelare tenebatur. *g*

*NOTA

7. indicium sumitur ex mendacio rei, quod semper sufficit ad inquirendum, non uerò sufficit ad torturam, ni si fit adiutum alijs præsumptionibus. *h* Intellige mendacium facere indicium si concurrant sequẽtia, nempe si sit circa qualitates & circumstantias substãtiales siue proximas delicti (ut circa tẽpus uel locum delicti) non circa remotas (ut locũ originis & rei circa ea quæ, si uerè dixisset, reo præiudicassent in hac causa, & reus nõ habet pro se vllum indicium innocentiæ, ut puta unum testem, bonam famam, uel quid simile, & mendacium euidenter est probatum.

8. est rei uariatio adiuta aliquo alio præiudicio, idque circa qualitates & circumst. proximas delicto (vt dictum de mendacio) & ea quæ immediate rei

tim. conuic. concl. 6. pro Ioh. 6. Alf. a Castro l. 2. de iust. hæ. punit. c. 25. Soto l. de rat. teg. secr. mẽ br. 2. q. 4. & li. 5. de iust. & iu. qu. 5. a. 1. Can. l. 12. de locis Theol. ca. 9. Dom. Ban. 2.2. q. 33. a. vlt. dub. 2. Simanc. su. c. 23. & est cõis sẽtentia citatorũ & præterea DD. in c. ad. 19. & est Durãti d. d. 19. & citatorũ communis.

c *Bann. supra.*

d *sic post Arcual. & Sot. (quos citat) Siman. nu. 12.*

e *fuit Pet. Pla. & Bpit. delict. c. 22. nu. 17. An. Gomez. d. to. 3 titu. de hom. nu. 4. et ti. de Ies. maiest. n. 9. Menoch su. cas. 355. n. 2.*

f *post Med. & Couarr. Clarus d.q. 87. & Farina supra n. 25.*

g *Sot. quem refert & sequitur Meno. sup. n. 3. et melius la quens Petr. Nauarr. de rest. l. 2. ca. 2. n. 11. & 17.*

g *post. innr. fere Farina, q. 52. nu. 6. & 8.*

defensionem respiciunt. Reus variat, qui modò dicit unum, modo aliud, hęc variatio facit indicium ad torturam, cum emanat ante torturam in examine; & ad vlteriorem torturam, cum contingit in tortura; & ad nouam, quę posti præcedentem contingit; *a* dum modo præcedens tortura facta sit ex indicijs legitimis; & dummodo præcedentia indicia non sint satis per torturam expurgata, nam si forent expurgata sufficienter, non posset amplius interrogari super delicto. *b* non noceret etiam variatio si nata esset ex oblitione, vel alia causa probabili, verbi gratia, si se corrigendo reus variasset: his enim cautis deest doli omnis suspicio. *c*

9. est vacillatio & titubatio, quando quis loquitur tremens, trepidans, timens, vel pallens, vel sudans præ angustia timoris; & notarius illud indicium scripsit: tunc volunt hoc esse idoneum indicium ad torturam cum variatione præcedentis numeri, Bart. & alij. fundamentum huius sententiæ est, quia oculus & vultus solent esse animi indices, vt ex sacris litteris & prophanis scriptoribus probat Simancas: *d* sed adhuc existimo illud indicium non esse sufficiens cum variatione, quia nimis est fallax & dubium, & debile, qa multis hoc contingit, dumtaxat sollicitis de proprio honore, & metuentibus potentiam aduersariorum, aut iudicũ asperitatem, quamuis innocentissimi sint; adeo, vt plerumque nesciant præperturbatione, quid dicãt, ut bene Nouel. Paris, & alij apud Farinac. *e*

10. Si cum instrumento magicæ noxæ visus esset de loco exire fugiens, pallensque, in quo loco inuentus est aliquis læsus uel res maleficiata: hoc indicium omnino puto esse propinquũ, & sufficiens ad torturam per se solum, vt in simili fatentur omnes de exeunte timido & pallido cum gladio cruento ex domo vbi occisus inuentus; *f* immò communiorem & veriorem sententiam esse uolunt *g* hoc sufficere ad condemnationem, maximè si alia accedant indicia. *h* Sed quicquid hi dicãt ego sequor Gandin. Boer. & Ioann. And. contrarium volentes: *i* nempe nec sic quidem esse sufficiens indicium ad condemnationem. Miror autem Farinacium fateri hoc non esse uerum de domo habente duo ostia, & tamen putare verum de via publica vel agro; cuius haut dubiè plures sunt loci egrediendi & ingrediendi. *k* Facilius autem admiserim sententiam illam communem in pœna dumtaxat pecuniaria, non uero in ordinaria, vel extraordinaria, vel extraordinariam corporali: nihilominus etiam quoad pecuniam, quia Farinac. *l* cum Claro, fatetur iudicem non teneri eam infligere sed tantum posse si uelit; semper sim auctor, ex hoc indicio ne procedat ad vllam condemnationem.

11. est conuersatio cum malis hominibus infamatis de eodem delicti genere, eaque stricta & cõtinua: sed hoc indicium est ualdè generale & remotum tendens potiùs ad diffamationem, quã ut per se sit indicium. egimus de illo præced. sectione.

12. si commisso maleficio quis confestim veniat ad curiam. vt sollicitet inquiri & procedi de auctore criminis, cum hoc ad eum non pertineat sollicitare. hæc enim ingestio & sedulitas suspectum facit; & sæpè exemplis hoc deprehensum, *m* sed hoc etiam est leue, & debet bonis præsumptionib. alijs roborari ut sufficiat ad torturam. Quod multò magis tenendum de illo, qui sponte cùm non tenetur malefactorẽ denunciat: nam qui tenetur denunciare, & non denunciat, vel tardè denunciat, hic præbet suspicionem contra se taciturnitate sua. *n*

13. si iuuentus fuerit veneficio occisus vel læsus aliquis in hospitio seu domo, posset esse indicium contra hospitem seu dominum domus: argumento eorum quæ censent doctores de inuento mortuo in domo alicuius. nam delictum in domo factum, præsumitur factum per existentes in domo: *o* qui porerunt torqueri tanquã testes, si non probatur eos in domo tum non fuisse, idque nullo alio indicio concurrente, tanquam rei, principales autem, alijs præsumptionibus concurrentibus; intelli-

a Angel. de malef. ver. Iuuen publica 105. *& est Marsil. Bar. & alior. comm. vide Farin. nu.* 29. 31. *& 36.*

b Cep. hab. cons. 164. *l.* 2. *Personal. de indi. & tortu. nu.* 86.

c Fari. nu. 33.

d de har. q. 65. *nu.* 31. *& sequ. & Binsfeld. in dic.* 20.

e Nouel. regu. 143. *Paris de Pu. de tortura. c.* 5. *n.* 7. *Farin. sup. nu.* 48. *Clarus. q.* 21 *nu.* 38.

f vide Farinac. nu. 50. *& 55. cum seqq.*

g Farin. & alij nu. 52. *& 54.*

h ide n. 61.

i vide Farin. num. 53. *& 60.*

K confer n. 55. *cum nu.* 64.

l num. 65.

m narrat Marsil. prat. cri. nu. 11. *§ diligenter Nouel. in pra cri. pub. pri. n.* 110. *Carrer. tra. de ind. §.* 11. *indic. Ant. Gomez. p.* 1. *c.* 13. *n.* 14. *& vide Farinac. à nu.* 94. *& Paris sup. c.* 3. *nu.* 34. *Nouel. sup. nu.* 102. *& 108. Follet. in prac. & alij.*

tellige nisi sint bonæ vitæ ac famæ, tũc enim non poterunt torturæ subijci ut rei principales, nisi si fatuerint & cælauerint mortuum, vel nisi constet homicidium non potuisse committi ab alijs quam in domo existentibus; hoc autẽ difficulter potest constare, & in eo facilè iudex potest labi (vt patet exemplo pulcro quod narrat Farin. *n.* 111.) quare non facile hoc credendum iudici, nisi sint personæ viles & de crimine simili suspectæ. *vide Farinac. à num.* 98. *vsque ad nu.* 119. qui *nu.* 120. benè addit hoc indicium nunquam sufficere ad condemnationem.

14. adhuc leuius indicium est, si mortuus reperitur in via prope domũ alicuius. eadem enim tunc suspicio est de domino & inquilinis domus illius: hoc sufficit ad torturam, si sit repertus valdè cõiguus domui, & dominus vel domestici habuerũt inimicitiam cum defuncto, vel alias sint malæ famæ in similibus, vel si concurrant aliæ præsumptiones fortes. *Farinac. à nu.* 120. Sic me memini processum Madriti anno 1573. contra quãdam famosam meretricem propè cuius domum repertus asiuinus pullus excerebratus, quæ confessa in tormentis se usam cerebro ad philtrum, & flagellata in exilium missa.

15. est indicium viciniæ, quia in prædictis casibus etiam est præsumptio cõtra vicinos; quæ idem operatur quod præcedens, & etiam eliditur, si vicini sint bonæ famæ, vel mortuus extra viciniam habebat inimicos, a quibus potuit occidi. *Farinac. à num.* 127.

16. si quis tempore maleficij, vel incontinenti post, inueniatur in loco delicti, vel loco propinquo valdè: & qua si contiguo cum armis seu instrumentis maleficij, tunc etiãm si alias fuisset bonæ famæ, quia duo concurrunt, (locus & instrumentum) posset subijci torturæ, sine alijs adminiculis; quia tunc est indicium ualdè propinquum, si verò sit inuentus sine instrumentis tunc ad torturam necesse est concurrant aliæ præsumptiones. *ni de Farinac. a num.* 133.

17. est quando quis frequentant locum vel viam vbi maleficium commissum, vel visus est immediatè ante in illo loco vel via ambulare: tũc si iste malæ famæ in similib. poterit statim subdi torturę, si sit bonæ famæ, non nisi accedentibus alijs præiudicijs. Intellige de eo qui alias non erat solitus locum, vel viam illam frequentare, nec tunc habebat aliam iustam causam illac trãseundi, ut quia volebat accedere domũ suam, Ecclesiam, uel quid aliud *Farinac. à num* 138.

18. desumitur ex illo Cassij, Cui Bono. non præsumitur deliquisse, qui causam habuit delinquendi grauem, & de liberatam, non subitam tantum uel leuẽ, & sufficit hanc causam fuisse existimatã talẽ a reo, maximè si sit pronus in illã causam (vt in amorem vel odiũ) & dũmodo appareat aliũ neminẽ hãc causam habuisse, & hęc cã sit in specie iudicialiter probata: neque hęc omnia sufficient ad torturam, nisi mala fama aut aliud indicium accesserit. *Farin. nu.* 114. *cum seqq. ex Cassono optimè de hoc loquẽte, lib. de Indic. tract.* 2. *c.* 1. *& c.* 3.

19. Acclamatio aut uociferatio in domo iniuriam patientium, & tum fugiens seu exiens ex domo uisus; nã tũc quasi duo cõcurrunt indicia, quorum prius indicat delictum, posterius delinquẽtem, & vnũ iuuatur ab alio, ut sufficiat ad torturã; est indicũ remotum, & per duos testes legitimè probandum. *Farin. à nu.* 157.

20. Ex communi opinione Doctorũ & Iudicum, si cadauer positum coram reo sanguinem emittere inciperet vel ex vulnere, vel ex ore, uel ex naribus hoc indiciũ quidã magni faciunt, et de eius cã alias a me disputatũ hoc eodẽ opere. *a* Ego illud indicium nunquã existimarẽ sufficere ad torturã, quicqd graues DD. quidã in cõtrarium dixerint. *b* Moueor, quia uerè est indicium remotũ, & quasi prodigiosum, de cuius cã non constat, & incertissimũ, qđ nullo iure uel causa iuridicè probata nobis constat, & tortura maximi est præiudicij. quare nisi accedant fama, minę, inimicitię uel simile adminiculũ nunquam ad torturam ex hoc indicio Deum timenti iudici procedẽdum, affirmauit *Farina. nu.* 156. *post Ant. Gomez. lib.* 3. *uer.* 6. *cadauer.*

a li. 1. *q.* 4. *ca.* 3. *uer.* 6. *cadauer.*

b post Ang. & Parid. Boer. decis. 166. *Blancus de ind. ad l fi. D. de qu. n.* 408. *Carrer. tra. de indic. In di.* 27. *n.* 2. *Nouel. regu.* 184. *Meno de arb. ca.* 270. *n.* 16. *& de præsu. l.* 1. *q.* 89. *n.* 128. *& alii.*

Universidad de Deusto Biblioteca

fusè

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse & prudenter hoc discutientem d.to. 3. c. 13. a. num. 15. & Marsil. in pract. §. diligenter nu. 181. Mascard. & alios.

21. sumunt quidam ex mala physiognomia, & malo nomine, itē si oculos in terram defigant; de malo nomine, est sententia Marsilij, Bruni & multorum: *a* sed hæc meo iudicio prorsus est inanis præsumptio, quando nomen impositum puero à parentibus; si impositum viro aut adolescenti à moribus, vt solent malefici nomina inuicem mutare, tūc haberem pro idoneo indicio ad probandum esse malum hominē in genere; non verò ad probandum speciale delictum aliquod, nisi ipsum nomē delictum illud significaret, sed tamen ad torturam solum hoc nō sufficeret. Quoad oculorum in terram defixionem; hoc leuius adhuc est. potest. n. ex pudore oriri: nec est propriū vnius in specie delicti, ac ne in genere quidem delicti sufficiens argumentū. Vt nec physiognomia mala: quare de his omnibus indicijs prudenti iudici parum curandum est, quod non aduerterunt duo I. C. hæretici, his nimium tribuentes, *b* vt fortassis etiam Mart. de Arles. nec obstat quod directorium inquisitorum, *in 3. par. in c. de signis exterior. per que Nicromantici hæretici dignoscūtur & magi hæreticantes*; scribit, eos communius habere torquum visum & obliquum, ex visione, & apparitione, & collocutione malorum spirituum: nō enim illic ponit indicia sola ad torturam, sed etiam generalia quædā ad dignoscendū personas, in quas formanda inquisitio; & hæc ponit tantùm, vt præambula quædam indicia ipsorum indiciorum ad torturam.

22. æquè leue indicium est, si quis natus sit ex mala patria & in qua multitales criminosi: hinc enim nimis generalem suspicionem gigni patet, vt *c* opt. docet Simancas. *c* idem censeo de parentibus, quanquam sit indicium nonnihil propinquius, & magis immineat periculum ab his, quàm à patria; & fauear suspicioni experientia, maximè quando mater est malefica, & magis adhuc si etiam auia fuit. hoc, vt certum admisere Godel. & Bodin. *d* sed hoc etiam indicium, vt incertum reijciunt, nisi iuuetur vehementibus præsumptionibus alijs, Catholici & prudentiores scriptores: *e* magis vgeret hac in re conuersatio & educatio cum tam malis parentibus, ad quā reduco præcedentem suspicionem: puto enim, si à talibus parentibus ortus, & ab his educatus fuerit, gigni suspicionem ad inquirendum, quando non est bonæ famæ reus: si aliud indiciū præterea accedat, posse torqueri.

23. Si quis inimicorum obiectione, vel amicorum admonitione insimulatus taceat, & quasi cōtemnat silentioquè eludat, quidam putant idoneum indicium; quos citat Binsfeld. *f* sed meritò eos non sequitur, est enim leue & incertum indicium, indigens adminiculo aliorum, etiam ad specialem inquisitionem.

24. Si quis consueuerit scelerata iuramenta, vel blasphemias, vel obscœnissima verba proferre, aut dæmonem sæpe nominare, sequé aliosqué illi frequenter deuouere; verbi gratia, do'te dæmoni, auferat te diabolus &c. imò si qs alia grauissima scelera specie differentia à Sortilegio committat; eum sortilegij suspectum censet Binsfeld. *indic.* 11. eo quod graues scriptores tradant huiusmodi suspectos esse de hæresi. *g* Sed obserua hoc indicium ad malam famam reduci, & dumtaxat solùm sufficere ad inquirendum, ad torquendum nō; nisi præsumptiones aliæ adminiculentur.

25. Si dum torquentur, nullas emittant lacrymas. nam censent DD. quidam eas flere non posse, si velint, & iō hoc indicium ponūt Sprenger. Grill. Bodin. Sed hoc meritò alij *h* inane & friuolum signum reputant; nam si loquuntur de lacrymis ex pœnitentia vel deuotione, illę nō sunt spontaneę, sed à Deo cui iubet dantur: si de lacrymis propter sensum doloris, fieri pōt vt sit talis quarūdam constitutio corporis. noui pueros, quos citius flagris discidisses, quam vel vnam lacrymulam excussisses: è contra Picardorum hæreticorum genus in Bohemia, quod *Flentes* vocāt, aiunt vbertim flere quādocumque lubet. An ergo hi nequeunt esse striges?

26. Si vagæ sint, sæpe habitationem & domicilium mutates: maximè post diffamationē, vel complices captos: *a* hoc indicium est bonum indiciū, sed commune omnibus criminosis. vim habet ad torturam, quando alia accedunt indicia: fallit si sit bonæ famæ, quia hæc illud purgat: item si migrandi iustam causam prober.

27. Si singularitatem quādam præseferant in pietatis vel religiositatis ostentatione, quoad diuturnas in templo moras, habitū &c. sic Binsfeld. *b* vt verum tamen fatear, hoc indicium valdè lubricum & leue est. hypocrisim potius probans; sortilegium verò, non nisi remotissimè.

28. Quidam sagas volunt dignoscere ex eradicatione chrismatis in fronte; alij ex stigmate impresso: sed vtrumq; meritò improbat Binsfeldius; *c* nam quoad eradicationem illā, ridiculum hoc est. chrisma enim nihil visibile vel sensibile relinquit in vertice vncti, quoad stigma non omnibus illud inurit, sed ijs tantum quibus diffidit eos constantes fore, vt iam alij obseruarunt: *d* præcipuis nō inurit: aliquando etiam delet cum capti sunt; & quādo non delet, id relinquit; vt hanc superstitionem iudicū foueat, & sic nōnunquam innocentes plectantur. nec enim facilè verum signum dignoscas à macula, vel næuo, vel clauo, vel impetigine naturali. tum quia non eadē est forma signi: aliquando est simile leporis vestigio, aliquando bufonis pedi, aliquando araneæ. vel catello, vel gliri, tum quia non idem locus, in virorum enim corpore sæpe visitur sub palpebris, sub labijs, sub axillis in humeris, in sede ima: feminis, etiam, in mammis, vel muliebribus locis. tum etiam quia non omnium stigma est insensibile, vt docet experientia. Etsi aduertant se pungi, fingere dolorem possent, etiam què non sentiant. Quamobrem Michaelius *Pneumatog. sibel.* 5. monet Iudices cum acu vel pugiūculo iubent stigma pungi, id tam cautè fieri debere, vt striges non aduertant. solere enim illas, cum aduertere, fingere, se vehementer stimulatione hac cruciari. Plerumquè etiam alijs ex causis sunt cicatricosæ. quia sic in suos non rarò dæmon sęuit, vt ostotum lacerum ac dilaniatū relinquat, & perpetua inhæreant vestigia, vt de Rosa Gerardina refertur Remigius *cap.* 13. Quamquam ex his ipsis cicatricibus aliud rursus, sed incertum nascitur indicium.

29. Longè certius indicium est, sequens; in Hallo villa Diœcesis Traiectensis, fœmina quædam misera, die quadam pedes suos pelui imponens, & extra illam retrorsum saltas, sic ait: hic salto de potestate Dei, in potestatē Diaboli: quam Diabolus mox rapiēs, & in aera sustollens, multis qui aderāt in villa, siue extra villam videntibus, vltra altitudines nemorum transtulit, ita vt vsq; in hodiernum diem nusquā compareat. *sic Cæsar. lib. 11. c. 60. & præcedenti capite* apertè indicauit hanc magicis artibus institisse. Sanè huiusmodi dictum factumue, indicium vrgentissimum & proximum putarim. Hæc de indicijs. quædam addamus de denunciatione.

SECTIO V.

De denunciatione & testibus.

QVid operetur denūciatio siue testimonium complicis ostensum luculenter *Sect.* 3. Nunc tantum addenda breuiter quædam de denunciatione & testimonio aliorū. qui teneantur denunciare, & testari, iam vidimus. *Sect. superiore.* Nunc addo praxi receptum; per regulam, qua leges dicuntur spectare ea quæ frequētius contingunt; vt quæ in hæresis crimine testimonia probationesquè recipiūtur, eadem locum habeant in crimine Lamiarum. ratio, quia Lamię semper suspectæ sunt de hæresi, & rarò hæc suspicio fallit. *e* semper enim earum facta ferè sapiunt hęresim manifestā.

2. Receptio testium debet ab ipsismet iudicibus seu inquisitoribus fieri; nec est deleganda, nisi magna ex causa

a Binsfeld. indic. 18.

b indi. 17.

c indic. 14.

d Danæus, Bodin. Godelm.

e Cyrillus *in sum. errorum. rubr.* 29. *de q.* 5. 4 *nu.* 1. & 2. *Simanc. sup. d. c.* 50. *nu.* 10. & 11. *Farin. q.* 47. *num.* 279. *Binsfeld. indic.* 16.

f *indic.* 10.

g *Vt post Carrer. & Siman. Malleus. lib.* 5. *de præsumpt. præs.* 6. & *lib.* 1. *q.* 10. *Castro li.* 1. *de iusta hæret. punit. c.* 10.

h *Godelm. et Binsfeld.*

c *Plura Castro lib.* 1. *de iust. hæret. punit. c.* 12. & *Siman. in prax. tit. XI. Spreng. Silue. Spinaus. Iaquerius et alij.*

causa,& prudenti ac probo viro. *a* recipi possunt etiam ante litis contestationem, *b* & etiam ratificatio testimoniorum fieri poterit extra tempus præstitutum ad probandum, *c* si iusta & probabilis aliqua causa id exegerit; semper autem erit ratihabitio testium adhibenda, etiam si reus se habere illos pro ratificatis profiteretur. Publicatio quoq; testimoniorum reo præbenda est, vt contra queat excipere; nomina testium verò non sunt in hoc crimine simul publicanda, quia periculum ferè euidens hinc imminet varijs ex causis testi, & negotia fidei sic retardarentur,metu perculsis testib. *d* consulcum tamen, vt (quod fit in Hispania) iudices diligenter exquirant à reo,num quos habeat inimicos, & testes suspectos in genere, quibus credi nollet,& quare? confrontatione ergo testium & rei in hac materia nõ vtendum, nisi magna ex causa, & omni periculo cessante; *e* vt cessat quando complices deposuerũt. Et possunt reflies super ijsdem articulis etiam prorsus contrarijs, facta iam publicatione,audiri. *post multos Siman, supra nu.3.*

3. Possunt in hac causa à iudicibus, maximè Ecclesiasticis(vt sunt inquisitores)quælibet personæ egregiæ, etiã quilibet consanguinei, compelli vt se corã ipsis sistant,& testimoniũ perhibeant, quod fidei fauore receptum. *f* Vt autem in hoc crimine illustres coguntur, sic etiam infames alias personæ, vt complices (de quibus actum) excommunicati, & similes; nõ vt plena eis fides,sicut alijs nõ famosis, sed quanta prudenti iudici videbitur, circumstantijs consideratis, præbeatur. *g* valet etiam testimonium auriti testis, qui se ex ipsomet reo dicit audiuisse, *h* non qui ex alijs. sic intelligendus D. Chrysostom. *homil.30.in Genes.*cùm negat ex auditu iudicandum. nec exceptio in hac causa contra testes admittitur, nisi quæ testem penitus refellat, vt capitalis inimicitia,coniuratio,subornatio: ceteræ tantùm eleuant fidẽ, non tollunt. Sed isti testes inhabiles, infames, & non integri, tum demum admittẽdi,quãdo alij haberi nequeũt, vt *in* crimine isto ex natura rei & act' vt plurimùm contingit. *i* Coactio autem illa fieri potest, non per incarcerationem (etsi quidam iudices hoc perperam faciant,) sed exacto iureiurando se testimonium dicturos; itẽ per excommunicationem; denique indicta mulcta, & captis pignoribus *l.si quando C.de testibus c.1.2.& ult. de testibus cog.Fran.Vtinus in cõm. opin.verbo testis citatus.* Et cogi potest etiam qui iurauit se nõ reuelaturum. *c intimauit. de testib. & d.c.ult.Vtinus lib.2.uerb.confessionem.*

4. Quantumuis multiplicentur depositiones personarum infamium & complicum,non est procedendum iudici ex his solis ad condemnationem; scio cõtrarium communiùs teneri & in praxi obtinere; *k* saltem,vt pœna puniatur extraordinaria. argumentũ eorum est,non lex aliqua aut ratio vrgens,sed generale brocardicũ;ex multiplicatis indicijs debilibus resultare indicia indubitata.Sed hoc argumentum valdè debile est, nec in rigore verum. nunquam enim quæ natura sua sunt dubia, possunt rem facere indubitatam; sicut nec multa venialia peccata vnũ mortale; nec multa ægra vnũ sanum, nec multa non alba vnũ albũ, nec multa tepida vnum calidum &c. quando res non sunt subordinatæ ad vnum finem natura sua, sicut vna depositio natura sua non subordinatur alteri. Deinde totum illud,nihil fundamenti habet, nisi præsumptionem. Præterea quis neget: quamuis rarum id sit,fieri tamen nonnunquam posse, vt vno casu plura concurrant indicia ad crimen non verum,quàm ad verũ? Esto sit probatio criminis admodum laboriosa. prog:ediatur hoc ergo ad torturam: si ad necem insontis extendis; nõne durus & sæuus meritò dicare? sit crimen atrox natura: quid tum, si reuera non commisit? sic aliqui noxij elabẽtur. præstat decem elabi, quã vnum innoxium cõdemnari: si tortus fuit innoxius, potest ei solatij aliquid impendi: si damnatus & necatus, qd tu mortuo præbeas cataplasma? Denique ratum illud & receptũ,etsi ad torquẽdum minora probationum admi-

nicula

a Hodie contrarium in praxi obtinere scio, vide Gail. lib.1.obseru. 96.nu.10. hanc post alios Simã. tit.35.nu. 7. ex quo deinceps ad demus & alia.

b c.quoniã frequenter §. sunt & alij, ut lit. non contes. c c.ult. de hæret. in 6. DD. in d. c. queniam freq.& c.2. de test.

d sic Hatuit Innoc.6. ui de Direct. inquis. fol. 52.

e Simanc. sup.nu.17. f gl.c.1.de test. cog. Rom.notab. 401. Ias.in l. ad egregias D. de iureiu. Aimon.consil. 220.

g c.in fidei. & ibi DD. de hæret.in 6. Gõdisal. de hæret. q. 13. Coras. li.5 miscel. cap.20.

h Siman. bene supra nu.20.21. & seq.

i post plurim. Ant. Gabr.lib.1. comm. cõcl. rub. de test. cõcl 7. uid. optime loquentem Binsf. p. de confess. mal. tertia edit. a fol. 320.

k uide Binsf. feld. adhoc fusè allegãtem memb. 2.cõc.7 fol. 356. et adde Ant. Gõmes.to.3.c. 12. nu. 18. Aymon.cons. fil.178. Decian. cons. 18. lib. 1. Lud Pegue. decis.crim. 17. nu.44. uide supra sect. 3. litt. L. ubi dicitur quib.concurrentibus ualeant ad tor turam.

l Gedelm. l.3.c.9.nu. 25.Binsfel. sup. fol.309

nicula sufficiant; ad damnandum necessaria esse luce meridiana clariora. nonne hoc illi ipsi fatentur DD. quibus Bodinus & alij contra sentientes sententiam suam confirmant? *Marsil. pract.crim. §.diligenter. num.3.Chassaneus sup.Consid. Burg.rub. 1.§.5.nu.123. Ant. Gabriel. d.concl.7.nume.7. Iul.Clar quæst. 21.nume. 9. ubi hoc confirmat arrestis Burdegalens. & Parisiensib. Blanch. de indictio. nume.384. Monticella reg. crim.4.nume.6. Ofasens cons.65.lib.1. Farinacius quæst.43. nu.39.62.& 73.* Quos omnino hac in re puto iudici sequendos.

5. Si testes isti complices,postquam aliquem, in tortura & concurrentibus ceteris necessarijs, denunciarunt, & confessionẽ denominationemq; hanc ratam habuerunt, & confirmarunt ad bancum, vt oportet, & ante sententiam: postea post sententiam, in loco supplicij, morte instante, innocẽtiam denominatorum à se protestati iudici populoquè fuerint;vel ipsis denunciatis corã omnibus dixerint, se illos habere pro probis & inculpatis: sententia recepticia est, iudici parùm curandam esse huiusmodi palinodiam. tum quia rarò sub mortem æquè sibi mente constant, vt ante illud tẽpus, quando confessio ratificatur. tum quia solent importunitate eorum qui denunciati fuere, vel admonentium de animæ salute, vehementer rei sollicitari, & perturbari in extremo illo vitæ punctum. tum quia hæc recantatio non est facta adhibitis solẽnitatibus, quę adfuere primæ confessioni, ideò præualet prior. tum quia ista est extraiudicialis, prior iudicialis. Confessio quidem nõ perseuerans habetur pro nulla; sed demum,quando reuocatur ante sententiam latam,non postea. Moriẽs præsumitur memor salutis; quãdo est animo imperturbato,& sibi benè præsens: nec tamen omnes morituri,maximè sortiarij, sunt Sancti. quare hæc præsumptio leuior est,quàm qua nititur prior confessio. his argumentis hoc tenuere nunnulli. *a* qui verò in terminis cõtrarium scripserit scio nullum. Confirmant, qui docent rectissimè, dictum morientis non esse ido-

neum testimonium, vt alius torturæ subijciatur, nec in homicidio; *b* nec in iudice dicente se tulisse falsam sententiam, *c* nec in furti crimine; *d* nec in alijs vllis, *e* ex communi & in praxi recepta sententia; Cauendum ergo iudici, ne post denominationem factam,& lata tam sententia vnquã permittat partes ad reum accedere: hoc enim ad nihil vtile fuerit, nisi vt reum molestent. frustra quidem, si is non reuocet: si reuocet,damnosum id futurum, quia gignitur præiudicium non exiguum iudicio,quod Sacrosanctum & indubitatũ esse deceret; & ipsi quoque reo, qui falsum dixisse,vel falsitati consensisse fetur in iudicio, vbi veritas dicenda,fatetur.

6. Quando malefici isti complices suos produnt, & postea ex interuallo variant; idem seruandum, quod in causa hæresis solet seruari. est enim eadem ratio huius criminis, & eadem praxis. *f* In hæresi res non est certa. nam sunt qui censeant standum illi testimonio quo hæresis reuelatur; & ideò si primo testimonio hæresis reuelatur, standum primo; si posteriore reuelatur, standum posteriori; etiamsi alterum iuramento foret confirmatũ. *g* ratio est, fauor fidei & religionis; qui vt facit, ne hoc crimen in perniciem Christianæ religionis maneat occultum; etiam facit, vt in dubio quis præsumatur hæreticus quantum ad condemnationem pœnitentiæ in foro Ecclesiæ imponendæ, pro vtilitate animæ. *h*

In primis obseruo forum Ecclesiæ duplex esse,vnum publicum,vt est inquisitorum: aliud priuatum & secretum, vt est pœnitentiariorum seu confessorum. quoad secundum facilè admiserim hanc sententiam tot DD. nullum enim hæc præsumptio damnum, immò & commodum adfert pœnitenti. Quoad prius forum;quia res est maximi præiudicij, & solent inquisitores vel brachio sæculari tradere, vel alia etiam corporis afflictiua pœna, cum publica ignominia,reumatficere; valdè hæsitare me fateor. Sanè nec Iac. Simancas Epise. Pacensis, & posflea

a Gedelm. l.3.c.9.nu. 25.Binsfel. sup. fol.309

b l.si quis in iudice dicente se tulisse falsam sententiam, c nec in furti crimine; d nec in alijs vllis, e ex communi & in praxi recepta sententia; Cauendum ergo iudici, ne post denominationem factam,& lata tam sententia vnquã permittat partes ad reum accedere: hoc enim ad nihil vtile fuerit, nisi vt reum molestent. frustra quidem, si is non reuocet: si reuocet,damnosum id futurum, quia gignitur præiudicium non exiguum iudicio,quod Sacrosanctum & indubitatũ esse deceret; & ipsi quoque reo, qui falsum dixisse,vel falsitati consensisse fetur in iudicio, vbi veritas dicenda,fatetur.

in gratia §. si quis monuerit ad Syll. c Bart. & al.add.§. si quis moriẽs. d Hippol. Marsc. in pra.§.restat in princ. e Ant. Gomes. sup. c. 13. nu. 17. Iul. Clar.d. q.21.n.17.

f docui sup. init. sectionis huius et uult Binsf. d. memb. 2. fol. 315. g ex tex. et gl. in c.accusatus §. licet. de hær. in 6. Felin. in c. cum in tua. col. 2. de test.Cou. lib. 2. uar. res. c.13.Re pert. inquisitor. uerbo,testes Menoch. de arb. casu. 108.quos refert. & seq. Binsfel fol. 314.

h post glo. & Ioan. de Imola Squillacensis de fide Cathol. c 34.Iosephus Masc de probat. lib. 1. cõc.495.n. 8.qui citat plurimos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stea Zemorêsis, hoc simpliciter admittit, cuius hæc sunt verba, de hac testimonij correctione loquentis; *a nec audiendi sunt, qui putant eo dumtaxat casu id accipiendum esse, cum posterius testimonium* (scilicet; reuelans, quando primum nõ reuelabat) *est contra reum in fauorem fidei. Nam licet eam speciem lex expresserit, mens tamẽ legislatoris aliud procul dubiò vult, aqualitas enim iustitiæ seruanda est inter accusatorem & reum, quin etiam reis fauorabiliores esse debemus; & ad absoluendum, quam ad condemnandum promiores.* b Quid ergo dicemus? Vtique censeo si vtrumquè testimonium confirmetur iudiciali iureiurãdo, & aquè probabilib' nitatur coniecturis ac rationibus, priori potius standum, siue reuelet, siue nõ. Nã fauor fidei ad tam magnum præiudicium rei porrigi non debet. Si vtrumque confirmatum sit iureiurando, sed vnum iudiciali, alterum spontaneo & extraiudiciali, standum illi quod iudiciali nititur. Et quia prius semper coram iudice solemniter perhibetur, posterius vel rarò vel nunquam; semper tum standum erit priori. accedit quod quando iurat in posteriore, eo ipso iã declarat se periurum, qui prius falsum iurauit. priore quoque testimonio iã ius quæsitum, quod idem testis non potest auferre: posterius denique semp laborat suspicione subornationis, vt testè Simanca Demosthenes Lampidi obiecit. c Vno tantùm casu puto standum posteriori, siue iuratum sit, siue non; quando apparet manifestis indicijs testem non leuitate aut odio, non prece aut precio, sed iusta omnino ex causa testimoniũ correxisse. d Quod verò idem Simancas putat maiorem præsumptionem adhuc fore pro testimonio posteriore; si reus moriẽs illud pro exoneratione suę cõscientię perhibuerit; quia tũc nemo præsumitur peierare vel salutis suæ immemor esse, *ex D. Chrys. hom. 5. in 2. ad Timoth. Roman. Igneo & Marsc.* id iam supra docui non procedere, quãdo ijs quę iurauit, contradicit post sententiam latam: in tali enim hæc præsumptio cessat.

a *d.c.36. nu.4.*

b *d.c.accusatus §. Idet l. absentẽ de pœnis l. Arian. de act. & oblig. l. fauorabiliores de reg. iur.*

c *orat. contra Phormionem.*

d *sic ex d. §. licet, & Couar. sup. & Curtio sen. consil. 69. Simãc. nu 3. & 5.*

SECTIO VI.

De ijs quæ loco accusationis esse solent in hoc crimine, & de accusatione ipsa.

ACcusatio quæ aliquando sequitur incarcerationem, aliquando p ęcedit, solemnior est, quam *denunciatio*; est enim maleficij alicuius apud iudicem, & vindictam publicam solemniter facta delatio: sed in praxi *querela* successit in locum accusationis. quare vbi iudex non potest procedere ex officio contra delinquentẽ nemine querelam proponente (quod in non multis locis est. in plerisque enim potest iudex ex officio in quocunque delicto procedere, & ideo in plerisque locis *inquisitio* successit in locum accusationis) e ibi contra querelam omnia possunt obijci, f quæ contra accusationem.

Quoad personam, in hoc crimine admittuntur omnes aliàs inhabiles, quia est crimen exceptum, vt communiter omnes fatentur, g & ideo in hoc crimine laicus poterit accusare clericum: admittitur etiam minor viginti annis, etiam si suam vel suorum non prosequatur iniuriam; admittitur mulier, admittũtur infames & criminosi, & etiam socius criminis, etiam excommunicati, excommunicatione maiori: soli repelluntur ab accusando inimici capitales. Quod receptum de capitali inimico, quia est impedimentum iuris naturalis. h Quoad excommunicatos excõmunicatione maiori; licet illi actores esse non possint, nec illis possit ius dici; & videantur illos excludere Clarus *q.14. num.16.* & Farinac. *supra num. 32.* verius tamen est eos non excludi in hoc crimine, sicut nec in hæresi, vt fatetur ipse Farinac. *nu.56.* vbi præter inimicum dicit nullum inhabilem in exceptis criminibus excludi. nec puto hoc Clarum voluisse negare. Quo pacto enim complices admittantur, qui ferè omnes sunt excommunicati? Ad rationem contrariã respondeo, non ipsis ius dici tunc, sed Deo; cuius directè causa agitur, quando fides defenditur.

2. De-

e *Farinac. quæst. 122. princ.*

f *Farinac. sup. num. 6.*

g *Farinac. à nu. 120. seqq Clar. q. 14.*

h *vide Farinac. nu. 40. & Clar. in 17. d.q.14.*

2 *const. Carolin. c. 12. & 14. & l. 2. C. de exhibitis. l. 3. C. de his qui accusat. Angl. de malefic. 2. ad querelam.*

b *Farinac. q. 116. num. 8.*

c *arg. l. non est singulis de reg. iur. l. nil prater §. si debitores. qua in fraud. cred. Menoch. prax. rem. 25. n. 5.*

d *Farinac. q. 27. n. 34.*

e *Vide Farinac. q. 27. num. 6.*

f *Farinac. sup. n. 100. & hoc facti in cã Docto nec Fidelini.*

g *Farinac. nu. 104.*

h *Lancel. Conrad. de offic. prætor. in 1. 1. C. de iust. & iur. l. 5. obs. 69 Anton. Gomez. d. to. 3. c. 8. & opt. Farin. à nu. 112. usque 117.*

i *Simãc. d. 243. nu. 2.*

2. Debet accusator crimen iudici proponere cum indicijs & argumentis suspicionum, & idoneè cauere de damno re sarciendo, si succumbat, & incarcerari. a Calumniator tenetur ad damna, expensas, & interesse calũniati, b & iure communi ac constitutione Pij V. ad pœnam talionis; plerisque in locis ex iure cõsuetudinario, pœna arbitraria, pecuniaria, vel corporali. *vide Farinac. d.q.16.*

SECTIO VII.

De apprehensione, & carcere.

QVamuis nemini liceat auctoritate sua maleficos occidere, licet tamẽ cuique in manifesto crimine deprehensos comprehendere, & iudici offerre; *ut explicanda l. vlt. C. de malef. inc. Binsfeld.* nam si lex illa, generaliter accipiatur, esset rixarum seminarium. quia maleficus meritò se defenderet. & aperiretur occasio petulantibus innoxios comprehendendi, addo præterea requiri, vt vel sortilegus sit fugitiuus, vel desit copia iudicis, vel bellum fuerit indictum talibus, vt de hæreticis contra Goffredum & Alberic. docet Simancas. c vel etiam nisi maleficus ille sit bannitus: alias qui non habens merum imperium d & non existens in maiori magistratu e caperet & incarceraret, iniustè faceret. Potest autem capi quouis loco, & tempore, & cuiuis carceri includi: quia exutus est omni priuilegio, neque illa procedũt in criminibus atrocissimis. quare etiã possunt detineri in compedibus, manicis, cippis. f possunt pro pœna teneri in carcere obscuro & tetro, in quo intra paucos dies moriantur; sed hoc intellige postquam crimen confessi, vel cõuicti, & damnati, de crimine merente. g Capi tamen non poterunt nisi præcesserit informatio aliqua, post indicia legitima; ex æquiore sententia: h immo Simancas vult in crimine hæresis neminem capi, nisi iudices compererint plusquã semiplenis probationibus reos vrgeri. i ratio, quia sola etiam captura in crimine hæresis vehementer infamat. verum hæc sententia, nec satis fundata est, nec satis tuta reip. quam priuatim misericors in reos, tã publicè noxia & in commune vergens periculũ. Nam semiplenæ probationes omniũ iudicio ad quæstionem etiam in criminibus minus reip. noxijs sufficiunt. Deinde quo crimen est atrocius, & in commune perniciosius, hoc leuiorib. iudex indicijs fretus potest ad capiendum procedere.

Sed & personarum habenda est ratio, vt facilius procedatur contra vilẽ, & pauperem, & plebeium, quàm contra nobilem, bonæ famæ, & locupletẽ. Fortè opinionũ diuersitas quam Pacẽsis Episcopus hac in re inueniebat, in præceps eum egit. nam si octo enumeratis à Farinacio, k addas aliam Gomesij *l* & commemoratam Simancæ, iam decem numerabis. Illis prætermissis, *primum statuo* iudici de delicto commisso constare debere, vt vult Gomesius; sed id intelligo, quando de actu extrinseco & damno dato agitur. *deinde statuo* iudicis arbitrio permitti, quando sine, vel cum quibus indicijs, capere reum debeat: *m* veruntamen eum oportere legibus, ratione, & æquitate hoc suum arbitrium moderari, considerata criminis, & personarum qualitate. quare ad simplicem querelam siue delationem nũquam sim auctor, vt ad capturam, ne vilium quidẽ personarum, se iudex accingat; nisi delator summariè probet reum esse suspectum de fuga, & idoneè cauear per fideiussores; aut, si psona sit locuples, se suaque obliger, pro refusione impẽsarum, damnorum, & interesse, casu quo querelam suam non probaret. his enim concurrentibus Castren. Bald. & aliorum veterum *n* sententia recipi poterit, aliàs certè nimis rigida. Poterit eodem modo iudex procedere, quando ad delationem accedit nominatio seu indicium ab ipso infirmo periculosè laborante, (verbi gratia, defertur ad iudicem à medicis, Petrum esse maleficio læsum: iudex ex officio mittit Notarium ad Petrum, qui interroget, quem putat auctorẽ maleficij,

k *d. q 27. nu. 114.*

l *d. to. 3. c. 8. nu. 1.*

m *arg. l. 1. D. de cust. reo. Clarus q. 28. nu. 2. Kirchou. Cœtur. 4. cenel. 30. Bonacc. in comm. op. & alij.*

n *vide Farinac. supra nume. 115. 120. 128.*

Petrus nominat Ioannē; qui iam delatus fuerat ab alio.) ratio praxis est, quia talis infirmus adhuc sensibus & iudicio integer, animo imperturbato, præsumitur meritò salutis suæ memor, & huiusmodi infirmitas habetur pro quadam specie torturæ, *a* ideo iste torto comparatur: nec dici potest spontaneus delator, neque hic locum habent alia illa impedimenta, quæ recensuimus contra nominationem sortiarij in vltimo supplicio deponentis. Optarem tamen hoc casu hanc nominationem infirmi nudam non esse, sed ornatam causis opinionis siue suspicionis, cur illum credat auctorem.

a *Crauet. Roland Mascard. et alij apud Farinac. n. 129.*

Porrò ad solam informationem extraiudicialem in scripta nō redactam, siue quæ non sit in actis & apud acta, quicquid nonnulli censuerint, non arbitror capere licere: nisi duæ saltem à Claro *b* requisitæ conditiones cōcurrāt, scilicet vt delictū sit enorme (quale est crimen maleficorum) & periculum sit, ne reus aufugiat, interea dum informationes in actis recipiuntur: quod periculum cum semper fere sit in maleficis, quæ vt plurimum sunt viles personę, proclines in fugā, vix accidit vt iudici nō liceat post nudā huiusmodi extraiudicialem informationē, vel post querelam, qualem diximus, incarcerare. Prosper Farinacius *c* addit tertiam conditionem, vt iudex securus sit, quod post captum reum venient testes deposituri: sed cùm Salyc. Claro, & Cauense, quos ille citat, puto priores duas sufficere. Illud optime idem Prosper admonuit, *malefacere iudices illos, qui lucri causa multos penes se habent exploratores, & ad simplicem unius illorum relationem reos in carcerem compingunt. hoc enim practica damnabilis est* (inquit) *nec in iudicijs per principes tolleranda.*

b *q. 28. nu. 2. in fi.*

c *sup. nu. 131.*

Quoad personas nobiles, & honestiores genere vel dignitate; etiam cōiuges respectu maritorum, eas sub fideiussoria, imò & iuratoria cautione relaxandas censuit Godelman. *d* & multos citauit: sed in primis illi DD. non loquuntur in terminis & expresse de nostro crimine. Deinde nec in genere, quando venit infligenda pœna mortis, id verum est in alijs criminibus, si rei aliàs ex carcere fugerint, vel si delictū sit notorium, vel in flagranti crimine sint reperti, vel ad torturam iam adiudicati. Præterea requiritur, vt iudex reum reperiat innocentem, vel saltem valdè dubiter, & vtroq; casu cautio illa non admittitur, nisi finito processu & completo. Deniq; certum est non cogi iudicem dimittere, sed hoc totum, ab eius arbitrio, prudenter perpensis circumstātijs omnibus, dependere, *e* nec facilis esse debet in nostro crimine; quod, sicut hæresis, omni priuilegio & dignitate reū penitus spoliat. Nunquam tamen dimiterem sub iuratoria cautione tantùm (quomodo qui Deo periuri, mihi iusiurandum seruent?) sub fideiussoria verò; non nisi vrgentibus grauissimis caussis, & quando fideiussores se vt custodes obligarent, quo casu multò melius prospicitur reip. quàm si vt fideiussores tantum; quæ cautela à Soare accepta placuit Menochio eam explicanti. *f*

d *sup. n. 14*

Vide Farin. hic n. 34.

e *Vide Farin. hic n. 34.*

f *De auctor. quidam notat cō bentè d. Farinac. q. 30. n. 70.*

Capi sortiarios seu maleficos etiam in Ecclesia posse, puto ex multiplici capite, tum quia crimen est atrocissimum; tum quia sunt sacrilegi, tū quia blasphemi, tum quia venefici & homicidæ deliberati & proditorij, tum quia sunt vt plurimū hæretici & apostatæ; nam nullis istorum suffragatur immunitas loci sacri, ne ibi quidē vbi viget: *g* & in casu quo non valet immunitas, volunt multi etiam non requisito Episcopo reum extrahi per iudicem sæcularem posse: alij tamen volunt ab Episcopo veniam peti. prior opinio de iure verior et receptior erat ante bullam Gregorij XIIII. optimi & laudatissimi Pontificis; qua expresse cautum, *ne liceat secularibus in ecclesijs, sine Episcopi licentia aliquem ex Ecclesia extrahere, et in casu aliàs permisso; nisi si forte Episcopus talem licentiam dare recusauerit: & tūc reos sic extractos debere ad carceres Ecclesiasticos conduci, vt illic detineantur, donec per Episcopum, vel ab eo deputatum, cognitū fuerit, an crimen sit tale, vt gaudere non debeant immunitate Ecclesiastica.* Vbi tamen hæc bulla non obligaret, ibi posset extrahi

trahi casu dicto; sed modestè & cauē do tumultum & offensionem personarum Ecclesiasticarum, & dummodo postea comperto quod nō debuerint extrahi, statim Ecclesiæ restituā tur: *a* & in ijsdem locis, valebit ius præuentionis in eo, vt si reus nondū sit extractus, ad Ecclesiasticum iudicem; si iam si extractus, ad sæcularem pertineat iudicare, num immunitate gaudere debuerit, nec nè. *b*

a *Couar. li. 2. var. resol. cap. 20. n. 18. ela. q. 30. n. 20. post. Guidonem Pap. Boer. Ranig. & alios.*

Indebitè carcerati malefici, etiam si carcerem effregerint, propter talē fugam nec puniendi erunt, neq; pro confessis habendi, neq; ad carcerē redire tenentur, etiam si redire iurauerint: *c* neq; tenebuntur ad pœnam conuentionalem ipsi vel fideiussores, si quos dederunt: *d* neque ad torturā propter huiusmodi fugā rapi possunt (vt possent si carcer fuisset iustus) etiam si animo non reuertendi fugissent. *e* Sed an in foro cōsciētiæ peccet fugiens ex iusto carcere, quæstio est difficilis, neq; hic tractanda. Peccare censet Farinac. n. 90. cū Couar. *f* sed non peccare censuit Maior, & Feli. cū antiquis aliquot Canonistis, & ex recentioribus. Lopezius *Instruct. c. 66.* immò & teneri fugere, si turò possit, voluit *Victor. relect. de homic.* Breuiter nihil hic peculiare est, quoad sortiarias, ideò de hac quæstione in genere tā pro sortiarijs quā reliquis; si vis, lege *Couarr. sup. Set ad 2. 2. q. 69.* *a 4. Nauarr. Manual. c. 25. Victor. d. relect. Lopez. d. c. 66. Binsf. in Enchirid. & Brunor. sup.*

b *Vulpell. resp. 130. n. 6. Farinac. sup. n. 76.*

c *sic post Rodion. Mingu. & Couar. 1. var. resol. c. 2. n. 7. & 11.*

d *Farinac. q. 30. n. 70.*

e *Farinac. n. 85.*

f *lib. 1. var. resol. c. 2. n. 8. & 14. & Brunor. à Viale in qq. le tol. q. 30. n.*

In ipsa captiuitate quędam sunt iudici obseruāda. primò, vt statim per quirantur omnes areæ & anguli domus accuratè; num inueniantur pixides, vnguenta, pulueres, & alia instrumenta maleficiorū; neque rei permitti debent iterum ingredi domum, ne capiant taciturnitatis medicamenta. *Sic Petr. Gregor. lib. 13. de republ. cap. 30.* superstitiosum autem est, quod quidam addunt, curandum lictoribus, vt sublimes de domo tollantur, ne, antequam in carcerem detrudantur, terrā contingant. credo verentur illi, ne sint de genere Antæi Libyci, cui contacta terra vires de nouo sufficiebat, iuxta fabulas. Tale etiā illud, detrahere omnē illis vestē, & induere eas sola quadā interula; quæ vno die neta, texta & consuta: superstitiosum non foret, sed vt ile eas omnibus suis vestibus spoliare, & alijs vestire, ea gratia, ne quid lateret in vestibus maleficij. Sanè hæ diligenter excutiēdæ & scrutandæ. Valdè ēt mihi suspectū, quod quidam graues auctores *g* scribunt; admonēdos iudices ne patiantur se à maleficis tangi super nudam iūctarā manuum & brachiorum. cur quæso? si ne veneno inficiant, certè possunt etiam infici alijs corporis partibus tactis. ne fascinēt? deme venenum, & partiū istarum nulla erit fascinatio. simile est quod addunt ijdem, producendas ante iudicem maleficas tergo aduersas. quia putāt, si iudices ante alios, maleficæ aduenientes adspexerint, eos fascinari visu, & fieri mitiores ac faciliores ad absoluendum. nō ne hæ sunt næniæ pueriles? quid virium habet aspectus maleficæ, eò q primo vel secūdo loco iudicem viderit? Deinde quomodo hæc cohærent? maleficæ cognitioni iudicū addictæ, statim vim maleficiorum amittunt, quod ijdem asserunt auctores; & fascinat nihilominus modis dictis. an, quod fascinat ante captam cognitionē post captiuitatē, post captā verò cognitionē nō amplius? otiēdat diuersitatis huius causam, si nos credere sibi postulant. Deinde cōmunior est rumor, statim atque incarceratæ sunt nocere eas amplius non posse. Nec defuere qui sollicitè causam quærentes, tādē duas reddidere homines non Catholici. *h* Primam quòd com modè illic venena sua habere nō possint. quasi verò Diabolus ea nequeat adferre: & nequeāt illa ab eo accipere nisi per manū commentarien sis, vt illi falsò supponunt. Secundā, quòd liberè cū suo magistello cōmunicare non audent; & maximè metuunt, ne à iudice colloquēres deprehendātur. quasi nesciant nocturni tēporis multum sibi ad hoc superesse, & nequeāt occultè dæmonem, etiam alijs præ-

g *Sprēg. in malleop. 3. quæst. 15. & Grego. supra nu. 4.*

h *Damian. de Sortiar. c. 4. Godel. d. c. 4. lib. 3. nu. 17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentibus alloqui. surdaster credo Satan est, & eget clamoribus. Refellũtur hi ipsa experientia. nam constat à Satana illas vehementer sæpe in carceribus affligi; (vt de nonnullis testatus Remigius lib. 1. c. 13.) constat etiam in ipso carcere aliquando illi commisceri, & posse grandine agros lædere: cumque hæc damna inferant per ipsum dæmonem; solo nutu possent illi significare, & ipse, illis vinctis, id exsequi per sese. Anno CIↃ. IↃ. XCVI. cùm Stabulerum proficiscerentur, Leodio Quæsitores, Oranus, & alij, in viâ planâ subitò currus deiectus fuit, & mirificè per medium confractus, omnibus tamen illæsis. pedibus ergò, quibus equi non aderant, reliquum iter confecerunt. cùm Stabuleti in carcere inuisissent Ioan. illum del Vaulx, cui[us] causâ eo profecti fuerant; is statim illis, benè (ait) in via expalluistis; nec satis vobis omnia prospere successerunt. Et dissimulantibus illis, casum narrauit, adddiditq; se id à suo dæmone accepisse. dæmũ tamen ab alio quodã dæmone illatũ, iniussu suo: voluisse dæmonem amplius nocere; sed non licuisse. Hinc causam habetis. posse per dæmonem nocere, si Deus permittat: ratiõ Deum permittere, ne iustitiæ executio in maleficos impediatur. *Plura videte sup. lib. 3. p. 1. q. 3.*

Exemplũ vide inf. li. 4. sect. 10. in fine.

Vtilior ergo est monitio, ne iudices illos diu detineant in carceribus, sed vel sontes velox pœna cõsumat, vel innoxij reperti liberẽtur maturi[ũ]: & vt obseruentur, ne qua secum se rant, vel ne qua inferãt alij, quibus fi bi necẽ queant inferre: & eadẽ de causa, ne diu solæ permittãtur esse. nihil enim Diabolus diligẽti[ũ] conatur, quã ad mortis consilium illas inducere. Sed cur eas carceribus nõ eripit? Grillandus *quæst. 9.* scribit quosdã iudices sępe expertos an solitã inunctione Magi capti per dæmonẽ efferrentur, & nullã vnquã sortilegia tum effectum sortita. Vode multos tenuisse, quod captę a demone eripi non passi: & rationes reddit duas. primã quia Diabolus maiult illas in professione sua statim mori. 2. quia Deus nõ permittit dæmones exercere potẽtiã suã, ne id fiat in scandalũ ipsorũ iudicum, & Dei ignominiã, Nam videretur plus posse Diabolus in suis ministris strigibus; quàm Deus in suis, qui sunt Iudices. quæ ratio posterior est D. Thom. Confirmatur, quia Pompeio poli existens Inquisitor permisit cuidam Malefico captо vt se inungeret, & licentiam dedit euolandi si posset, & ille statim sublatus fuit in aerem. Cùm Legione in Hispania degerem legi literas ad Doctorem quendã Canonicum datas; quibus hoc inter cetera narrabatur. Ergone hoc tunc accidit quia cessabat ratio prædicta, nec dæmon poterat videri contra iudiciariam potestatẽ prævaluisse? Suaderẽ tamen Iudicibus abstinere ab huiusmodi experientijs; in quibus plus est curiositatis, quàm pietatis. Punitæ morte Iudicum curiositatis ego alias ex Cumano exemplum dedi; quod idem ex Siluestro Prierate Crespet[us] narrauit *lib. 1. de odio Satanæ discur.* 15. Posterior autem illa D. Thomæ ratio quanti sit momenti dictum iam *lib. 3. p. 1. q. 5.*

[a] *Auth. hodie de custod. reorũ.*

[b] *Nicol. Remig. lib. 3. demonolat. c. 6. 7. & 8.*

SECTIO VIII.

De accusationẽ iudicio post incarcerationẽ.

DE hac sufficiunt iam à nobis dicta, sup. sect. 6. si quis plura volet, legat Prof. Farin. q. 12. & 16. Clar. *§. fin. q. 12. cum mul. seq.*

SECTIO IX.

De Tortura.

AD hanc iam diximus, quæ sufficiant indicia? *sup. sect. 3. & sect. 4.* Nũc videndum nobis qualis esse debeat? qñ iteranda? decernendaue? & q̃ hac in re superstitiosa sint vitanda?

Quoad primũ, secũdumq; sunt. nvalde cõmista, quæ de ijs dici possũt; scienda. Inprimis poterit iudex instituere interrogationes ad formulã illã a Grillando * traditam; *Quid illa professio quam faciunt cũ dæmone, & quibus modo ac ordine ad illam accedant, & quibus cerimonijs & solemnitatibus in ea vtantur? Ad quid se obligent dæmoni? sub quâ formâ verborũ fiat ipsa obligatio? quæ sint ab eis seruãda & ad quæ teneantur? quæ præmia habeãt & quæ habere speremt ab eorum Principe Dæmone? ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componant vnguenta, quibus liniant corpora sua dum vadant ad ludos? cum quibus etiã rebus faciant alia veneficia? quem ordinem teneant, quando accessurę sunt ad ludos prædictos? sitne verũ quod vadant corporaliter, vel illa sit illusio siue visio quædam in apparentia, in mente, & intellectu? casu quo accedant corporaliter, an ambulent pedib. propijs, vel aliter deferantur, & quomodo? & per quę? & quomodo & qualiter celebrent sacrificia, offerãt preces & munera dæmoni? & quæ sint illis in præcipua obseruantia in dicta professione;* & alia huiusmodi quæ iudici ex præcedẽti inquisitione, vel denũciatione videbũtur exquirẽda: postea poterit interrogare de singulis, *num hæc, & quando, & cũ quibus, &c. fecerint?* in his vtile erit à leuioribus, quæ faciliùs cõfitentur, ad grauiora progredi, ideòq; vltimo demum loco de copula cum dæmone interrogare (*Sprenger. p. 3. malleiq. 14. & 15.*)

[a] *l. 1. §. quæstioni. D. de quæst. Arist. in Rhet. ad Alex. de qſt.*

[b] *D. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei.*

[c] *Cipri. ad Demetrian. Acã. Maior. in 4. d. 15. q. 22. Silu. Tab. & alij, verb. Inquisitio. Vide Prosp. Farinac. q. 38.*

Abstinẽdũ iudici tormentis, si possit absq; dubio veritas haberi, *quæstio. nres fragilis est, & periculosa, & quæ sæpè veritatem fallit, a* sępè sit vt *innocens pro incerto scelere certissimas luat pœnas. b* Ire quenter tñ cogitur iudex quæstionẽ adhibere, cùm *qui se negant crimine quo accusantur teneri, torquentur, vt facinoris veritas quæ indicia tot non promittunt, dolore corporis exprimatur*, teste B. Cipriano, *c* & est Theolog. sententia communis.

Torturæ modus iudicis arbitrio cõmittitur, sed debet illud moderari prudẽtia & æquitate primò, vt præcedãt indicia sufficientia, de quibus egim[us] *Sectione 1. 2.* vt cõstet prius de corpore delicti, quod ibidẽ probauimus. 3. vt reo sit data indiciorũ copia, & processus cõtra ipsum iam formati, & ẽp[s] ad se defendẽdũ sufficiẽs, *4.* vt reus nec sit cõfessus, nec cõuictus. 5. vt per interlocutoriã reum iã damnarit ad quæstionem, expressis in sententia causis; & reus non appellarit, aut si uolè & calumniosè appellarit. appellationi enim non friuolæ aut calumniosæ deferendum est: adeò vt contra eam tortus & confessus nequeat condemnari. Si constet iudici friuolam vel calumniosam esse, potest eã continere; poterit autẽ credere talem esse, quando in processu erunt indicia legitima ad torquẽdũ, quæ reus in termino sibi cõcesso non sufficiẽter expurgauit. Si de hac re iudex dubitaret, oĩno deberet appellationi deferre, & à tortura supersedere. 6. debet iudex postquã reus cibũ vel potũ sumpsit, propter periculũ vomitus, vt minimum quinque vel sex horis, à quæstione abstinere. 7. debet pro grauitate delicti, certitudine indiciorum, & qualitate personarum, etiam qualitatem & grauitatem tormentorum remittere vel augere. Modos autem & gradus torturæ rectè proponit Farinacius *e* debet etiã iudex, licet illud delictum sit atrocissimum, cũ modũ & diuturnitatem quæstionis in eo seruare, vt corpus rei maneat vel illæsum, vel modicè læsum, saluum innocentiæ vel supplicio: illæsum dico, qđ ad carnis lacerationem, aut ossiũ vel neruorum fracturam. nam quoad discompagiationem, siue disiunctionem, iuncturarum & ossium, non immoderatã, vix in tormentis eã potest euitari. Hic meritò cunctis sequenda foret (extra tormẽtũ insomniæ) Pauli. III. bulla LVIII. *f* quæ vetat reum in torturã vltra horæ spaciũ detineri. Debet etiam iudex abstinere nouis, & in sua pũncta inusitatis tor quendi modis; Sed vtatur solitis in hoc crimine; vt tormẽto funis tenuioris; & effusione aquę frigidę integrũ appensi, vel ẽt additis ad pedes põderibus, vel vt baculo inter pedes infer to nequeat iungere; vel tormẽto vigilię omniũ optimo & tutissimo qñ nõ additur simul mẽbrorũ extensio. hoc optimè nobis descripserũt Flamin. Cart. & Farin. *g* & eo potissimũ vtendum quoad mulieres, maximè honestiores, vt sunt moniales, &c. hæc in

e sup. n. n. 34.

f habes in Bullario d. n. suo p. 1.

g Cartar. lib. 4. prax. crim. c. 2. n. 7. & 8. Farinac sup. n. 71. & Mar. in l. 1. D. de quæstion.

inferenda quauis tortura.

Quoad iterationem quæstionis, seruandum primò, ne vnquam etiam vrgentissimis indicijs superuenientibus, reus torqueatur vltra tertiam vicem, etiamsi varius sit in confessione: quod si semper constanter negauerit, non posset vltra duas vices torqueri, *a* licet contrarium seruetur in praxi, secundò, non est repetenda eodem die quæstio, sed vnus saltem dies inter singulas est interijciendus, vt terror ille & dolor resideat. *b* tertiò, nunquam est iterandus; nisi superueniant indicia noua, & diuersi generis, & prioribus euidentiora: & nisi reus sit adeò fortis ac robustus, vt animo & corpore in priore tortura perdurauerit: item nisi priores torturæ nimis lenes & insufficientes fuerint; quod dijudicare pendet à iudicis arbitrio. quartò, si reus in tormentis confessus, sequenti die non vult ad bancum (quod aiunt) confessionem suam ratificare extra torturam, dicatque se dolore tormentorum falsa fuisse confessum, poterit absque nouis indicijs de nouo subdi quæstioni, vt per seueret. Si tunc reus in secunda quæstione pergit negare, primam confessionem expurgat, & est dimittendus, nec poterit tertio torqueri: *c* nisi tamen prima tortura fuisset insufficiens & indicia valdè vrgerent, tunc ad tertiam posset deueniri. *d* Quod si in tertia adhuc negat, omnino dimittatur si in tertia sicut prima iterum confitetur, & post torturam ratificet quæstionem omnino est puniendus: si tertia in tortura iterum confitetur, sed post torturam negat; non poterit quartò torqueri, sed est absoluendus. quia cuncta indicia priora purgauit, & vltimum illud solum ad quæstionem non sufficit, estque tandem finis aliquis quæstionibus imponendus. *Sic Simanc. supra numer. 43. & alij illi supra citati. & præterea Bossi. Blanc. Carrer. & Farinac. eos sequens supra numer. 99. & 105. vide Marsil. in repetitione l. repeti. D. de quæstion. Et quod tunc simpliciter & absolutè sit dimittendus liber, volunt Eymeri. in 3. p. director. & Pegna d. comm. 31. Ant. Gomez d. capitu. 13. numer. 28. soluens argumenta contraria. Damhoud. in prax. crimin. capitu. 40. & alij apud Binsf. feld. l. 7. de maleficis. C. quæst. 1. conclu. 16.* Est que non illepidum quod narrat Marsil. habuisse se Mediolani quendam insignem nebulonem; qui in tortura fatebatur; & in auditorio post torturam cuncta iterum negabat. tandem rogatus quare sic faceret, renidens respondit; quia melius iudicio millies torqueri in brachijs, quàm semel in gula. quare? quia multos reperias chirurgos, qui norunt sua in loca reponere, & coaptare ossa brachiorum, nec vnũ inuenias, qui norit reaptare gulam. his & similibus sibi illudentem Hippol. Marsil. coactus fuit liberum dimittere. Porrò qui dimittendus, eum censeo dimittendum absolutè, & simpliciter, sine fideiussoribus, idque ex receptiore sententia, neque causam indecisam relinquendam. si tamen indicia non forent per reum sufficienter purgata; vel etiamsi uerisimiliter expectarentur indicia noua & clariora præcedentibus; tunc, ex multarum Curiarum praxi, posset reus dimitti data fideiussione de se repræsentando, cum iterum a iudice accersetur; & tunc, cùm ista indicia noua superuenerint, reus iterum examinatur. hæc dimissio tunc non est absoluta, sed stantibus tantum rebus. prout tunc se habebant. *vt bene post Boer. & Carauitam Clarus quæstion. 62. & Damhaud. supra.* Praxis uero illa quam Sprengerus ponit *p. 3. Mallei quæstion. 14.* vt damnetur non ad torturam iterandam, sed ad eandem alio die continuandam, & hoc posse fieri non ortis nouis indicijs; mihi callidior, quam verior; & crudelior, quam æquior videtur. Nec enim decet huiusmodi verborum captiunculis sæuitiam intendere. quid prodest uocare continuationem, quæ reuera est iteratio? quam durum etiam est, per continuatos dies quæstionem exercere? absint a pijs iudicibus huiuscemodi commenta. Quod dixi, secunda, vel tertia vice iterari tormenta posse, id procedit, quando reus duntaxat causatur dolore quæstionis se victum fuisse: sed si contenderet erroneam fuisse confessionem,

a *sic intelligo Simanc. & quos allegat prax. c. 52. nu. 42.*
b *Maior in 4. d. 15. qu. 22. & Sim. supr. nu. 39.*
c *Sic Simã. sup. n. 43. et in fuit prac. Milleus, Clarus, Damhau. & Carr.*
d *hæc est mens et Simanc. su. n. 46. & Frã. Pegna indirect. inqui 31. 3. p. com. 69.*

sionem, & separatum probare suum errorẽ, & adsint aliqua indicia pro re uocatione facientia, tunc non posset iterum subijci quæstioni, sed deberet ei spacium tribui probandi erroris, & interea laxiùs haberi, & admitti ad eum aduocati ac procuratores, vt possit cũ ijs conferre. *a* Hæc de reo non conuicto.

Ceterùm si reus sit conuictus, consultius est iudici non subijcere eum quæstioni. quia tortura solet indicia præcedentia purgare, immò & plenas probationes; & ideò re⁹ etiam cõuictus in tortura, & post eam constãter persistens, foret liberandus, vt ex commmuni Dd. sententia docet Farinac. *b* Et licet multi grauissimi iuris interpp. existiment, adhuc huiusmodi posse cõdenari. *c* & sic Parisiensis Curia, teste Paponio, aliquoties iudicari; contrariũ tamen, quod dixi, communius & verius esse, cum Cartario censuit Farin. saltem quoad pœnam ordinariam, vt ea infligi non possit: extraordinariã non corporalẽ fatentur infligi posse, quando conuictus tantùm fuit præsumptionibus vrgẽtissimis; quod si cõuictus fuerit plenis probationibus, tunc posse infligi pœnã corporalẽ extraord. etiã tremium. Sunt tamẽ aliqui casus, quibus tortura reum cõuictũ non eriperet punitioni ordinariæ. 1. si non detur super delicto, de quo quis fuit cõfessus, vel cõuictus; sed ad notitiã aliorũ delictorũ. 2. quando datur tantùm pro habenda vlteriore veritate qualitatũ aggrauantiũ. 3. quãdo irrogatur ad habendos complices fautores, receptatores, & alios participes. 4. si iudex decernit eam cum protestatione, id se facere sine præiudicio probatorũ; & reuera hæc protestatio non appareat contraria facto; vt appareret, si reus interrogaretur super principali delicto, etiã oretenùs & non scribente notario. Sed vtrũ iudex possit, reũ testibus plenè conuictum torquere; Nau. *Man. c. 18. n. 59.* respondet iudicẽ qui hoc facit ad impediendam rei appellationẽ, peccare Mortal. nisi constet calumnioſam ac friuolam fore appellationem. In illis locis vbi necessaria est rei confessio, non habet locũ Nauar. sententia: vbi non est necessaria, procedit quoad tormẽta ad hoc instituta vt delictum illud, de quo cõuictus est, fateatur: non quoad complices nominandos, aut circumstantias delictum aggrauantes, de quibus non est plenè conuictus.

Quoad personas torquendas, crimen istud est exceptum, ideò priuilegio suo omnes spoliantur: diuersimodè tamen. Nam qui sunt priuilegiati ratione dignitatis vel ordinis; illi planè spoliantur, etiam non infamati; mitiùs tamẽ sunt torquendi isti, quàm alij, vt docet Simancas. *d* Quoad eos qui sunt excepti ratione ætatis; puto si sint minores annis xiv. tãtũ esse terrendos, etiam terrore realis; vt nudando, ligando, & ad eculeum adducendo non tamen imponendo. Si minores tantùm viginti quinque annis ingressi saltem decimum quartũ, torquendi, sed mitiùs, quàm maiores: senes verò, pro cuiusq; viribus, minus tamen acriter, quã viri. *e* Idem deceteris priuilegiatis, qui tormẽta perferre, munitos (vt ip. vocant) remedio, siue *maleficio Ta. p. 3. q. 14. cautelæ:* quod maleficium. *f* tractant componi ex corde, vel alijs membris infantuli non baptizati, violentèr necati, & in puluerem redacti, *p. 3. Direct.* quibus cineribus corpori insperſis, vel occultatis, silentij hanc vim consequantur. Certum est in tormentis multos hoc silentium retinere, vt *Grill. de tort.* scriptores plerique testantur, & quotidiana narrat experientia. Fit autem hoc artificio Diaboli multis modis, quorum quosdam obseruat *alij.*

a *Bos. tit. de tort. n. 19 Feller. & Franc. Personalis apud Far. n. 102.*
b *q. 4. n. 26 & q. 40. à n. 2.*
c *Marsil. sing. 108. Gramm. at. cons. 12. n. 24. et decis. 8. n. 3. 4. & 7. Couarru. practic. qq. c. 13. post. nu. 5. Ant. Gomes. d. c. 13. post n. 20. Remin. Feller. & alij.*
d *d. tit. 52. à n. 23.*
e *est cõmunior, vt paret ex Iaco. Portio cons. 99. Simanc. sup nu. 21. & 22. Farinac. quæst. 41. n. 103.*
f *Spreng. Eymeric. Grill. de tort. q. 4. à tur. q. 9. Damhoud. & alij.*

a in d.l.7. q.1. concl. 15.

a Binsfeld. Etenim multiplex est causa huius silentij. vel enim tacent quia dolorem non sentiunt, vel quia loqui non possunt, etiamsi sentiant: vel qa nec sentiunt, nec loqui possunt; vt quando profundo somno opprimuntur, (somnum hunc conciliat dæmõ causis merè naturalibus, vt medicamentis soporiferis & similibus) vel sanè, quia licet sentiãt & loqui possint, robusti tamen atque fortes omnia tolerant, & obstinato animo cruciatum interrogationesq; omnes cõtemnũt. Vt non sentiant, solet dæmon efficere perquædam naturalem vim obstupefaciendi sensus habẽtia; quibus fit, vt vel dolorem nõ sentiant, vel lenior, & tolerabilior dolor videatur. de qua re actum superiùs, *lib. 2. q. 21.* Aliquando pondera appensa ipse leuat, & corpus ipsum subleuat, funes quoq; quibus ligati & extensi, laxat. aliquando verò ea quæ corpori infligi, vel infundi videntur; ipse aliò auertit, aut vim eorum priusquam corpus contingant tollit, aut aliquid densum & solidũ; quod simul facit ne adstantibus sit cõspicuum; interponit. Aliquando denique corpus ipsum malefici ex eculeo tollit, & aliud substituit; quæ cuncta cùm Deus permittit, illi facillimè sunt. rariùs tamen hanc substitutionẽ corporis alterius cõtingere puto: frequentiùs auersionem illam siue depulsionem, item interpositionem (quam dixi.) Et vel vehementer fallor, vel planè id factum in Lycanthropo illo Vuestphalico annis superioribus, de quo, vt ex ore *Serenissi. Electoris Ernesti, Bauariæ Ducis*, Carolus Billheus Vir Clar. mihi narrauit, ita ferebantur: hominẽ vicies (*eo iudicum clemens arbitrium, quòd se porrigat in illis partibus Aquilonaribus*) ixuæ quæstioni subditum, nihil tale sum, sed renidenti ridentiq; similem cuncta supplicia pertulisse. tãdem carnificem reo poculum quoddam medicatum præparasse: & ipsum quidem purum putum vinum propinasse bibissèque, reo verò exhibuisse potionem illam alteram. sic imposuisse. eccetibi confestim reum omnia sua facinora narrantem; & inter cetera, lustrorum aliquot Lycanthropiam, & quæ tum plurima perpetrarat. quærentibus, vnde hæc tam subita mutatio e responsit, pactum se cum dæmone, eumq; sibi pollicitum, hanc indolentiam cum taciturnitate in tormentis, & omnia supplicia quæ carnifex ipsi infligeret in se illum susceperum. (*hoc scilicet, vt dixi, auersionis, & interpositionis modo. stultus enim sit, qui existimet ipsum autoprosetòs dæmonem torqueri potuisse*) mox verò vt illud (nescio quid) bibisset, dæmonẽ abscessisse vel inuitum, vel pacti contemptorem. ideo se nolle ampliùs torqueri, malle sponte profiteri.

Silentium etiam solet Diabolus inducere occupatione corporea maleficì, præclusis illi interiùs faucibus & ore, ea moderatione, vt non præfocetur, loqui tamen non queat; interdum etiam organo auditus sic obstructo, vt iudicis voces interrogationesque non exaudiant rei; quorum omnium exempla suggerit Nicol. Remigius. b Aliquando duntaxat propè adsistit, & dehortatur à confessione, adhortatur q̃s, vt breuia hæc tormenta, spe vitæ præsentis longioris, & æternæ cum illo beatitatis, fortiter ferant; demum addit minas & intentat sæuiora, si quid promant. Denique solet illis membranulas & alia instrumenta magica, varijs notata characteribus, suppeditare, quibus in locis corporis secretissimis abditis, ex pacto sensum adimit doloris. Nonnumquã etiam per alias maleficas (*vt ait Sprenger. sup. q. 15.*) maleficiantur quantumcunq; remotas. Prout *maleficam quandam in Isprucb se iactare solebat, quod, vbi ad minus filum ex vestimentis alicuius detenti haberet, tantum efficere posset, quòd quantumcunque tormentaretur, etiam vsque ad mortem, nihil fateri posset.* Sed hoc totum ex pacto Diabolus faciebat.

Vt his iudices obuient, quid non moliuntur? multa ritè, multa perperam. Sunt qui prophanam frigidam ori infundant, id si in ipsa quæstione fiat, quia cruciatum adfert, & periculosam conuulsionem, pars tormenti censendum; si post quæstionẽ, adhuc æstuante

b lib. 3. Pandect. c. 8. & 9.

æstuante corpore, idem arbitror; si diu post, quid operari queat, nisi ex pacto & maleficè, non intelligo; minùs si ante quæstionem, vt plerique solent: cauendum ergo. Qui benedictam aquam infundunt, siue ante quæstionem, siue in quæstione, si sic directè ad veritatem promendam putant eas adigi, vereor ne superstitiosi. sin in directè, quòd obsessas credant, vel dẽmonem propè adsistere, & ideò piacularem hanc vndam propinant, vel inspergunt; non ausim damnare: probem magis. Catholicis enim cõstat, fugando dæmoni efficacem hãc lympham. quare fortassis etiam suadendum, vt citrà superstitionem circumcirca equuleum aspergatur locus, & sit in loco quæstionis vsui futura aqua benedicta. Examinemus nunc quædam hac in re à Sprengero & socijs

a p. 3. Mal. in q. 14.

tradita. a *Primùm* suadent reum diligẽter induci verbis & rationibus, spe dubiæ addita, quod fortè non damnabitur ad mortem si confiteatur, vt veritatem non celet, & Deo det gloriã. hæc diligentia laudabilis est. Nã meditatio frequens (*vt aiunt*) & carceris calamitas, & multiplicata informatio proborũ virorũ, solẽt disponere ad veritatẽ eruẽdã. Et à nobis (*addunt*) expertum est, quod per huiusmodi informationes, maleficæ taliter confortatæ fuerunt, vt in signum resistentiæ in terram spuentes, quasi in faciẽ Diaboli, dicerent; faciam quod iussum erit, & consequenter crimina sua fatebantur. *Secundò*, vt dũ ministri se parant ad torquẽdum, alij interea exspolient reum; (*si sit mulier, exspoliranda fuerit à mulieribus alijs, antequam ad carcerẽ ducatur*) ne quid in vestimentis (vt iã dixi) lateat maleficij. *Tertiò* debẽt capilli capitis & barbæ abradi, immò & per totum corpus etiã in partibus secretioribus; si fœminæ sint à fœminis, si viri à viris; & sic cauebitur inhonestas, & inuerecundia, pp quam Inquisitores Germanici Sprengerus & socij non ausi fuerunt hoc vti remedio, vt ipsimet profitentur, addentes alibi hoc in vsu esse. b Tũ (inquiũt) in alijs regnis inquisitores talẽ per totum corpus abrasuram fieri mandãt. *Vnde & Cumanus inquisitor nobis insinuauit; quod anno elapso, (qui fuit 1485.) 42. maleficas incinerari mandasset, omnibus per totum corpus abrasis. Et hoc in districtu & comitatu Barbia, in confinibus Archiducis Austriæ versus Mediolanum.* Et hoc remedium multum profuisse, inter alios duobus exẽplis lectu dignissimis, sed, propter prolixitatem, nunc à me omittendis, quorum ipse testis oculatus & iudex fuit, confirmat Iud. Damhauderius. c In hac tonsione illud moneo obseruandum, si fiat duntaxat, ne maleficium lateat foraminibus corporis insertum, vel crinibus insperſum, ritè id fieri: eademque de causa putarem, ne qua vnctio subesset, etiam totum corpus aqua calida priùs diligenter abluendum: sed si tõsio fieret ex opinione, quòd per eam robur corporis & animi fortitudo pereat, exemplo Samsonis, (in quo totũ id diuina virtute contingebat) & etiã documento Apollonij Tyanæi; d putarim fortè hoc esse Magicum & superstitiosum.

b d. p. 3. q. 25.

c *prax. crim. c. 37. n. 21.*

d *Philost. lib. 7. & 8. Nic. Remi. lib. 3. c. 9.*

Addunt & quartam cautelam, si inuestigare (*inquiunt*) e *addo verba ne quid iuris magnis videar affingere*) affectat, an maleficio taciturnitatis sit inuoluta, an lachrymare coram eo queat flando, aut tormentis exponendo. Hoc enim ipsum pro certissimo signo, ex fide dignorum antiqua relatione, ac propria experientia docente, adeò cõpertum est, quod etiãsi ad lachrymandum coniuratoribus hortetur & cõpellatur, si malefica exsistit, hoc ipsum, scilicet lachrymas emittere, non potest: dabit quidem flebiles voces, & ex sputo genas & oculos linire, ac si fleret, attentabit: super quo à circũstantibus cautè aduertẽdum erit. Modus autem coniurandi ad lachrymas veras, si innoxia fuerit, & cohibere lachrymas falsas, talis vel consimilis in sententia practicari à iudice potest seu presbytero, manum super caput delati seu delatæ ponendo; *Coniuro te per amarissimas lachrymas à nostro Saluatore Domino, &c.* Quis miretur sub ea tẽpora hæreses minaluisse, quando huiusmodi

e *Mall. malef. d. p. 3. q. 15.*

 modi

modi; quæ nec Scripturæ sacræ, nec Conciliorum, nec Decretorum Pontificiorum, nec Patrum, nec Ecclesiæ consuetudine introductæ sunt formulæ, ad superstitiosas obseruationes accedebant? Iam ante docui indicium istud lachrymarũ prorsus esse fallax, & annumeranda haud dubiè hæc experientia, superstitiosis alijs explorationibus, quas mox refellam. Formula ipsa nihil cõtinet impij; sed formulas huiusmodi iudicibus præscribere, meré arbitrarias, & fallaci duntaxat innixas experientiæ; non satis piũ, neque religiosum est, & sapit tentationẽ Dei. Nec ratio etiam quam addunt est bona; scilicet hoc contingere, qa gratia lachrymarum in pœnitentibus donum est Spiritus sancti; & Diabolo displicet, ideò illam conatur impedire. Age. n. si oratio illa efficax ad hoc donum à Spiritu sancto impœnitenti, & nolenti maleficæ impetrādũ, ad lubitum interrogantis latrunculatoris; (quod quis credat?) sanè Diabolus non magis poterit has lachrymas impedire, q̃ cordis pœnitentiã: si nõ est ad hoc efficax, cur id Diabolo displiceat; cui fictæ lachrymæ non possunt non placere? cur ergo per huiusmodi commenta; ab Ecclesia non approbata, via struitur similibus superstitionib⁹? Præterea cur nequeat Diabolus lachrymas si velit elicere, quas muliebre ingenium cũ lubet elicit, & superstitio Flentium Picarditarum?

Quantam Insuper addunt ijdem scriptores; *Tonsis capillis capitis, cum calice aut scipho aquæ benedictæ, guttulam ceræ benedictæ immittendo, & inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, ieiuno stomacho tribus in potu ministrando per Dei gratiam à plerisque tacitumitatis maleficium abstulimus.* Cetera transire possunt, cauendum ne vis ponatur in numero illo ternario, aut in ieiuno stomacho, vtrumq; enim impertinens est ad effectum.

Sextam ponunt de tollendo hoc maleficio per alias mæleficas; sed hoc meritò improbant, & de hoc postea agetur copiosè libro sequenti. *cap. 2. quæstio. 2.* Obijcitur factum Præsulis Ratisponensis; Quòd dum quidam hæretici propria confessione connicti, vt impœnitentes & defensores perfidiæ morti fuissent adiudicati, accidit vt in rogo illæsi persisterẽt; proijciuntur ergo in profluentem: sed nec aquis demerguntur: Nutare multi, & fidem illorum suscipere. Sollicitus de gregis salute bonus pastor, triduanum indicit ieiunium, & preces Deo fundendas. nondum expleto triduo, venit quidam, & denunciat hosce sub vno brachiorum habere maleficium insertum inter carnem & cutem: inuento & amoto, confestim illos vindex flamma concremauit. Hunc ergo inquiunt denunciatorem fuisse Necromanticum, & eius præsulem vsum denunciatione. Sed qui narrat Sprengerus, dubius fuit an Necromanticus fuerit, necne. potuit enim Deus bono illi præsuli id aliter reuelare, in causa tam graui & populo necessaria. Deinde nos non omniũ hic facta defendenda, sed causarum ac gestorum pondera libranda suscepimus.

Septimam ergo hinc eliciunt, deuotas ad Deum orationes iunctas ieiunijs, & bonis operibus; imò & populo indici poterunt preces publicæ ad inuocandum diuinum auxilium in generali, & vt contra dæmonum quascunq; infestationes cœlitũ auxilia implorentur. Iuxta illud boni Regis Iosaphat; *a Deus noster ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* a 2. Par. 20. v. 12.

Octauò loco addunt quædam, *b* mihi quidem non parum suspecta, nempe quoad diem, *vt infra missarum solemnia & sacratioribus diebus, maximè sextis ferijs quousque fit compulsus pro exspectatione Saluatoris nostri, maleficæ interrogentur item si sal aut alia res benedicta cum septem verbis quæ Christus protulit in cruce, in scedula conscripta, simul colligatis, collo malefici alligentur. longitudo Christi benedicta super nudum corpus & extra circumtenga-* b Sprenger. d. p. 3. q. 3. Pet. Greg. libr. 13. de rep. cap. 3. nu. 5.

tur. Ego (quicquid illi dicant de experientia) illi experientiæ non fido. Reliquias Sanctorum appendi collo, aut quasuis res Ecclesiastico ritu benedictas, cereas effigies AGNI DEI (vt vocant) salem benedictũ, &c. probo, dum desit irreuerentiæ periculũ. & scio quoad agnũ Dei hoc multis feliciter cecidisse. de verbis certis scripturæ, quid sentiã iam dixi *lib. 1. quæst. de periaptis.* De longitudinis Christi Domini mẽsura, quid illa operari idonea, nouit Deus; sanè cùm benedici illam priùs volunt, indicant hoc benedictioni Ecclesiæ tribuendum. in ipsa etiam circundatione, aliquid vereor ne sit mendosi. Dierum illa obseruatio suspecta quoq; non immeritò. Sed & iura festis diebus abstinere iudicialibus iubent, nisi quando periculum esset in mora, vt patet ex *ex l. Prouinciarum. C. de ferijs*, ideò quod iure receptũ, vt in atrocioribus criminibus quouis festo, etiam in Paschalibus, liceat torquere, sed ad Dei honorem (vt addũt Dd.) id ego certè ad casum periculi lubenter restrinxerim. In genere tamen loquuntur (*Ex l. nemo. C. de epis. audien. n. Bal. Spec. & alij quos sequuntur Clarus §. fin. q. 64. nu. 34. & Binsfeld. in l. 7. C. de malef. q. 1. col. 18.*) Sed cùm idẽ Clarus fateatur timentes Deũ iudices his diebus nũquã aliquẽ pœna sanguinis afficere (*vide illum. q. 97. v. 6.*) idque in Dei honorẽ; non video cur, cessante illo piculo, nõ sit idẽ dicẽdũ de tortura.

Nono adijciunt in ipsa quæstione, legenda dicta testiũ, subimissis nominibus, dicẽdo; *Ecce confitta es per testes, &c.* Hoc non satis intelligo. Nam si velit dũtaxat noia testiũ taceri, parũ ad rẽ. hoc enim etiam extra quæstionẽ seruandum, de quo superiùs. si summissa voce nominari, ita ne reus exaudiat nomina, exaudiens tamen reliqua: sanè hoc superstitiosum est.

Decimò monent interrogãdũ reum, an velit subire indicium ferri cãdẽtis; & si annuat, cognosci verum esse maleficũ; profectò id fallax est in primis: deinde iniquũ, ponere reo, quod ei facere, vel iudici non liceat pmittere.

Vndecimò monent, *eos qui nihil in tormentis confessi, de carcere panoso, ad benè munitam sed minùs incommodam mansionem transferendos: nullo tamen modo relaxandos sub iuratoria vel fideiussoria cautione: quia sic nunquam veritas ab ita relaxatis habebitur, sed semper deteriores efficiuntur.* Iuprimis potest casus occurrere in quo fic sint relaxandi ad meliorem custodiã: iudici tamen tũ vehemẽter cauendũ, ne alijs sint noxæ suo exẽplo, vel verbis. Deinde põt etiã contingere, vt locus sit cautioni fideiussoriæ, vt superiùs dictum. Nec satis certa illa affirmatio, nunquam meliores effici. Non est abbreuiata manus Domini, & præcedẽs vexatio dare potuit intellectum.

Alia, quæ Sprẽgerus addit, mox cõmemorabimus loco suo. Nunc ponamus *XII. quiddam* ex *a* Frãcofurtẽsis I. C. qđ addo, vt vitetur, quia merè superstitiosum. Quidã (ait) ne dolores sentiant solẽt hos versus pronunciare: *Imparibus mersis tria pẽdẽt corpora ramis; Dismas & Gestas, &c.* a *lib. 3. de lamijs. c. 10 nu. 39.*

Quis non hæc rideat? scilicet iam vis etiam in Hexametri pedibus: subiungit & quædam ex Psalmis. Et homo religiosus non audet hæc pronunciare superstitiosa, vt facit (meritò) sequentia Grillandi, *b* nempe ad ertẽdam veritatem iudici pronuncianda esse verba Propheræ; *Dominus labia mea aperiat, & os meum annunciabit ueritatem.* Nõne hic ipsa Psalmi verba detorquẽtur? cur ergo vim arcessit à verbis Prophetę? itẽ, quis illa pnũciabit? Iudex? quid hoc ad reum? reus? primũ quid si nolit? deinde certè inuitus pronunciabit, nec impetrabit. Sed nugas mitto. b *de quæst. q. 4. n. 14.*

SECTIO X.

De alijs mediis veritatẽ perserutandi.

MAioris momẽti q̃stio est, liceatne iudici dolo, falsis promissis, vel mendacijs à reo veritatem elicere? v. g. si fingat eum ab alijs etiam cõplicibus denunciatum, si promittat liberationem, quam ei non cogitat, nec vult impendere, nec de iure potest. Homo præcipitis ingenij & noua ac periculosa amantis Ioã. Bodin.

hæc

a *lib. 4. de nomm. c. 1.* b *D. Aug. lib. cont. mẽd. hæc. epist. ad Hier. & in Psal. 5. Ambros. in cap. cauete 12. q. 5. Greg. Isidor. Innocent & alij apud Grati. d. q. 22. D. Tho. 2. 2. q. 110. art. 1. Alf. à Castr. lib. 10. in verb. mendacium & alij.* c *Psal. 5. v. 7. Sap. 4. v. 11. Eccles. 7. v. 14. Ephes. 4. 25. Apoca. 21. v. 8.* d *super d. Psal. 5. & lib. 22. contra Faust. c. 34.* e *bene hoc docẽt ex D. Tho. Caiet. Nau. Couar. Binsfeld. p. 3. dub. 3.* f *Hadrian. Quodlibet de mendac.* g *de quo multa dixi Com. in l. contractus, de reg. iur.* h *lib. 1. v. resolut. c. 2. in fi. & plazac. lib. 1. Del. ct. c. 37. n. 1. in fin.*

a hæc omnia iudici permittit. In primis dum asserit licere mentiri. hoc hodie hæreticũ est. fide enim tenendum, mendacium (quod nomen huiusmodi mereatur) esse rem simpliciter & per se malam, ideoque adeò illicitam, vt nec Pontifex dispensatione bonam facere possit: quæ est sententia non D. Augustini modò, & Thomæ, vt nugatur Bodinus; sed hodie communis Catholicorum, b qui illam sacris Scripturæ locis optime confirmant. c fuit in sententiâ Bodini M. Marulus *lib. 4. de Instit. benè viuẽdi c. ap. 4.* Sed errore animaduerso, eius interpres Gallicus planè contrariam Marulo sententiam tribuit: & multas paginas, quæ non sunt Maruli, Marulo inseruit, dictorum ipsorum Maruli confutationem pro Maruli dictis continentes quam bono exemplo & prudenter ipse viderit. Argumenta Bodini ex sacris litteris facilè soluuntur, & nos in tractatu de Mẽdacio soluimus omnia.

Sed nota aliud esse dicere aliqd falsũ aliud occultare aliqd verũ (vt notat D. Aug. d) veluti cũ vtimur, nõ mendacio, sed æquiuocatione: priùs illud non licet cuiquam, maximè iudici; qui in hac re grauissima, & in iudicio scienter mentiẽs, haud dubiè peccaret mortaliter. e posteriùs verò istud sæpe licet. f prius pertinet ad dolum malum, quia est contra legem diuinam & humanam: posteri' pertinet ad dolum bonũ, g quia nec iuri diuino, nec humano repugnat, & dirigitur in bonum reipub. & iustitiæ exsecutionẽ. his positis sit prima conclus. *Potuit iudex vti æquiuocatione & verbis subdolis* (citra mendaciũ) *& ambigua promissione liberationis, vt reã inducat ad fatendum veritatem, & auctorem criminis commissi deprehendat.* Est cõmunis opinio Dd. apud Couarru. & Plazam. h Dissentit quidem ab hac Iul. Clar. sed non distinxit mendaciũ à sermone æquiuoco: immò apertè loquitur de eo, qui expressè impunitatem promisit; quæ sanè promissio ad Bodini casum pertinet; nec mirum est si Paris de Puteo & Dyn. diss

i *d. 5. fo. q. 55. v. 7*

suaserint tali, pmissione vti. i Sanè fateor iudicem non posse impunitatem reo promittere, nisi sit supremus iudex, qui habet absoluendi & liberãdi potestatem, & hoc facere intendat. Quoad inferiorem iudicem maximè quæstio procedit, & quoad dolum bonum, non quoad dolum malum, siue cum mendacio coniunctum; qui nec supremo iudici permissus. Obijcitur à quibusdam, promissio est iuris naturalis & eo iure obligat; quare & hosti & reo seruanda. Respondeo, quando de re possibili est; ista autem est, de re quæ iure iudici impossibilis: ideò nihil refert, quod iudex habuerit animum liberandi reum: si verò nõ habuit animum, peccauit etiã per mendacium, verba menti contraria proferens. 2. Resp. ista locum nõ habere in nostra conclusione, in qua iudex intendit liberare, nec verba id necessariò significabant, imputet sibi reus, quod non subtiliùs sensum verborum ambiguorum discusserit. Exẽpla aliqua huius æquiuocationis occurrunt passim in praxi. Acutum fuit dictum iudicis Leodien. & licitum, qui sagæ pertinaciter cuncta neganti, dixit: si veritatẽ luculenter profitere tur, se illi de publico vel suo, quoad viueret ipsa, quotidie cibum & potũ necessarium præbiturum, & curaturum ei domum nouam exstrui. *domũ* intelligens ligneam fascium straminumq; in qua erat comburẽda. Alia suggerit Sprengerus, k veluti si honestius habeatur reus solico, & sinantur ad eum intrare viri honesti, & nõ suspecti, qui frequenter colloquantur de varijs rebus etiam impertinentibus; & tandem fidenter suadeant, vt fateatur veritatem, promittendo iudicem facturum sibi gratiam, & se ei se velle mediatores: *& postea subintret iudex & promittat facere gratiam, sub intelligendo sibi vel reipub. in cuius conseruationem totum quod fit, est gratiosum.* Posset etiam iudex dicere se illi optimè consulturum, & confessionem ei vtilissimam futuram, etiam ad vitam sibi cõparandam. hoc enim veriss. de vita æterna, quæ vera vita est. Sprengerus

k *d. q. 3.*

paulò

l *d. q. 14.* a paulò antè tradiderat sententias tres alias huc pertinentes. Scilicet posse illi securitatem vitæ promitti, quando iudex intenderet eam vel exilio punire, vel carcere perpetuo. hæc sententia satis æqua est. Alios (ait) velle, sic ad tempus tum in carceribus asseruandam, sed postea incinerandâ post aliquod temporis spacium: hanc refellere debuit, quia reuera mendaciũ continet promissio huiusmodi. Tertiã ponit dicentium, posse iudicem securè vitam promittere, & postea se a sententia ferenda exonerare, & in suum locum alium substituere: neque hanc reijcit, sed est omnino similis secũdæ & adhuc peior, coniuncta cum mendacio: ideò penitùs cauenda: fortassis

b *d. c. 15.* tutius est, quod alibi posuit, b nempe vt petenti gratiam reo, respondeat iudex; fateatur veritatem confidenter, clementiæ se rationem maximam habiturum, ampliùs se facturum quã ipse perat, & similia verba generalia.

2. Conclusio. *Si iudex dolo malo huiusmodi per mẽdacium confessionem extorserit; non potest ex sola hac confessione reum damnare; nisi reus postea comperta fraude, de no uo id fateatur sponte; vel alia satis pregnantia indicia & argumenta accedant: vel saltem fraude cognita non retractet, quod indultus dolo malo dixerat.* hæc est verior sen

c *d. c. 2.* tentia Imolæ, Decij, & aliorum, quos sequitur Couar. c benè addens, quando nec retractat, nec expressè ratificat confessionem, nec alia satis pregnantia accedunt indicia; mitius & extraordinaria pœna affici debere: si accedant illa indicia, posse plecti ordinaria. Si obijcias, promissionem hanc contra remp. esse factam, & ideò non prodesse debere reo ad pœnæ diminutionem. Respondet Couarr. tunc iudicem non debere seruare promissionem, quando via ordinaria, & recto plane tramite cognouit delictum; nõ, quando dolosè illud & via illicita expiscatus fuit.

Dixi in conclusione *dolo malo*, quia si *dolo bono*, & proinde via licita cognouisset; putarem non esse opus noua ratificatione, saltem in foro exteriore: immò nec in interiore. licuit enim iudici bono dolo, malum obstinati silentij animũ rei decipere; & sibi ille imputet simplicitatem suam. Nec arbitror Clarum, si in terminis de dolo bono interrogatus fuisset, dissensurum, vt satis indicat *supra n. 8.* nec etiã Menoch. *de arbit. cas. 364.*

3. conclu. *Si tamen iudex putans id sibi licere, sic dolo malo criminis confessionẽ à reo elicuerit, & fraude cognita reus nec ratificat, nec retractet: ideoque iudex eum ordinariam ad pœnam condemnet; non auderem iudicẽ de mortali peccato accusare.* hæc concl. intelligenda de peccato, nõ qđ incurrit mentiendo; de quo vix potuit habere probabilem ignorantiã: sed de peccato, quod incurrit, reũ ex tali confessione cõdemnando. de hoc enim peccato valdè probabilis ei superit excusatio. cùm id ei licere, immò & eum debere multorum locorũ praxis, & plurimorum DD. cõfirmet sententia, d adeò vt communiorem censuerit Alciat. & communem saltẽ fateantur Plaza & Clar. e

Addidi, *nec retractat*, quia si reus ex presè retractaret, nec alia contra ipsum argumenta concurrerent, tũc certè nõ auderem iudicem à mortali culpa liberum asserere. Nam illa cõmunis Felini & aliorum (vt rectè Couarr. quem sequitur Menoch. f) intelligẽda, quando reus cognita fraude expresè confirmat suam confessionem, vel saltem tacitè, non retractando, nam tunc illam ratificasse censendus: & hæc distinctio fuit de mẽte Paridis de Put. *c. de tort. v. sequitur quæstio quotid.*

Inquisitores Germaniæ g docent adhuc quasdam alias cautelas non improbandas: vt iudex diligenter consideret complicum dicta ad reum pertinentia, & hæc reo proponat, & diligẽter singula inuestiget. si qua etiam instrumenta, vt vnguenta, pixides, buffones, præseginina cadauerum, & similia in domo eius reperta fuissent, ei offerat, & quærat quid his egerit, cur ea seruarit &c. 2. vt cõplices, si quos habet, qui contra reum deposuerunt, ad reum intromittat, & permittat eos simul mutuò de facinoribus suis conferre, edere ac bibere, & habeat in lo-

d *Archid. in c. vellem 22. q. 2. Cini. in l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. Felin. in c. adferte. de præsump. & Cotta in Memorab.* e *Alcia. in l. natura. D. de verb. sig. Plaza lib. 1 delict. c. 37. Clar. supra, num. 9.* f *Couar. d. c. 2. Menoch. de arbi. cas. 367.* g *d. q. 15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

co vicino auscultantes & verba accipientes, etiam, si opus, Notarium publicum: si desint complices, vtatur ad hoc personis, quas nouit non ingratas reo, sed amicas, & quasi fauentes atque miserantes; qui quodam serò intrent carcerem, & sermones dedita opera producant in multam noctem; tum quasi fortuitò id accidisset; querantur serò nimis esse ad recedendum, ideò in carcere pariter reliquũ noctis exigant, & semper colloquantur; & sint similiter (vt dictum est) in vicino dicta excipientes. *Tertiò*, quod quandocunque veritatem fateri incipiant, nullo modo iudex actum hunc interrumpat, nec dimidiet confessionem, sed instet quoadusque de omnibus veritatem dixerint, saltem quoad principalia, etiamsi in mediam noctẽ deberet proferre, & prandium cœnã ne differre. Nam experientiã docuisse per dimidiationes, & interruptiones, illos frequentiùs ad vomitum redire, & non aperire veritatem quam inceperant detegere. *Quartò* si prædicta deficerent omnia, tunc si fieri posset, deducendos ad aliquod castrum, & ibi certis diebus custodiæ mancipandos: tum castellanum fingere se cogitare longum iter, & diu abfuturum: interea vt aliqui familiares, vel mulieres honestæ mulierem; viri, si vir sit, virum visitent, promittant ei (non, vt ait Sprenger.) quod velint eã omninò permittere libere abire; sed citrà mẽdacium verbis æquiuocis (vt dictũ supra de iudice in genere) multa & illecebrosa, dummodo se informent de certis, quæ scire cupiunt, experimentis. *Et aduertat* (inquiunt) *iudex quod sæpissimè per talem modum fassæ fuerunt & conuictæ. Et nouissimè in dioecesi Argentinensi prope oppidum Schletstat & castrum Konigsheym maleficæ detentæ nullis tormentis & quæstionibus deduci poterat ad fatendum sua crimina: tandem modo supra dicto per Castellanum seruato, licet præsens erat in castro, ipsum tamen maleficæ æstimabat abesse: tres ad eam familiares intrabant, & eis liberam relaxationem promiserunt, dũmodo super certa experimenta eos informaret. Et licet prima fronte reniteret, & quasi dolosè cum ea agerent proponeret; tandem interroganti de quibus informari vellet, vnus dixit suocr grandinem excitandam, alter super carnalia facta. Tandem vbi super grandinem illum informare volebat, & scutella plena aqua apparata, maleficæ sibi iniunxissent, vt digito paullulum aquam moueret, & ipsa certa verba protulisset; subitò locum, quẽ explorator nominauerat, scilicet siluam adiacentem castro, tanta tempestate & grandine repleuit, sicut à multis annis visum non fuerat.* hactenus illi. Sed in hoc exemplo bis peccatum. primò in mendaci promissione. Vt enim iudici non licet per se mentiri, sic nec licet alios ad mentiendum inducere. Secundò peccatum fuit, in eo quod nimis longè exploratores progressi. Non enim licuit maleficam etiam paratã ad peccandum inducere; etsi licebat examinare, quomodo soleant operari: & sic intellige quod de informatione dictũ, nempe de verbali per modum docentis, non de reali per modum facto ostendentis & exemplũm præbentis. vides hic iam captas posse ex condicto cum dæmone quædam operari?

Solent etiam iudices vti *confrontatione*. ea duplex est, vna spontanea, altera violenta. *spontaneam* voco, quando parati sunt rei, alios nondum captos societatis arguere & conuincere: hanc nunquam iudex permittat, nisi præcesserint indicia talia, vt propterea citari possint; & iam citati, si non bene dissoluant obiectiones rei constanter eos accusantis, queant in carcerem compingi. Nam alioqui fieret iniuria his denunciatis. *Violentam* voco, quando complices in mutuis delationibus inter se dissentiunt: tunc debent primò seorsim, postea simul de hoc dissidio interrogari. qđ si subdole comperiat persistere, nec alia est via inueniendæ veritatis; solent altera in alterius mutuo conspectu torqueri. de hac praxi vide Iudoc. Damhoud. *prax. crim. c.* 47.

SE-

SECTIO XI.

De confessionibus.

IN ritè confessos non aliud iudicis officium est quàm condẽnandi; iuxta illud Christi Domini; *Ex ore tuo te iudico*. & illud Iurisconsulti confessus pro iudicato est. quia quodãmodo sua sententia damnatur. *a* intellige si cõfessio sit clara, certa, verisimilis, constans, & legitima. nam obscura & dubia in fauorem interpretanda confitẽtis, *b* parum idonea est ad iudicandum. Verisimilis etiam sit oportet, quia inuerisimilis nunquam sufficit ad condemnandum, *c* Inuerisimilis autem est, quæ de re est impossibili, aut omninò falsa; *d* quod concedimus Ponzinibio, & Godelmanno; sed cõtendimus eos errare, dum in Lamiarum confessionibus ea dicunt notoriè falsa & impossibilia, quæ vera & possibilia nos esse docuimus supra *lib.* 2. Legitima etiam sit oportet, hoc est nõ præsumpta tantum, nec ficta tantum fictione iuris (nisi ex contumacia, quę liquidissimam inducit probationẽ *e*) nec contra quam colorate aliqua obijciantur; *f* nec quando ei⁹ incidenter tantum facta, vel metu tormentorum, vel extra iudicium, vel in figura tantum iudicij, vel absente parte, vel in iudicio summario, aut nullo: *g* erit autem bona in casu Lamiarum & hæreticorum, etiamsi nõ constet de corpore delicti. *h* Dicetur facta metu tormentorum, non tantum si grauiter tortus fuit; sed etiam si fuerit leuiter tortus, leuatus ad torturam, ductus ante eculeum, spoliatus, vel si seriæ minæ de torquendo præcesserint, quoad eos qui timidi sunt & torturæ inassueti: Item vt sit legitima, necesse est, non sit extorta, nullis vel non sufficientibus indicijs præcedentibus; nam talis esset nulla & inualida, etiãsi millies foret ratificata. *i* idem, si in repetitione quæstionis sit extorta, quando non licebat iudici repetere. *k* idem si extorta per iudicem pendente appellatione à sententia torturæ. *l* idem si confessio extorta à reo, contra quem fola fama vrgebat, etiamsi sæpius ratificetur. *m* idem si emanarit ab eo, cui denegata defensio, vel copia indiciorum. *n* idem si sit illius, qui qualiber ex causa de iure torqueri non debebat. *o* confesso autem & conuicto per legitimam quoque torturã adhuc ante condemnationem dandus est terminus ad se defendendum, etiam non potenti ex æquiori & receptiore sententia. *p* Fallunt ista in eo qui á natura mutus simul & surdus foret: qui non potest, ex sua cõfessione signis declarata, condemnari: quare frustra torqueretur: sed damnari dumtaxat potest ex testium depositione ac probatione *q* Denique quæri potest, an qui cõfessus factum maleficum, negat se praua intentione fecisse, sit audiendus? vt plurimùm, quia præsumptio ei contraria est, *r* puniendum nihilominus constat, *s* etiamsi iuramentum offerat de recta intentione: interdum tamen poterit iudex iuratum reum ad mittere ad probandum aliqua verisimilia, quibus confessio eius elidatur. *t* Quod si res dubia sit, poterit reus torqueri, vt intentionem suam proferat, vt benè post Lanfranc. & Bossium, asseruit Simanc. *prax haret. tit. 29. nu. 10.*

f cap. 1. de præsumpt. capit. contra Christianos de haret. in 6. *t Bart. in l. inter omnes. §. recte de furt.*

a *Luc. 19. l. 1. & 3. D. de confess.*

b *Farin. q. 30. nu. 20.*

c *Farin. q. 43. nu. 21. & gl. in c fi. de confess. in 6. gl. l. 1. C. de conf.*

d *Farin. q. 11. nu. 97. & q. 30. num. 16.*

e *Farin. q. 21. nu. 32.*

f *Farin. d. q. 11. num. 34. et q. 33. num. 16.*

g *Farin. q. 2. nu. 25.*

h *Farin. q. 37. nu. 46. 97. et 103. cum seq.*

i *Farin. d. q. 37. n. 110.*

k *Farin. q. 38. nu. 78.*

l *Farin. q. 37. nu. 46. 97. et 103. cum seq.*

m *Farin. supra nu. 17.*

n *Farin. q. 47. nu. 3.*

o *Farin. q. 39. nu. 84.*

p *Farin. q. 41. nu. 95.*

q *vide Farin. q 39. nu. 32. vsq. ad 40. vbi bene Bossius refellit. & nu. 90. cum seqq. maximè. nu. 99. vbi indistincte quoad omnes personas hoc tenẽ dũ ostendit.*

r *Ant. Gomez. p. 3. c. 1. num 69. Grill. Cas. & alij quos sequitur Farnes. q. 41. a nu. 90.*

SECTIO XII.

De Abiuratione.

VT in alijs speciebus hæresis, etiã in Lamiarũ crimine, abiurationi aliquando locus est; quando iudicium tantum nititur suspicionibus. Sumimus hic abiurationem pro execratione seu anathematizatione iureiurando firmata. Et quia suspicio hæc; q̃ est leuis quædã præsumptio mali ex leuibus indicijs procedẽs; oritur ex diuersis causis non æquè vrgentibus, sit vt quædã suspicio sit leuis seu modica, *u* quæ etiã potest vocari temeraria iuxta Menochiũ; *x* alia vehemens seu verisimilis; alia violẽta. Et sic diuidẽdo, leuis oritur ex indicijs admodũ leuibus, quæ

u *l. si nõ ex causa C. de iniur. cum simil. c. nec. in pr. de haret. in 6.*

x *l. 1. de ẽss. q. 7. a n. 46. maximè n. 59. & habes in d. c. accusatus. §. illo verò. & ibi Archid.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ absolutè dubium relinquunt iudicis animum, & hæc propriè dicitur *suspicio*. Vehemens oritur ex indicijs habentibus multum verisimilitudinis, adeò vt inclinent aliquantum iudicis animum in alteram partem, & sic dubitationem non excludunt totam: hæc suspicio magis propriè vocatur *opinio*. Violenta denique oritur ex indicijs valdè fortibus & adeò efficacibus, vt omnem dubitationem ex animo iudicis eliminent, & faciant eũ planè vni parti assentiri. *a* hæc propriè vocatur *præsumptio, iudicium, sententia*, de hac est *c. cum contumacia. 2. cum accusatus. de haret. in 6. cap. quorundam d. 34.* Iudicis autẽ arbitrio permittitur qualitatem siue quantitatem suspicionis moderari: dummodo caueat ne leuis sit corde, nimis facilè credendo. Exẽpla huiusmodi suspicionũ ponit Sprẽgerus, *b* vt si quis deniet à communi consuetudine viuendi, si conuenticulis secretis maximè nocturnis interfit, aut cum suspectis familiaritates secretas habeat, dicit leuem oriri; Si quis quos nouit maleficos, visitat, munera offert, occultat, recipit, defendit, vel aliter actu fauet, aũ oriri vehementem: si quis perpetrauerit ea quæ pertinent ad ritus maleficorum, paciscẽdo, adorando, sacrificando, comminãdo, tangendo, aut dormientibus per visum apparendo, aut cubicula insẽsiliter ingrediendo &c. vel si penes eos instrumẽta maleficij sint reperta, huiusmodi violentam præbere suspicionem. Leui ergo suspicione laborantibus potest indici *c* abiuratio ẽt specialis hæresis de qua leuiter suspecti; & si talis qui sic abiurauit, reincidat, non punitur vt relapsus. *d* Si verò ex grauibus suspicionibus abiurasset (nam & huic abiuratio indicitur) tunc censeretur relapsus: in hac debet fieri abiuratio *in genere* de omni hæresi & *in specie* de illa de qua vehemẽter suspectus fuit. *e* & tales fuere abiurationes Theodoreti & Ibæ in Concilio Chalcedonensi. *Act. 8.* si verò detur abiuratio ex suspicione violenta, tunc facienda abiuratio, vt à verè maleficio, & tanquam à deprehenso exigeretur. Debent autem violenter suspecti: quando crimen fatentur & parati sunt abiurare hæresim, & redire ad sanam mentem; ad pœnitentiã ab Ecclesiasticis iudicibus recipi; qũ si nolint debent tradi brachio sæculari vt impœnitentes; *f* debent præterea cum abiuratione generali omniũ hæresum, & diserta atque clara, errorũ de quibus sunt suspecti canere palinodiam, & contraria asserere, & iurare se nũquam ad abiuratos errores redituros, & hæc omnia scripto libello abiurationis, propria scriptione munito, confirmare: quæ cuncta ab Apostolorum tẽporibus recepta fuere, vt ostendit Simancas *supra nu. 8. & 10.* & hæc abiuratio hodie coram clero, & populo fit, nec potest priuatim admitti, nisi ex magna causa. *g* Quid si qui tantum vrgetur suspicione vehementi seu verisimili, detrectet abiurare? videtur Simancas *sup. n. 13* velle eum posse tanquam contumacem, & impœnitentem tradi brachio sæculari, *ex c. ad abolendam. de haret.* Sed (vt ait Sprenger. *supra.*) dictum c. §. *in præsenti verò*, videtur tantùm loqui, non de suspectis vehementer, sed de manifestè deprehensis, contra quos constat rigidiùs esse procedendũ. contra hũc igitur Episcopus procedet per excõmunicationem, & si in ea per annum steterit, condemnabit vt hæreticum. Porrò quando maleficum Ecclesia recepit ad pœnitentiam; laicus iudex posset illum apprehẽdere, propter dãna temporalia varijs illata, & propter rea condigno supplicio afficere; nec teneretur Ecclesiasticus iudex impedire, quia licet eum non possit tradere, potest relinquere puniendum. Sic Sprenger. Sed de hoc plura mox *sect. de absolutione*. De abiuratione facienda ab ijs qui confessi & fassi, qualis fuit abiuratio Doctoris Edelini, nihil peculiare occurrit. adscribam tantùm historiã rei gestæ, versam ex gallica narratione Enguerrani Monstreleti. *Chron. par. 4.* ait Enguerran. Anno 1453. Dominica die, quæ incidit in vigiliã Natiuitatis Dominicæ, Ebroici publicè in theatrum adductus,

a sic post Menochi. d. loco bene differentẽ Far. q. 36. a nu. 178.

b p. 3. q. 19

c c. accusatus, in prin. supra.

d d. c. accusatus vbi iudetur errare Anch. vt bene notat Simanc. c. 53. nu. 5. & rectè idẽ Sprẽ. d. q. 19.

e c. litteris. §. quæritur. de præsump. Simanc. & Sprenger. supra.

f vt ex Conciliorum actis per Sprenger. & ex constitut. Roman. sup. 6 & n.

g Leo 75. epist. q 7. c. bolendã haret.

ctus, citatus voce præconis, & condemnatus fuit sententia iudicis ad perpetuum carcerem Episcopi dictæ ciuitatis, Magister Guilhelmus Edelin, Doctor Theologiæ, Prior S. Germani en l'Haye, priùs Ordinis D. Augustini, & aliarum Sacrarũ familiarum religiosus: qui tentatione & suggestione hostis Tartarei, ei se manciparat, ea lege, vt concupiscentijs suis profanis & mundanis satisfaceret, & præcipuè vt frueretur Nobilis cuiusdam Equestris familiæ matronæ amplexibus, quam ardebat; qua gratia, se obstrinxit ea seruitute inimico, vt cogereretur conuenire ad certum locum, quotiescunque dicto inimico collibuisset: quo loco soliti erãt conuentus suos agere; & dumtaxat in scenso baculo cum scopis confestim eò transferebatur. Confessus fuit idẽ Magist. Guilhelmus sponte sua, se homagium exhibuisse inimico se offerẽti præsentem in specie arietis, eique osculum sub cauda ore impressisse; & multis varijsque annis postea in damnato hoc instituto vitæ perstitisse. Interea omnibus in rebus quæ à dæmone postulasset, illum fauentem auxiliantemq; habuisse: donec accusatus maleficij fuerit comprehensus, & in carcerem compactus; à quo iuridicæ incarcerationis tẽpore vis omnis hostilis euanuerit. Et per prædictã cõdemnationis sententiam iussus est Magist. Guilhelmus in lacum seu fossam recludi, pane & aqua deinceps alendus. In theatro verò Inquisitor fidei, voce alta & diserta oratione luculenter in memoriam reo redegit, quàm olim laudabiliter & vtiliter populum concionibus inuisset, & instituisset, cũ Apostolico ritu per totam prouinciã fidem & legem Christi IESV promulgaret; quo miser postea decidisset, aliaque multa idonea eum ad pœnitentiam seriam inducere. Interea caramidiatus seu mitella ad infamiã depicta ornatus, populo spectandus erat propositus, accurrente multitudine magna. Sed finita concione inquisitoris, idem Guilhelmus, sciens se grauissimè peccasse, & sceleribus atrocissimis Deum offendisse; gemere, & flere, & alta voce veniã à Deo, Episcopo, & Iustitia petere (*addit Inquerius, quod in terram prostratus exhibuit quandam schedulam continentem sua facinora commissa contra fidem in dicta hæresi & secta, offerendo predictis iudicibus abiurationem*) & commendauit se suppliciter precibus assistentium. Denique fuerunt illi impacti compedes ferrei, & deductus in fossam; vt ibi per pœnitentiam eluerat nefaria, & horrẽda quæ commiserat. Hactenus Monstreletus. Quoad formulas abiurandi varias inuenias, vnam *in cap. Ego Berengarius de consecr. dist. 2.* aliam *sess. 19. Concil. Constantiensis*, aliam *apud Turrecremat. lib. 4. de Eccle. p. 2. cap. 22.* aliam *apud Alfon. à Castro lib. 1. de iust. haret. punit. ca. ult.* alias *apud Sprenger. d. p. 3.* distinctas pro quolibet suspitionis gradu. *quæst. 23. 24. 25.*

Iaq; flagel. Fæmin c. 4

SECTIO XIII.

De purgatione Canonica.

PVrgatio Canonica vocatur, de obiecto crimine innocentiæ ostensio secundum sacros canones facta, *a* hãc etiam reo deferendam leui tantùm suspicione laboranti voluit Sprenger. *b* censens *suspicione notabiles* vocari à Pontifice illos, qui quauis suspicione laborant; quæ etiam est opinio Archidiaconi. Quare mutat apud me dictum, saltem modus loquendi, Simãcæ, volentis *c* non esse deueniendum ad hanc purgationem, nisi cum reus publica laborat infamia, & simul crimen plene probari nequit; ea tantùm ratione, quia si crimen plene probetur, damnari; si infamia non laboret publica, absolui debeat, contra enim quis inferat; si infamia publica laboret, torquendum (iuxta alibi dicta) si crimen plenè nequit probari, tunc propter infamiam, vel suspicionem debere vel abiurare, vel se expurgare. Sed de infamia assentior Simãcæ, hanc sufficere ad expurgationem, quando crimen amplius probari nequit; & accusator deficit in probatione,

a Rainery. Godofre. Sil. verb. Purg.

b d. q. 19. exc. execbicenus 1. in pr. de haret.

c in praxi tit. 54. n. 3.

vt

vt benè benè Clar. *q.64.nu.4.* Non assentior, si omnem suspicionem excludat. Sed benè est, quod postea, *a* ēt vehemētem suspicionem admittit, & totum id, quando facienda purgatio, quando non, iudicis rectò arbitrio pmittit, habituro personæ, & circunstantiarum aliarum rationem. Expurgatorum quoque numerus ab eodem arbitrio dependet; vt & qualitas personarum, an eiusdem, an æqualis cū reo conditionis, an inferioris? Vilès personæ nō sunt onerandæ purgatione Canonica, nisi illæ sponte se offerant, & dicant se posse inuenire idoneos qui expurgent, & tum possent mediocres etiamsi nō planè boni admitti. *b* Qui, cum vilis persona non sit (nam vilis potiùs esset torquēdus) ad arbitrium iudicis non vult se purgare, si præsens sit, statim potest, vt contumax & conuictus, puniri. Qui in purgatione deficit, pro cōuicto habetur, vt benè Simān. quem vide rectè prosequentem hanc materiam *toto illo c.54.* Cui adde Clarum supra Menochi. *lib.2. de arbitr. iud. cas.274.* De vulgaribꝰ purgationibus, egimus *tit. de sortilegijs iudiciarijs; lib.3.* formulā sententiæ purgationis habes apud Sprenger. *q.21.* vbi etiam ritus omnes & materiam benè discutit, & adde *tit. de Purgatione Canonica in Decretal.* & quæ dixi *supra lib.3.*

a *num. 5. Dacia.*

b *Simanc. sup. num.8.*

SECTIO XIIII.

De Absolutione.

ABsolutio impēdenda, quādo vel reus obiecta crimina diluit, vel accusator ea nō probauit; nonnūquā id ab accusatione tota, nonnunquam ab instantia iudicij, nonnumquā sub fideiussione, prout iudici videbitur iustiùs & cōmodiùs. *c Absolutio* igitur alia est *diffinitiua*, alia *ab obseruatione iudicij*. *Diffinitiua* (quæ vocatur etiam à crimine, siue ab accusatione, siue *absoluta*) dicitur, quando reus absoluitur tanquam innocens, quia crimen non commisit. *Ab obseruatione seu instantia iudicij* dicitur absolui, qui absoluitur nō tanquam innocens, sed dumtaxat tanquam tunc non repertus culpabilis, vtputa propter iudicij nullitatem, probationumue defectum, & rebus ita stantibus vt tūc stabant, *d* & hæc habetur etiam pro definitiua; earenùs vt si noua indicia non oriantur, reus iterum molestari non debeat: immo etsi orirentur, non poterit repeti; nisi intra certum tempus ad accusandum instituendum: nempe decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes. Quod si dubiteretur sitnè definitiua, an tantùm à iudicij obseruatione; recurrendum ad acta. si habetur *absoluimus ab obseruatione iudicij*, vel *ab hactenus deductis*, vel *stantibus rebus pro ut stant*, aut similia seu æquiualentia verba; tantū censetur absolutus ab instātia iudicij. Si habetur, *reum absoluendum vt innocentem, non culpabilē*, & huiusmodi verba alia adsint; censendus absolutus definitiuē. Si verò res ex actorum verbis non colligitur, (verbi gratia, si tātum diceretur *absoluimus reum*) tūc legenda diligenter acta, & videndū; an constet ex actis dumtaxat crimen non fuisse probatum, non verò crimen à reo non commissum, tum censenda tantum fuisse à iudicij obseruātia: si constet vel omnino non commissum crimen, vel non commissum crimen à reo (verbi gratia, qui suum *alibi* benè docuit) tum habenda vt definitiua. Si ex actis adhuc res manet ambigua, tunc communior sententia & praxis est, vt habeatur tantum pro absolutione ab instantia, quòd communi praxi receptum in fauorē reipub. vt crimina puniantur; qui fauor præponderare debet fauori priuato reorum. Hæc ratio etiam est fundamentum opinionis receptæ, & generalis consuetudinis (exceptis locis paucissimis) qua; licet iuri communi scripto magis consentaneum sit, actore non probante reum diffinitiuè absolui; tamen consuetudine, & praxi iudicorum inualuit; vt casu non probati criminis, sententia feratur tā tum absolutoria ab obseruatione iudicij, vt post Couarru. & alios optimè deducit Prosper Farinacius. *e* Et sic intellige, quæ scribit indistinctè Spren-

c *Simāc. in practi. c.51.*

d *Clar. §. q.57. & Farin. § nu.24.*

e supra n. 23. & 24.

2 *d.p.3.q.2.* Sprenger. *a* Nam quando deprehensus est verè innocens reus, iudex illi faceret grauem iniuriam, & Mortaliter peccaret, inferens in sententia eum dumtaxat absolui ab instantia iudicij; immò tenetur diffinitiuè absoluere, alioqui reus tunc potest à tali sententia appellare; nec contraria consuetudo foret æqua vel toleranda. Si tamen reus non appellaret; in foro quidē externo censeretur sententiam approbasse; in foro tamen interno non auderem iudicem excusare. Non enim, quia alter vel ignarus est, vel incurius iuris sui, licuit iudici iniuriam facere: nec etiam superueniens ratificatio tollit præcedens iudicis peccatum, nisi quoad obligationem restituendi. Quę velim diligenter à iudicib. notari, pro intellectu eorum quæ de hac re traduntur à Doctoribus nostris, *b* & praxi vulgata. Hæc intelligenda de absolutionem in eodem foro. Nam si in alio foro agatur, tum nec absolutio definitiua planè reum liberat. Nam absolutus in foro poli seu conscientiæ, potest adhuc puniri in foro fori. Et, quia crimen nostrum est mixti fori, si absolutus in curia sæculari non fuit punitus ab ea sufficienter, & iudex Ecclesiasticus habet pœnam quam infligat maiorem, eamquè reus merebatur, potent eam infligere. Contra quoq; nimis leniter castigatum à curia Ecclesiastica, poterit seuerius, etiā ad mortem, damnare iudex sæcularis. *c* Neque tunc censetur bis pro eodem crimine puniri, sed vtraque punitio pro eadem vna continuata habetur: & quia in atroci crimine versamur, & cui expiando vix vlla supplicia sufficiant; parùm hic necessaria est distinctio Marantæ. *d* Sed sufficiant: formulam absolutionis pete à Sprengero. *d. quæstio.20.*

b *Grillan. tract. de relaxa. carcerat. ti de absol. inter q.2. Couarr. lib.1. var. resolut. c.1. n.8. & lib.2. capit.10. Clar. & Farin. supra et alij quos plur. illi citant.*

c *Optime post alios Farina. sup. num.10.*

d *tit. de inquisit. num. 100. post Bart. & Paris.*

SECTIO XV.

De sortilegiorum qualificatione; siue quæ hæreticalia, quæ non?

POst absolutionem, tractandum de condemnatione, sed quia congrua delicti pœna dependet à delicti qualitate, hæc necessariò sectio præmittenda fuit: non ratione Lamiarum seu Strigum, quarum crimen semper cum hæresi coniunctum est, vt docet experientia: sed ratione quorundam Sortilegiorum minus atrocium, & in quibus pactum solummodò tacitum reperitur. procedamus per breuia axiomata.

Axioma primum, *Sortilegia hæretica dicuntur omnia in quibus dæmon inuocatur ad faciendum, vel indicandum ea, quæ vel facere vel scire non potest*. hoc est certū. *e* quia hæreticum est illum credere posse facere vel scire, quæ neq; scire, neq; facere potest; sed Deo sunt reseruata. Dixi hæretica non hæreticalia, nam hę reticale significat tam qꝺ sapit hæresim, q̄ quod hæreticū est: & quia has duas significationes multi *f* non benè distinxerunt, ideò etiam errarunt in hac materia. prima ergo hæc non tantùm sapiunt hæresim, vt illi volunt: sed vere sunt hęretica facta, nō dico sunt hęreses, (nam hæ ab intellectu pendent, & hæresis est intellectus error) sed dico facta hæretica. sicut enim propositio hæretica est, ipsa enunciatio falsa Catholicæ veritati contraria: sic etiā factum est hæreticum, quod Catholicæ veritati repugnat non formaliter, sed quasi materialiter, qa est materia circa quam intellectus aberrans versatur in hæretico errore: & ad factū hæreticum sufficit id quod facit esse huiusmodi, vt si quis rem ita se habere pertinaciter contenderet, is verè hereticus esset. verbi gratia, rebaptizat qs aliquem, factum est hæreticum. quia qui tenet posse rebaptizari, est hæreticus. ad factum sapiēs hæresim sufficit; vt qui hoc asseueret fieri posse, quod facit, eius propositio vere diceretur propositio hæresim sapere, non tamen vere diceretur esse propositio hæreti-

e *Grill. de sortileg. q.10.nu.1.2. 6.10.19. Clar. §. hæresis. vers. successiuè quæro. et alij cōmuniter.*

f *Clar. Farin. & alij I.C.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca. v. g. si quis sacramentalia misceret vsibus profanis, citra pactum expressum vel invocationem expressam dæmonis; faceret factum sapiens hæresim, quia si diceret hoc fieri oportere seu licere, hæc assertio saperet hæresim. Ex his puto pendere decisionem controversiæ inter Barbat. & alios Iurisconsultos, de ijs qui dæmonem invocant ad cognoscendum seu faciendum ea quæ ipse facere vel cognoscere potest, a Deo non impeditus: v. g. vt reueler furta commissa, vt in amorem carnalem inducat. Quoad hæc n. Barbat. *a* censuit, horum cognitionē pertinere ad inquisitores fidei, & ea sapere hæresim manifestam. Sed alij Barbatiam reprehendunt, & cum Oldrado volunt hæc non pertinere ad inquisitorum cognitionem, neq; esse hæretica, *b* & in hac re inueniuntur Parisiensia apud Paponum arresta cōtraria. Sed pro Barbatia faciunt Theologi Spineus & Pegna. c Inprimis, pertinere et ad Inquisitores cognitionē, dubitari nequit, cum crimen sit mixtum. Deinde non esse crimen hæreticū (nisi quid aliud accedat) nec sapiens manifestam hæresim, id quoq; puto, si desit dæmonis invocatio expressa: sapere tamen hæresim non manifestam crediderim, quando consulitur dæmō siue maleficus diuinator de rebus agendis: licet enim dæmon norit, ipsum rē consulere sapit hæresim, occultam saltem. idem dicendum in philtris, quib. Magici characteres, & superstitiosa alia, pactum occultum habentia, admiscentur: sed quoad amatoria ex philtris merè naturalibus, citra superstitionem exhibita, putarim ea nō sapere hæresim; quare & iudicem diligenter inspicere & considerare hæc debere. Illud non dubito hæresim saltē sapere, nisi potius vere hæretici sint, Magos illos, qui credunt quod solent iactare se vnitos spiritui, siue præditos spiritu quodā excellenti seu potēti, cuius efficacitate possint cogitationes aliorū scire (quod soli Deo reseruatū) & occulta diuinare, & alium ad aliquid imaginandum, vt loquuntur, necessitare, aliaq; miranda, supra hominum communem potentiam facere. Quos etsi negent, necesse est vel illa nō posse præstare, & tantum fingere; vel si credunt ista & faciunt, vere Magos esse, & tales quales dixi, pactum cū dæmone habentes. De his sapienter scripsit a Cardinali Cusano *lib. 3. de docta ignorantia c. 11.* Non illa phantastica (*nempe vnio*) Magorum, qui hominem ad quandam naturam spirituū influentialium sibi coniecturalium, quibusdā operationibus mediante fide (*hanc intelligo fiduciam quam Magi semper exigunt*) adscendere dicunt; vt in virtute spirituum talium, quibus per fidem vniuntur (*hoc est per promissum eis fidelitatem & pariendum*) plura & singularia mirabilia, aut in igne, aut in aqua, aut scientijs harmonicis, apparentijs transmutationum, manifestatione occultorum & similibus efficiant. Manifestum est enim in his omnibus seductionem esse, & recessum à via & veritate. Propter quod tales ad fœdera & pacta vnitatis, cum malignis spiritibus taliter astringuntur, vt id quod sub fide credunt, opere ostendant in thurificationibus & adorationibus, DEO tantum debitis; quæ spiritibus, quasi potentibus implere petita, & de vocalibus, it is mediatibus, magna cum obseruantia & veneratione impendunt. Consequuntur aliquando per fidem (*intellige* (per) *non vt causam poni, sed pone pro* (iuxta) *nam verum esset credere quod fiducia illa magorum sit efficax*) ipsa caduca petita, vniti sic spiritui; cui etiam, à Christo æternaliter diuisi, in supplicijs adhærebunt. hactenus ille. Quando autem dubium est, sintne hæresim sapientia necne sortilegia, non pertinet ad inquisitorem iudicare aut cognoscere sintne talia vel non; (verum hoc ptinet ad Theologos qualificatores;) sed postquam constat ea sapere hæresim, dubitatur verò tantum an sapiāt manifestam; possunt de illa qualitate cognoscere, & pronunciare se iudices esse. *d* Qualitatem verò horum factorum puto desumendam à circumstantijs & actibus, seu rebus quæ admiscentur.

2. Axio. *Quæcunque sunt sortilegia à sortilegis habentibus pactum expressum; sunt respectu operantis sapientia hæresim, etiam circa res quas dæmon cognoscere vel facere potest; respectu verò operis duntaxat, si sint circa res quas dæmon non potest cognoscere, nec facere.* a rario, quia primo casu, propter fœdus illud, operans est hæreticus: secundo casu tunc tātum factum ipsum sapit hæresim. Sed quoad non habentes pactum expressum.

Dico tertiò. *Si qui sortilegio Deum abnegent, vel adhibeant sortilegio hostias sacras, vel aliud sacramentum aut etiam sacramentalia, immò vel reliquias, vel agnos Dei, vel alias res Ecclesiastico ritu benedictas & sacras*: b *vehementer sunt suspecti de hæresi*. rario quia tales significant se credere huiusmodi adhibita vim habere ad maleficiorum operationem. Et de hac credulitate debent examinari, & si nolint respondere, possunt desuper torqueri; & si nō fateantur, vt vehementer suspecti debent abiurare.

Dico quartò. *Si qui baptizent imagines ex qualibet materia, vel rebaptizent pueros; hoc ipso vel hæretici sunt, si putant formā vel materiam baptismi aliam esse posse, ab ea quam Christus instituit; vel sunt vehementer suspecti, etiam si negent se hoc credere*. c quia tales actus natura sua per se ferūt aliquid, quod est hæresis manifesta. Nec inuenio Grillan. *q. 3. nu. 6.* contrarium sensisse, ut illi Farinac. impingit. Idem dicendum de consecratione & baptismo librorum. Nam Magi libros suos vt vim energiticam accipiant (*sic falluntur*) curant benedici per Sacerdotem aliquem, habētem stolam in collo, & aqua benedicta cum aspergillo ex herba hypericontis eos aspergentem, simulq; profantem, *ego te baptizo in nomine Pat. &c. & interea* alia manu sacerdos tenet cereum benedictum, postea ponit libros sub mappa altaris certo loco, idq; tribus certis diebus, quorum vltimo in modum crucis fascia ligat librum & rechudit in loco puro & abdito. hoc fassi magi Mantenes Paris. 1586. mense Nouembri. *teste Crespeto disc. 12.*

Dico quinto, *Si ad res quas potest dæmon facere, vel cognoscere, scientias vel efficiendas, misceantur res non sacræ, v. g. hostia non consecrata, etiāsi super eam Sacerdos missam dicat, probabile est non esse sortilegium hæreticale, quando sit à non habente expressum pactum*. d Putarem tamen distinguendum. nam si ille bene sentiat de præsentia corporis Dominici, & trāssubstantiatione, & non præbuit hanc hostiam popolo adorandam, sed ueré aliam, quam eleuauit, consecrauit; hāc verò accessoriè tātum super altare ad magicos effectus posuit; erit tantū suspectus de hæresi; si verò illa alia credidit, tunc apertè foret hæreticus: si verò reuera nec credidit ista vim aliquam ad effectum magicum habere, non erit suspectus de hæresi, sed extra ordinem puniendus. Hæc ita si de hac eius intentione constet, nam quandiu non constat, mihi quidem videatur de hæresi meritò maxime suspectus.

Dico sexto. *Quandocunque dæmon invocatur per modum sacrificij vel adorationis, sapit res manifestam hæresim: quādo per modum impery, non ratō idem dicendum*. v. g. primò si admisceantur res sacræ. e 2. si inuocetur, vt amicus Dei, & ei carus. 3. si putet hoc non esse peccatum, vel saltem non graue. 4. si petat quæ dæmon præstare nequit, vt suscitare mortuum, animam defuncti repræsentare, arbitrij libertatem cogere ad amandū &c. vel quæ nescit; vt futura contingentia; vel quæ scit cōtingenter, ea petit doceri certò & infallibiliter. 5. si petat quæ potest dæmon, sed credat eum ea posse etiam Deo non permittente: vel petat reuelari præsentia aut præterita, omninò infallibiliter. f Immò si rem recta reputemus via, quia nobis omne cum dæmonib. commercium interdictum, quorquot non modò per viam obsecrationis, sed etiam per viam imperij aliquid à dæmonibus studeant obtinere, valdè sapiunt hæresim. g Illud tamen fateor, ipsius suspicionis pondus, qualitate personarum & alijs circumstantijs esse trutinandum. h

a *post alios Grill. q. 10. à nn. 4. Farin. d. q. 20. nu. 81.*

b *Eymeric. d. q. 2. & ibi Pena cōm. 67. Alf. a. Cast. l. 1. de iust. haret. punit. Bern. Guman. in Lucer. inquisit. iuer. sacramentis abuti. Ioann. à Rada tract. de haret. p. 2. assert. 12. n. 267. Farin. d. q. 20. nu. 85. in 2. editione sup. Grillandi. q. 10. nu. 16.*

c *Penna supra Spina d. apol. 4. Farinac. nu. 85.*

d *Pegna d. cōm. 67. in fi. ubi dicit hanc veram & cōm. esse sententiam.*

a *conf. 55. lib. 1.*

b *Oldrad. conf. 210. Tiraq. de pœn. caus. 4. n. 3. Gemi. cons. 54. Albert. rub. de hæreti. Afflict. sup. constit. Neap. Clar. §. hæresis, n. 25. & Farin. q. 20. Papon. lib. 22. ti. 3. nr. 1. & 2.*

c *Pegna in direct. q. 42 commu. 67. Spin. Apolog. 4 contra Ponzinni. c. vlt. benè id probant.*

c *DD. supra citati. vers. dico tertiò.*

d *Oldradus cons. 10. col. 3. Grillā. q. 10. nu. 13. et q. 11. nu. 19. & 20. Farin. n. 84.*

e *Bernardus Basinus tract. de artib. magicis. con. cl. 1. & seq.*

f *Spineus d. apolog. 4. & Simanc. Cath. instit. tit. 21. nu. 13. & Penna ubi supra commu. 68. litt. O.*

g *v. Pennā supra.*

h

SECTIO XVI.

De pœna & supplicio maleficorum.

PRogrediamur à leuioribus. Sed non tandum principio; quosdam I. C. animis credulos Vviero medico & hæretico, magnam vim facere in distinctione nominum, *venefici, malefici, incantatoris, strigis, Lamiæ:* quasi verò hoc iudicium ex nominibus, non gestis ac factinoribus, sit decidendum. constet iudici de re, nomina contemnat; quæ rebus subduntur, non res nominibus: & sic, qui de hac materia veteres nouitijque scripsere, rebus ipsis nomina post habuere: quod & ego hoc tractatu feci, pro ijsdem sumens *venefices, maleficos, incantatores, fagas, striges, Lamias.* itaque hac putida diligentia prætermissa, facta nunc perpendamus.

Quoad peccata sortilegij, quæ hæresim non sapiunt, in pœna vtrumque ius, ciuile & Canonicum eo conueniunt, quòd iudicis arbitrio permittât; debere tamen iudicem arbitrio sic vti, vt canonibus legibusq; se accommoder, nec eorum præscriptum transiliat temerè, videlicet, nisi qualitas facti, conditio personarum, animus delinquentis, schandalum inde ex ortum similiavè suadeant pœnam intendere vel minuere; quod idem in mandantibus & consulentibus obseruandum, communiter receptum videtur. *b* Solent. a. iure canonico sortilegij nõ hæreticales (vt vocant) siue sint laici, siue clerici, & ad quemcumq; finem ea fecerint, in foro pœnitentiali puniri pœnitentia X L. dierum; *c* sed cum hodiè omnes pœnitentiæ confessario sint liberæ, poterit moderari. *d* In foro fori, si publicum crimen; olim imponebatur publica pœnitentia, quam si detrectarent, vel non complerent, à communione fidelium arcebantur: *e* hodie sublata illa publica pœnitẽtia, Laicus non hæretica, nec hæresim sapiẽtia conficiens, pro prima vice erit excommunicandus: *f* si monitus perseuerat, & est vilis persona, publicè est fustigãdus, vel mitra chartacea dehonestandus; si honestior relegandus, vel perpetuo carceri mancipandus: *g* cõsequitur autem infamia hoc crimen, etiamsi nihil horum illi iudex infligeret. *h* Hæc certum est procedere, quando ad malum finem: sed quid si ad bonum? idem in laicis & clericis tum obtinet; adhuc esse puniendos, etiamsi verba sacra admisceantur, vel cruces &c. si sint admixta alia, vt characteres, nomina ignota, & huiusmodi obseruationes, quas constat nihil per se habere efficaciæ ad finem illum bonum. *i* & tunc pœna est arbitraria.

Quoad clericos; conficiens nõ hæreticalia, in simplicitate cordis & zelo bono (v.g. pro inueniendis bonis Ecclesiæ subtractis) suspendirur à diuinis & ministerio altaris per annum & vltra iudicis arbitrio, secundum facti turpitudinem, & criminis *k* qualitatem; si dolo malo fecisset, deponeretur ab ordine sacro, omnibus beneficijs priuaretur, & in monasteriũ perpetuò, detruderetur; immò & infamis effectus, tonsurari solet & in modum stulti decaluari, vestibus antè & retrò rescissis & decurtatis, & mox degradari, hoc est perpetuò ab altaris administratione remoueri. *l*

Et quia hac in re multa & varia (proh dolor) sunt Ecclesiasticorum delicta, etiam parochorum (ad quod Episcopos & Archidiaconos decet attendere) breuiter quædam ex Grillan. & Farinacio, iudicibus Romanæ curiæ, subiungam pro clariore dictorum intelligentia.

Sacerdotes, qui causa vindictæ, seu doloris aras spoliant, aut luminaria consueta extinguunt, vel quid simile faciunt, nocendi gratia ijs, quorum quasi in funus hoc impendunt officij; honore & dignitate priuantur, & infames efficiuntur: *m* si verò ex inimicitia missas defunctorum pro viuentibus celebrarint (Belgæ dicũt, *een moortmisse*) vt is pro quo sacrificium offertur celerius moriatur, vel incurrat mortis periculum; propter j ordinis gradu deijciuntur, & in exilium perpetuum vna cum eo qui Sacerdotem consuluit, vel hoc fieri mandauit, eijciuntur: *n* nisi tamen spontè de præmissis coram Episcopo vel Metropolitano se culpabiles detulerint, & de ipsis condignam peregerint pœnitentiam, vt bene Grilland. *ex d. c. quicumq;* fallitur tamen Grilland. dum putat *b* hæc sortilegia non sapere hæresim: omnino n. sapiunt, quia est hęresis putare hęc habere effectum huiusmodi. ideò hæc pertinere censeo ad hæreticalia: sicut & imaginum crucis, B. MARIAE, vel Sanctorum conculcationem, & deiectionem factam dolo vel iracundia: nam quod Grilland. ait non sapere hæc hæresim, falsum id esse sciunt, quotquot iconoclastarum furores norunt & execrantur.

Sacerdos celebrans super reb. profanis, quæ vulgò putãtur aptæ ad sortilegia; vt sunt hostia non consecrata circumscripta certis notis & litteris sanguineis, ducto sanguine ex annulari digito; item cuticula, qua infantis caput nascentis est inuolutum; panis incoctus, siue massa cruda, vel coactꝰ in placentam; vel lapis, vulgò dictus *calamita*; beneficijs est priuandus, & in carcerem detrudendus, *c* idem dicendũ si sit abusus vasis aut vestibus sacris; *d* verbi gratia, altaris palla, calice, patina, purificatorio, tabernaculo Euchariſtiæ, aut reliquiarum; lapide sacrato vel eius frusto, corporali, manipulo, stola, alba, velis sanctuarij &c. proponant huiusmodi sibi exemplum Regis Baltassaris; *e* qui tamen nõ abutebatur ad sortilegium, sed ad vsũ domesticũ, pro templo, qdminùs erat.

Sacerdos, qui in solemni missæ sacrificio, preces, quæ non tendunt ad Dei cultum & salutem animæ, sed potius tendunt in peccatum, obtulerit, (vt ille cuius vesanum amorem fusè describit Grilland. *f*) eodẽ modo puniri debet, quo præcedentes. *g*

Omnibus autem communes pœnæ sunt sequentes: qui consulunt diuinatores, vel remedia (illicita videlicet) petunt a maleficis, in eadem incidũt Ecclesiasticas pœnas, in quas & ipsi malefici aut diuinatores: præterea sunt ipso facto excommunicati, excõmunicatione tamen nulli reseruata, *h* &, si sint clerici, possunt deponi, tam verò clerici quàm laici, debebãt olim quinquennalem subire pœnitentiam. *i* Iure autem ciuili, eandem discentes ac docentes incurrunt pœnam, *k* qui Magos in domum suam vocant, causa artis exercendæ, priuati bonis debent in insulam deportari *l* qui Magos consulunt, gladij pœnæ subduntur. *m* ex Carolina sanctione, & consuetudine imperij, etiam si ob bonum finem interrogarint, vel magicis artibus aut remedijs vsi fuerint; exilio, vel aliter infra mortẽ dãnantur, arbitrio iudicis. *n* De amatoria præbentibus, dictum *lib. 3. p. 1. q. 3.*

Incantatores Serpentum, si præcantatione sua duntaxat implorant simpliciter, & deuotè auxilium Dei, absque alia superstitione; vt culpæ, ita etiam pœnæ expertes sunt: si verò Diabolum inuocant expressè vel tacitè; erunt puniendi pœnis cõmemoratis Sortilegorum. Vt autem queant ista discerni, aduertendum ad verba ipsa, ad modum, ritum, & ordinem incantationis: quia si in eis insunt aliqua verba extranea, vel ignota nomina aut characteres, siue alia quæ non conducunt per se ad effectum intentum, tota res Diabolica, & superstitiosa debet censeri. *o* Dicendum idem in ceteris remedijs contra maleficia.

Quoad astrologos iudiciarios, chiromanticos, & huiusmodi diuinatores; si tantum prædicant euentum vt possibilem præsumptiuè & inclinatiuè, non sunt puniendi, vt sortilegi; si verò prædicant, vt infallibilem vel necessariũ, sunt hæretici sortilegi, *p* & contra eos videnda Bulla Sixti V. contra astrologos edita 1585.

Qui præbent poculum naturale ab orsus, vt venefici puniendi; non vt sortilegi, nisi sortilegia admisceant. *q* Quando Episcopus captiuũ hẽt aliquem, sortilegum hæreticum, si paratus sit homo ille abiurare, & condignam subire pœnitentiam; non pot cum tradere brachio sæculari, nec etiã

a Richard. con. 112. lo. Albuzius admonit. ad Iud. Godel. trac. de lam.

b Abb. c. 8. de sortileg. Grill. sup. q. 11. Menoc. de arb. cas. 388. n. 11. Farinac. q. 20. nu. 94.

c tex. & DD. c. 1. de sortileg. Grilan. d. q. 11. n. 2. 6. et 9.

d Menoch. sup. n. 6. et 7

e c. pro dilectione & seq. de cõsec. d. 2. Silu. v. superstitio q. ult.

f c. si quis Episc. c. aliquanti. 26. q. 5.

g c. contra idolorũ. d. q. 5. Roma sic gul. 660. Grill. d. q. 11. n. 4. & 10. Menoc. sup. nu. 18.

h c. 3. 24. 8. c. infamis 6. q. 1.

i Grill. q. 1. n. 2. q. 2. nu. 4. & 5. q. 11. n. 8. 14. 15. 23. 24. & 27. q. 14. nu. 4. & 5. & Far. sup. nu. 96.

k cap. 2. de sortil. Grill. d. q. 14. n. 3.

l c. si quis epist. 26. q. 5. post Grill. Menoc. Bat bat. Farinac. sup. nu. 92.

m c. quisq. 2. q. 8. c. de benedicto. 32. q. 1. c. admonean. 26. q. 7. Fidler. in prax. trim can. c. 33. n. 49. Farin. q. 19. nu. 49.

n c. quicumq; 26. q. 5. Diaz. practi. crimin. Canon. c. 35 Menoch. supra. nu. 15. Grill. q. 10. n. 12. & q. 11. nu. 17. & d. n. 12. & seqq.

o Summa confess. quãcitat & seq. Grill. q. 11. n. 28. & Far. supra n. 110.

p Berber. in Viator. inv. rubr. 8. n. 5. & 6. Grill. q. 11. n. 16. & 12. q. 3. q. n. 13. & 14. Farr. sa pr. nu. 112.

q vid. bullã de aborsu Sti. V.

a c. quicumq; 26. q. 5. Diaz. practi. crimin. Canon. c. 35 Menoch. supra. nu. 15. Grill. q. 10. n. 12. & q. 11. nu. 17. & d. n. 12. & seqq.

b Abb. c. 8. de sortileg. Grill. sup. q. 11. Menoc. de arb. cas. 388. n. 11. Farinac. q. 20. nu. 94.

c tex. & DD. c. 1. de sortileg. Grilan. d. q. 11. n. 2. 6. et 9.

d Menoch. sup. n. 6. et 7

e c. pro dilectione & seq. de cõsec. d. 2. Silu. v. superstitio q. ult.

f c. si quis Episc. c. aliquanti. 26. q. 5.

g q. 16. n. 2. & Grill. Menoch. Farin. supra.

h c. 1. 26. q. 5.

i c. & 3. 26. q. 5.

k l. 8. C. de mathem. & malef.

l 3. d. tit.

m l. 5. eod. tit.

n Carol. cõstit. ca. 109. Godel. li. 3. de lam. c. 11 n. 31. kirch. cõs. 12. n. 9.

Universidad de Deusto Biblioteca

a *c. sententiâ sanguinis. Nec cler. vel monach. Anch. in c. Cum qua. de reg. iuris in 6. q. 4. Far. sup. n. 105.*

b *Simanc. prax. c. 59. nu. ult.*

c *de his tribus fuè Simanc. prax. ca. 59. cum seqq. Alf. à Castro lib. 2. de iust. hær. punit. c. 2.*

d *Grill. d. q. 11. nu. 1. 6. 9. Menech. supra nu. 4. Fari. q. 20. n. 87.*

e *post alios Clarus. §. hæresis. nu. ult. Menoc. sup. & Far. supra.*

f *li. 1. Cod. de mal. & math. Berbe. d. rub. de fortil. nu. 2. & 8. Damhoud. in prax. crim. tit. de homici. per fortileg. c. 73.*

g *Ponzinibus Fichar. Godelm. & alij.*

poterit acta iudicialia seu copiam processus eius vllo pacto cum iudice sæculari communicare, alioqui iure Canonico incurreret irregularitatem. *a* Dumtaxat enim quibusdam casib. fortilegi hæreticales possunt tradi brachio sæculari. 1. si fuerint Doctores & seductores, nisi sponte sua ad Ecclesiã redierint, & hæreses abiurarint, seque cõtra illas strenuos præbuerint: *b* 2. si sint relapsi. 3. si sint impœnitentes, ad quos reducuntur convicti omnia negantes pertinaciter. *c* Quod Farinac. *d. nu. 105.* extendit etiam ad fortilegos qui hominem occiderunt, vel quid simile fecerunt quod iure ciuili morte luendum est; vt non nisi aliquo trium dictorum concurrentium possint degradari, & curiæ sæculari tradi. Sed in alijs criminibus enormibus id verum non esse postea ostendam, *hac cad. sec. lit. Y Y.* Et quando accessit ad hæresim homicidium qualificatum, aliud dicẽdum, mox ostendam. Formulas condemnationis quoad istos singulos, pete ex Sprengero *p. 3. mallei.*

Quando sunt Sortilegi hæretici aut hęresim sapientes, contra eos agi sicut contra hæreticos; receptum est vtroq; iure. *d* quando non sunt tales, sed ab omni errore hæretico alieni, à sæculari etiam magistratu solent virgis cædi, ad triremes, vel in exilium mitti, vel alia extraordinaria, infra mortem pœna affici, interdum etiam pecuniaria, iuxta personæ & criminis qualitatem. *e*

Si mors sit alicuius maleficiati subsecuta, locum esse pœnæ legis Corneliæ, & comburẽdum sortilegum, communis est sententia. *f* Quoad Necromanticos, & ceteros magos, atq; maleficos; solas Lamias excipientes, idem fatentur patroni Lamiarum. *g* Sed Lamias nostras, non esse eximendas numero ceterorum Magorum, communis est sententia Theologorum & Iuristarum, vt mox docebo. Fundamenta Godel. & aliorum sunt. 1. Lamiæ fatẽtur impossibilia; nempe se volasse ad conuentus, libidinem cum dęmone expleſſe, tempestates excitasse, & huiusmodi. *Resp.* lib. 2. ostendimus hæc dæmoni non esse impossibilia, & ideò fidem habendam earum confessionibus censent Catholici communiter. 2. Lamiarum peccata sunt potius cogitationis, vel nudi conatus; quàm facti, vel executionis: ideò ab Ecclesia puniri non deberent, nec à iudicibus alijs. *Resp.* falsum præsupponi, progrediuntur enim in opus exterius: & in atrocioribus criminibus receptum, conàtus aliquando puniendos, vt constat. *h* 3. Pœnam minuere deberent, ætas senectutis, & sexus fragilitas. *Resp.* senectutem non esse idoneam causam minuendæ pœnæ in atrocioribus delictis, vt ex praxi iudiciorum, affirmat rectè Iul. Clarus. *i* deinde falsum supponunt, solos senes in hoc peccatum incidere. Vt etiam falsum supponunt, solas mulierculas sic delinquere: quanquam nec in hæresi nec in similibus atrocioribus sexus excusat. 4. Lamiæ debent censeri similes dormientibus, confitentur enim crimina commissa in mentis excessu, vel sopore. *Resp.* multa sagas imò ferè omnia vigilantes committere, & propter hęc puniendas; vt propter pacta cum dæmone, coitum cum eodem, infanticidia, segetum & iumentorum damna, &c. Immò, & quæ in somnis gererẽt, culpa non carent, quia & antè somnũ ea præmeditantur, & post somnum ea rata habent, & sibi in illis complacent. *k*

5. *Argumentum*, pacta huiusmodi sunt imaginationes delusarum mentium. Venerius quoque coitus cum dęmone, est rei impossibilis fictio. Quę de tempestatibus & damnis datis narrantur eorum excedunt potestatem: quę de translatione corporali dicunt, sunt nugæ meræ. *Resp.* imprimis credendum contra seipsos ipsorũ confessioni, sicut & alijs reis. deinde tam conformes omniũ esse testificationes, & tam confirmatas experientia omnium populorum & sæculorum; *ut id negare, nihil sit, nisi insanire*, vt benè dictum à Silvestro; *l quibus* (vt ait Spineus) *m nemo nisi sensu careat, queat contradicere*, & (vt alius quidam de grege hæretico dixit) *qui hoc ausit negare, is audeat*

h *Iul. Clar. §. fin. q. 32. nu. 2. Rocchus & alij quos sequitur nel iuris tus Godelm. l. 3. cap. ult. nu. 36.*

i *§. fin. q. 60. num. 6.*

k *Simanc. in prax. ca. 11. nu. 4.*

l *lib. 1. de strigimag. & dæmon. admiran. c. 14.*

m *d. cap. 68. litt. t.*

a *de pacto. q. 4. de tipe statibus & dãnis q. 11. de concubitu q. 11. de trãslatione locali q. 16. lib. 2.*

deat negare meridie lucere solem, & bis sex esse duodecim. Et singula nos *lib. 2.* comprobauimus. *a* Nunc dumtaxat auctores ea confirmantes citabo. PACTVM istud agnoscunt & habent pro certo, tum THEOLOGI, vt post Ciprian. *lib. de duplici martyrio*, & D. August. *in capite illud 26. q. 2.* tenent D. Thom. *2. 2. q. 95. & 96.* Alex. Halens. *p. 2. q. 184.* Alber. Magn. *in 2. d. 7. art. ult.* Petrus de Tarantasia, (qui postea fuit Innocen. V.) *ibid.* Petrus de Bonauentura *ibid.* Guido Carmelita *in speciali q. quam de hac re cõposuit iussu Papæ Ioann. 22.* Scot. *in 4. d. 34.* Gabr. *in 2. d. 8. q. 2. ar. 4.* S. Antonin. *2. par. tit. 12.* Guilhelm. Parisiensis. *in tract. de fide & legib.* Silu. Tabie. Ang. Armill. Grafijs, *in ver. superstitio & uer. maleficium.* Gerson. *in 1. par. Trilogio Theologistæ Astrologia*, Ioannes Trithemius harum rerum nimis peritus *in qq. à Maximiliano Cæsare propositis*; Fran. Victoria *relect. de Magia.* Alfons. à Castro *lib. 1. de iusta hæret. punit. c. 15.* Eymericus *direct. inquisit. c. 43.* & ibi Penna *comm. 68.* Bernard. Comens. *in disputatione post Lucernam Inquisitorum*, Sprengerus *in Malleo*, Nidertus *informicario*, Hollenus *in Preceptorio*, Basinus *libro de Magicis*, Bartolom. Spinæus *contra Ponzinibii*, Silvest. Prierias *lib. de strigimag. & dæmon. admirand.* Franc. Picus *Dialog. strix*, Iaquerius *in flagello hæret.* Ioseph. Angl. *in 2. q. de Magia*, & nouissimè Sebast. Michaelis *in Pneumalogia*, Crespetus *de odio Satanæ in homines*, & Petrus Binsfeld. *p. 1. de cõfess. maleficar. prælud. 7.* Cardinal. Toletus *lib. 4. summ. instructio. Sacerdot. cap. de magia 15.* Idem ex IVRISTIS asseruere, Grill. *lib. 2. de fortileg. q. 3.* Martin. de Arles *tract. de superst. à num. 85.* post veteres, Ioan. Andreæ *in c. accusatus §. sanè de hæret. in 6* Archidiac. Ioan. Monach. Guilhelmum. *de monte Lauduno* & Bartolomæum Raymundi, *ibidem*, & satis fatetur Oldrad. *cons. 210.* item Turrecremata *in c. illud 26. q. 2.* Berber. *in viatorio iuris tit. de fortileg.* Simancas *in pract. c. 11. & in Instit. Cathol.* Damhaud. *in pract. crim.* Nauar. *in Man. c. 11. nu. 25. & in c. nunquid Cain. de pœn. d. 1.* Menoch. *de arbit. iud. cas. 388. Farin. prax. crim. q. 20.* Florimũd. de Remundis *de Antechristo c. 7. nu. 5.* Nic. Remig. *opere de dæmonolat.* Quodq; caput est expresè hoc docet Ioan. 22. *in sua extraung. super specula.*

Et quia contra hæreticos agimus ẽt ex ipsis hoc accuratè docent, Lamb. Danæus *Dialog. de sortiarijs*, Ioa. Bodin. *lib. de dæmonom.* Thomas Erastus *in Parnio*, Georg. Pictorius *in Resolut. an sagæ ignis mulcta damnãde.* Horoman. *con. 98.*

2 De VENERIO COITV *succuborum & incuborum* hoc tenent cum Innocent. VIII. Pontif. in Bulla de hac re edita, & plurimis Sanctis Patrib. Alexand. de Hal. *1. p. q. 78.* D. Tho. D. Bonau. Scot. Dur. Gab. Dionys. Cartus. *in 2. d. 8.* Guil. Paris. *de uniuerso p. ult. c. 23.* Abulẽs. *in 6. Gen q. 6. & in 7. Exod. q. 12.* Alfons. à Castro *sup. c. 16.* Caiet. *in 2. 2. q. 96. art. 3.* Sixtus Senens. *lib. 5. sanct. biblioth. ann. 73.* Bartolom. Med. *1. 2. q. 72. art. 2.* Spreng. Nider. Silu. Pic. Holen. Spin. Victor. Mich. Crespe. Tolet. Angl. Binsfel. Comens. Iaquerius *sup. citati*, & Vlricus Molitor *in Dialog. cum Sigismundo c. 5. & 6.*

Ex Iuristis Martin. de Arles sup. Grillan. *lib. 2. q. 7.* Simanc. & Remig. sup. & locorum omnium acta de hac re iudiciaria. Nec non prædicti tres hæretici; & ipsemet Lutherus *in Conuialib.* vt appareat mendacium Fichardi, hoc attribuentis solis inquisitorib. & Papatui addictis, vt ille loquitur.

3 De GRANDINE TEMPEST. &c. huiusmodi; quæ probantur omni nò à Theologis, *arg. c. 1. Iob, ubi* D. Tho. & Cartusian. idem docuere Patres, *in cap. nec mirum 26. q. 5.* D. August. *lib. 8. de ciuit. Dei cap. 19.* Isidor. *lib. 8. Etymol. cap. 9.* Innoc. VIII. *in bulla sua ad Inquisitor.* D. Tho. & ceteri Scholiast. *in 2. d. 7. & 8.* Castrens. Silu. Spineus, Hollenus, Spreng. Michael, Tolet. Iaquer. Nider. Victor. Angl. Binsfeld. & alij citati. *Ex Iuristis* consentiunt, Simancas, Menoch. & Damhauder. & Remig. & Comẽs. citati; Azo, Godofred. Bart. Ang. Bald. Salyc. *in l. 4. de malef.* vbi tex. apertè hoc confirmat. Bonifacius de Vitalinis *tract. de malef. c. de fortileg.* Ioan. ab Anan. *in capit. 1. de fortileg.* Grilland. *lib. 2. q. 6.* Francisc. Balduin.

Iacob. Rœuardus & alij ad ll. XII. tab. Pet. Gregor. *lib. 34 Syntagm. Iuris uniuersi. c. 11. & c. 13.* Petr. Matth. *in 7. Decretal. tit. de malef. & incantat.* Necnon tres illi hæretici quos nominaui, & Lutherus Archihæreticus.

De TRANSLATIONE CORPORALI eam per dæmones fieri posse & solere ex patrib. docent Clemes *lib. 6. Const. Apost. c. 9.* Arnob. *lib. 2. cont. gent.* Egesip. *lib. 3. de excid. Hier.* Cyril. Hieros. *Cateches. 6.* Maximus Taurin. *serm. de Natali Apost.* Epiph. *lib. 1. contra hæres. 30.* Gregor. *lib. 1. Dial. c. 4.* Et alia exempla suggerit Io. Cesarius Monachus Cisterciensis *lib. 5. c. 27. 34. 56.* & quæ his addunt Bart. Spinæus *contra Ponzinib.* Grillandus, Castrius, Remig. & Binsf. à me citati.

Est itta communis sententia Theol. & Iurist. S. Tho. Scot. Dur. Caie. Silu. Angl. Victor. Castrij, Sprégeri, Niderij, Iaquerij, Michaelis, Crespeti, Toleti, Spinæl, Pici, Guil. Parisi. Pegnæ, Binsfeldij, & aliorũ citatorum; Turrecr. *in c. Episcopi 26. q. 5.* Grill. *de sortileg. q. 7.* Pennæ sup. *d. com. 68.* vbi citat Comens. & Albert. *de agnoscend. cathol. assertion. q. 24. nu. 24.* & vocat hanc sententiam communem Theolog. & veram, vt est reuera. Nec ei repugnat Nauar. *c. 11. Manual. nu. 38.* nam voluit solummodò negare, eas vehi, cum illis circumstantijs, quæ exprimuntur in *d. c. Episcopi.* Ratum ergo maneat, quintum hoc argumẽtum planè falsis præsuppositis niti. Mirè tamen circa hanc delusionem Lamiarum pertinaces sũt earum occulti quidam Patroni. Arripiunt occasionem ex d. c. Episcopi (de quo nos mox copiosè & luculenter disseremus. Quia delusas Herodiadianas illas canon asserit; sic ratiocinantur: *si illa delusa, ergo & nostræ strigæ.* At quia homines, aliàs nec inepti nec insulsè stolidi, animaduertunt non satis validè in ferri. *Ergo saltem* (inquiunt) *possunt etiam deludi.* Vnde igitur cum aliqua in iure sistitur, iudici constabit eam nõ delusam, quæ potuit? Ne quid dissimulent, en vobis ipsorummet argumentationem ad me à V. Cl. Phil. Numanno Secretario oppidi Bruxellensis in Brabantia, poetica arte, sed pietate clariore, cui cũ illis quoq; idiane veliratiũculæ pro veritate, perscriptã? *Manifestũ est* (inquiunt) *Doctores de materia fagarũ scribẽtes ad vnum omes hoc admittere, quod mulierculæ à dæmone sæpè illudantur ac decipiantur: ita ut per imaginationem cogitent, & credãt certè se perpetrasse ac fecisse veraciter, ea quæ tantũ in sola phãtasia opera Diaboli mentẽ obfuscãtis obuersata sũt. Nõ satis tutò ergo agere iudices, quãdo confessionib. fagarũ sine volũt ãrijs, sine per vim extortis fidẽ adhibẽtes, easq; pro sufficientib. habẽtes probationibus, miseras illas, ac fortè insontes supplicijs tradũt quæ cũ decepta sint negare non possũt, ea, quorũ se re verè reas putant. Quamobrẽ cuius iudici merito scrupulus nascatur. Quòd cõfessio in hac re pro sufficiẽs probatione haberi non debeat cũ fieri possit, vt ex errore decepta mẽtis procedat cõfessio. Quo igitur pacto iudex poterit diuoscere: Vtrũ in individuo reus reaue, quæ ei offertur, si per imaginationem delusa, uel uerè commiserit quæ fatetur.*

En Rhodus, en saltus. qui non agnoscat argumentum Vvieri, cuius venenum Calidius Looseus, in Alemannia hausturn & eiuratum, in Belgium, præsertim Bruxellã diffudit. vt antidotum propinem tam periculosè potis, primũ nebula ratiocinationis, seu vaporis noxij exhalatio, remouẽda. Nẽpe prætenditur prætensio scrupuli ex confessione falsa & erronea, quã contendunt esse quando ex nuda confessione proceditur. Quis vnquã asseruit (nõ ego quidẽ vsquã) soli standũ confessioni? censui semper & profiteor in hoc crimine ex nuda & sola cõfessione rei procedi non posse, *cum Bald. & Ang. in l. 1. C. de confes.* quia ex tali nõ videtur satis iudici constare certò posse de crimine, qd tñ necessarium est ad condemnandũ, ex sñia communiore. *arg. l. 1. §. item illud & ibi Bart. D. ad Syllania.* Sed contendo paralogismũ latere in hac solius nudæ cõfessionis nuncupatione. Et ideo, vt in omnibus æquinocis, esse necesse prius disquirere, qd vocent nudam confessionem. Si de cõfessione legitima & ritè facta loquuntur, in qua & adfuere indicia (alioquin nulla foret) & reliqua de quibus dis-

disserui *sup. li. 5. sect. 11.* certũ est ac manifestum eos alucinari. Nam leges humanæ talem confessum habent pro iudicato: & in Euangelio Paterfamilias seruulum nequam *ex ore eius* (hoc est ex confessione) iudicat. & ex tali confessione indicijs fulta, quæ ad torturã per se sufficerent, reum damnari posse, non est dubitandum, vt meritò cẽ fuit post alios Daniel Mollerus *par. 4. Constitution. Saxonicar. sect. 2. num. 13.* & hoc in terminis de crimine & confessione strigũ accuratè probat Arnald. Albertin^s *de agnosc. assertion. haret. q. 25.* quem lege si lubet. Si de non rite facta (v. g. destituta indicijs, improbabili, vel impossibili) loquũtur; illis assentior: sed nego hoc in casu proposito locum habere. Nam quæ Lamiæ confitentur, non sunt impossibilia, nec improbabilia peritis humanæ & diuinæ philosophiæ, sed admirabilia tantũm. *Probatum id à me toto lib. 2. Disquisit. Magicarum.* Nec vnquam iudices probi ex tali nuda confessione procedunt, vel ad damnationem, vel ad torturam, vel ad capturam, aut inquisitionem (*vide dicta sup. sect. 2. vers. Quartò requiritur*) semper enim indicia requirunt, quibus aliquando validius aliquando imbecillius, sufficienter tamẽ confessio astruitur: quæ indicia qualia esse debeant docui *sup. sect. 3. & 4. per totum,* & nõ possunt particulatim, nisi specie facti in particulari proposita, explicari. Cur ergo metuunt stare cõfessioni sic legitimæ factæ? In foro poli standum est cõfessioni proponentis in exomologesi peccata sua, etiam absque vllis indicijs; cur non in foro fori cum indicijs? si Dei Vicarius illic peccatum non metuit, cur hic vicarius terreni Regis formidet? an temporariæ pœnæ maior est dolor, quam æternæ, aut primæ mortis grauius periculum vel damnum, quam secundæ? Quid? quod in sacramentali cõfessione tenetur Iudex stare rei confessioni; adeò vt si dicat se talia patrasse, non possit confessarius illũ reijcere, sine peccati Mortis reatu, quasi illusum, ex hoc quidẽ solo (qd prætenditur) capite, qd deludi à dæmone aliquãdo tales cõtingat; sed tenetur ei & absolutionem & pœnitẽtiã impendere? Igitur nec iudex fori externi, sola fretus cõiectura qa deludi solẽt, põt strigũ iuridicæ cõfessioni fidẽ derogare. Quod inde ẽt stabilit. si malefici se cõspirasse in reip. vel Principis perniciẽ fatereturtur: ex isto illusionis capite nullus iudex auderet eos absoluere vel dimittere; sed censeret se obligatũ ad reorũ condẽnationẽ procedere, vt reorũ læsæ Maiest. Et si hanc publicã iniuriã negligeret, ipse a superiorib. iudicib. in ius vocaretur, ac ille ipse fisci procurator (tã somnolẽt^s vel cõceptor diuinæ iniuriæ) nactũ se spõgiã crederet succi plenã, quã auderet exprimere. Cur ergo segniori esse liceat in Dei iniuria, q̃ pspicuè in maius Ecclesiæ & naturæ dãnũ vergit? Deniq; si in furtis, latrocinijs, sacrilegijs, adulterijs, homicidijs, falsæ monetę, Sodomię, &c. criminib. stari põt legitimæ cõfessioni, cur nõ in hoc quoq; delicto? Iniquũ planè est aliã exigi certitudinẽ, q̃ quæ iuxta criminis naturã põt haberi. si cuiusquã aurẽ, certè huius cuiminis ea est natura, vt de eo ferme iudici aliunde nequeat constare, q̃ ex indicijs, præsumptionibus, & reorũ cõfessione, eo qd clã cõmittatur, & sæpe nulla post se sceleris vestigia relinquat. quare hic potissimũ locus est sniæ, volentiũ sola legitimã, q̃ verisimilis sit reorũ confessionẽ in talib^s delictis ad cõdẽnationẽ sufficere, quã admittit Godelmannus, *lib. 3. de Lamijs, c. 10. n. 47.* & tenet Mollerus *d. sect. 2. nu. 11.* atq; ita priùs deciderat Iul. Clar. *§. fi. lib. 5. recep. sent. q. 55. vers. quo aũt dicatur constare de delicto.* Nonne sunt hæreticis annumerandi isti fę le rari partiarij dęmoniorum? sanè id communius receptum docent Grill. *10. num. 10. de sortileg.* & Clar. *d. quæst. 55. versic. potest etiam, & quæst. 4. v. 1.* quos sequit Moller. sup. Quis aũt neget ad hæreseos cõdemnationẽ sufficere legitimã cõfessionẽ, nisi qui a gratissimis iuris interpretib^s temerè velit dissentire? *Bal. in l. si quis nõ dicẽte. C. de epi. & cleri. Fel. in c. auditis ext. de præscrip. Arelatensi in tract. de hæret. notab. 2.*

Quamobrem censeo non tantum iudices securè posse stare tali confessioni, sed etiam teneri sub culpa lethalis peccati. Quia cum iudex ex officio & secundum leges reum damnare tenetur; si nō damnet eum, ex cuius absolutione periculum imminet reip. & scandalum mali exempli plerisque gignitur; ad damna inde prouenientia tenetur resarcienda, *vt docebo in fine huius sect. 16.* Nec differi quis potest striges esse noxias reip. & conari quā plurimos possunt in societatem criminis pellicere, & earum absolutione bonos iure optimo scandalizari; secundum leges verò tales à iudicibus legitimè captas, tortas, confessas puniri morte debere. Constat ergo iudices hoc facere nolētes lethaliter peccare in Deū & rempub. & quod hinc cōsequitur tales Iudices in hoc proposito manentes absolui in foro conscientiæ nullatenus posse: quod accuratè perpendendum est eorum confessarijs. Quis nescit iudicem teneri ex actis procedere? aut quis vnquam Syndicatū intendit, aut in foro fori reprehendendum iudicauit, si secundū allegata & probata sententiam tulisset? Duntaxat quidam excipiunt, si priuatim certò sciret reum esse innocentem, quod ipsum tamen multorum grauium Theologorū, & communior Iuristarum sententia nō admittit, nisi in eo qui legibus superior est; negat in subsellij inferioris iudicibus. sed hoc loco nullus huic exceptioni locus est. Nemo enim aduersariorum affirmare audet certò se scire illas delusas & esse innocētes, præter Vvierum, Ponzinibium, Looseum & similes; quorum iam explosus est error obstinatione & impudentia & insciti plenus; sed dicunt duntaxat sæpè illas deludi, & idcirco in indiuiduo iudicem dubitare. Verum hinc ego contra infero, quando in indiuiduo iudici non constat delusam esse, teneri iudicem legitimæ rearum confessioni stare. Quæro, si nosset non esse delusam, nonne damnaret? si damnaret, quam sciret non delusam; cur non teneatur etiam falsam damnare quā nescit delusam? semper sanè præsumenda est non delusa, donec delusa fuisse probetur: quia legitima confessio, vera esse præsumitur. contendenti delusam, probatio incumbit: non probanti, meritò objicitur: minem, qui aliàs mēte constet, stultum vel delusum præsumi nisi probetur. Videte in quem scopulum isti impingunt, dum scrupulū timent. Scrupulorum proprium est facere vt timeas, vbi non est timendum, & contemnas vbi meritò sis trepidandum. sic isti dum vitant, vel fingunt se vitare inanem culpam, in verum crimen incurrunt. *Vbi impius interficitur* (ait D. Ambros. lib. 2. de Paradiso) CHRISTVS *infunditur: vbi abominatio aboletur, sanctificatio consecratur. Impium est* (scribit Cassiod. lib. 9. varior. in edicto Alarici) *iudices illis esse indulgentes, quos cœlestis pietas non patitur impunitos.* Hæc de scrupulo prætenso: Nunc de ipsa delusione manum conseramus.

Primum dicunt; *Manifestum esse Doctores de sagarum materia scribentes ad vnū omnes hoc admittere, quod mulierculæ à dæmone sæpè decipiantur ac illudantur: ita vt per imaginationem credant ac cogitent certò se perpetrasse ac fecisse ueraciter, ea quæ in sola phantasia opera Diaboli mentem obfuscantis obuersata sunt.* Sistе gradum. Bonam horum Doctorum partem non oscitanter perlegi, & nego ad vnum omnes hac de re idem sentire, quoad id q̄ de facto contingit; sed tantum conueniunt quoad id quod potest contingere. Fatentur omnes vnanimiter fieri posse, vt mulierculæ decipiantur: immò & viri. nam ne sexus quidem melior purus ab hac contagione: sed verū reipsa sæpè decipiantur; item, vtrum hæc deceptio in cunctis quæ fatentur, an in quibusdam tantum locū habeat; non idem sentiunt nec scribunt Ponzinibus, Vvierus, & simil. videtur velle semper illas deludi; Alciatus, Duar. Godel. & alij, videntur velle tantum deludi quoad pleraq; & quidē quoad hæc semper; quorum omnium iā explosę sententiæ indignæ sunt quib. refellendis iterum calamus desudet. Communis Theologorum, Philosophorum, Iuristarum, & omnium Ecclesiasticorum Tribunalium, & ferè omnium

omnium sæcularium subselliorum sententia est, illusionem hanc in paucis admodū reb. seu facti speciebus (nempe delatione ad conuentus, transfiguratione, & carnali copula cum dæmonibus) & id rarissimè in his ipsis cōtingere. sic præter ceteros diserte scribunt Iaquerius, Comensis, Sprenger, Michaelius, Binsfeldius, Remigius. Peccant itaquè disputatores isti, primò cùm asserunt omnes in hac delusione conuenire: secundò. cùm quod de quorundam casuum seu visionum confessione conceditur, id ad ceteros extendunt de quibus idem negatur: tertiò, dum, quod rarissimè contingere, immò quod tantùm cōtingere posse multi dicunt, id ipsi sic interpretantur; quasi crebrum esse vel frequētius ab omnibus concedatur. Sin fatentur id frequentius quidē non esse; cur non potius quod frequentius esse solitum amplectuntur; & animo propendent, vt ex frequentius contingentibus confessionē veram, quàm falsam esse præsumant? Sicut legislatori (secundum Theophrastum) sic & iudici oculus mentis ab eo quod semel aut bis accidit, ad id quod sæpius consueuit transiesendus. Deinde peccant, & largius, cum ex tali præmissa propositione inferunt: *Non satis ergo tutò iudices agunt, quando confessionibus sagarum, siue voluntarijs, siue extortis per vim, fidem adhibent, & eas pro sufficientibus ad damnationem probationibus habent.* Errant inquam sic argumentātes. 1. quia videtur velle subindicare iudices hoc nunquam tutò facturos: quod ex præmissa tamen particulari propositione eos inferre recta ratiocinandi ratio non permittit. Ais, sæpè decipiuntur; ergo iudex nunquā earum confessioni tutò credat. Nego consequētiam: quæ vt valeret, semper decipi eas foret necesse. nunc nec sæpè sed rarissimè decipi deprehenduntur. Sæpius ergo erraret iudex nō credens, quam credens. Quod si tantum hoc volunt. Aliquando delusæ sunt: ergo à sic delusis aliquando iudex rapi potest in errorem. Verum id quidem, sed & illud verum; sępissimè & ferè (si ferè) semper compotes mentis sunt & erroris vacuæ, & verum est quod confitentur: ergo iudex confessionē illam sequēs sæpissimè & ferè semper rectè iudicabit, & nunquam, vel vix vnquā ab illis in errorē deducetur. Amplius dico, quamuis deduceretur, si confessio legitima fuerit, addicens confessā supplicio legitimo, nihil peccabit, sed error expers est culpæ. functus enim est officio suo, qui secundum allegata, & probata, & publicam cōscientiam, immò & priuatam (cui dubitatio sola non repugnat) ex iuris norma iudicauit. Præterea si quid ista ratio valeret, in similibus valeret; in quibus tamen nemo iudiciorum vel legum peritus vllatenus eam admiserit. Quam sæpè tormentorum acerbitas falsam in proprium caput reorum confessionē extorquet? ergonè iudex qui ex confessione per quæstionis cruciatum expressa, sed aliàs legitima, reum damnauit, non securè procederet? sæpe fit vt multi testes pecunia corrupti in vnum testimonium conspirent, nec occurrat contra illos exceptio vel depulsio sufficiens, & tamen reus verè sit innocēs: ergo testimonio legitimo testium iudex non tutò nitatur? Quis hæc ferat? similia sunt tamen, quæ aduersarij adferunt. Quia quòd ad iudicem attinet, qui decipitur; parum vel nihil attinet, qua ex causa decipiatur, si peccaturus idcirco, quòd sine sua culpa deceptus condemnarit. Nec ad rem pertinet, qđ deceptio ex quæstione vel testimonio, vel ex rei spōtanea confessione sit orta: quia suppono in his omnibus equè iudiciorum solemnia, cuncta rite obseruata fuisse. Si ergo talia ad subuertēdum omnium publicorum iudiciorum ordinem & rationē sufficere debent; valebit illa argumentatio: si non sufficiunt, inualidus est & obtusus iste mucro à delusione petitus. Qui etiam inde retunditur: quod hac in re eadē quoque est ratio fascinationis & ceterorum criminum. Nam etiam quoad alia crimina reos à dæmonibus deludi posse constat; vt ad homicidium vim publicam, adulterium, monetariam, &c. si faciat dæmon vt quis putet à se factum, vel alij videātur videre se Petrum

trum facientem, quod alius fecit: Nemo tamen in alijs criminibus ad reorum liberationem a pœna iuris unquã hoc colore vti voluit; quia nullus fuit, qui tam friuolæ defensionis vanitatẽ non perspexerit. Quot somniantibus illusiones contingunt, quas homines putant sibi vigilantibus oblatas? quot in somnis aliquando cædes, incendia, proditiones nonnulli sibi videntur de signare? Quid si ergo somniet verbi gratia Petrus se Paullum capitalẽ inimicum gladio traijcere, & Paullus gladio traiectus reperiatur: capiatur Petrus, & putans se, quod tãtum somniauit, reuera patrasse, & ideo sponte aut in tormentis homicidium a se commissum fateatur, quod alius commiserat: quæro, quid iudex facit? absoluet? non licet legitimè confessum damnabit? innocens est reipsa. Innocens peribit, & tamen iustè ac tutò fuerit a iudice dãnatus. Idem sibi responsum existimẽt isti, qui causam tam friuolam quærũt, in tam immanis iniuriæ Deo & reip. illatæ dissimulatione. Verùm hæc de argumenti forma & validitate iam nimis multa.

Venio ad rem ipsam, & inquirere stat, an aliqua regula tradi possit, qua iudici constet; an vera sit cõfessio Strigum, an vana & illusoria? Prius quædam sunt fundamenta præiacienda, ut firmior sit ardua structura.

Notandum inprimis ea, quæ magis accidunt, ali quando somno depressis accidere, ut quæ Tostatus, Olaus, & Baptista a Porta de quibusdam narrãt aliquando certo, & perspicuè vigilantibus. Nam certum est auguria, & reliqua maleficia de quibus S.S. non uno loco egit, a vigilantibus acta, ut a Magis Aegypti *Exo.* 8. Pythonissa Saulis, 1. *Reg.* 28. maleficis Manassis, 2. *Paralipp.* 33. Balaam ariolus vigilans precari solitus, *Num.* 22. Sæpe etiam quod vnus somniauit, hoc alter verè patrauit vt *Iud.* 7. Madianita miles somniarat, quod Gedeon in castra irruens vere fecit. Vnde fit, vt possit quod vni fagæ somnianti, hoc alteri vigilanti vere cõtigisse: quare non possumus ex huiusmodi narrationibus, quæ particulares sunt, vniuersum colligere semper verè aut semper falsò hæc contingere.

Notandum secundo solere hominẽ deludi vel imaginariè tantum, seu interna imaginatione, quando in rei inanem similitudinem cogitatio tendit, quasi in rem veram sensibus obiectã, vt fit somniantibus. Quod non videtur ferè vnquam habere locum in strigibus nostris, quia ferè semper concurrunt circumstantiæ aliquæ ex quib. patet, delictum earum imaginarium nõ fuisse, vt cùm effectus resultat in alio quã in ipsa strige, pura in agris, in maleficiato, &c. Vel deluditur homo per præstigium, quando immutatio oritur ex parte rei visæ, & non ex parte uidẽtis, quia res aliter oculis videnda obijcitur, mutato fortè medio, & alijs speciebus ad oculum deductis, quam reuera obiectum præfert, vt cum videtur esse lupus vel cattus qui homo est. Vt ista deceptio locum habet in præstigiosis metamorphosibus, quando striges sibi vel alijs videntur transformatæ; sed generat tantum deceptionem opinionis, & consistit cum vero crimine homicidij, &c. Vel denique fit illusio per apparitionem rei qualis est & qualis apparet; sed per diabolum de nouo fabricatæ ad alicuius veræ rei similitudinem; vt quando diabolus corpus aereum assumit ad similitudinem viri vel feminæ, vel hirci, & talis appareret strigi. Tunc tãtum deluditur strix, si putet esse verum hominem vel hircum, qualis apparet. Sed tũc deceptio potissima est ex parte obiecti; ex parte verò videntis non est deceptio in sensu exteriore, sed in opinione, quia vnũ putat pro alio: si tamen huic viro succuba sit mulier, vel hunc hircum adoret, vel hoc hirco transferatur ad conuentum, non est deceptio quo ad criminis reatum vel malitiam.

Vnde fit manifestum in hac materia duplicem considerandam, & distinguendam illusionem, vnam opinionis & alteram rei: opinionis quoque illusionem esse duplicem, vnã quando fallitur opinio, & cum ea simul sensus exterior; alteram quãdo sola opinio, vel solus exterior sensus. Opinio cũ sensu delu-

deluditur, quando per præstigium videntur sibi fagæ equitare in hirco vero, & ab eo deferri ad conuentũ: quando rem habent cum dæmone, & putãt eum in proprio corpore, & proprio semine concurrere: quando putant se transformatas in cattos, & sibi vel alijs tales videntur. Et certum est eiusmodi delusionem solam eas a pœna Sodomiæ vel homicidij patrari non liberare; non magis quam similis delusio excusabat illas de quibus in *d.c. Episcopi*. Fieri potest, vt sic hodie multæ illarum sint delusæ aliquando: sed tunc iudex debet attendere ad factum, an sic equitarint, an se dæmoni commiscuerint; an puerum strigauerint, an ea fecerint, quæ ad transformationem, vel strigiportium diabolus duxit.

Sola opinio decipitur, quando putant dæmonem esse Numen, aut ei deberi adorationem, aut esse omnipotentem, vel omniscium, vel largiturum illis beatitudinem, & cetera hæc deceptio non excusat à pœna, ut nec hæreticos reliquos. quare παρεμβὸν est, quod strigum rudiores, & idiotę sic decipiantur.

Sensus solus decipitur, cum aliquid videndum, tangendumque à diabolo obijcitur, quod tamen qui sensu deluditur, scit non esse quale videtur, aut quale tactu, gustu, olfactu, auditu ve percipitur, veluti quando striges non nesciunt se rem habere cum ipso dæmone, equitare super dæmonem, non mutari in cattum, sed hæc sibi videri tãtum, &cet. Et talis delusio opinionis, quę est in lamiis doctiorib. & minus rerum imperitis, multo adhuc minus a pœna ordinaria prębet excusationẽ, quia hic ex earum parte est malitia formalis & perfecta.

Restat ergo difficultatem totam versari in delusione quæ est ex parte rei, si ue facti. Quæ nec ipsa est simplex aut vniusmodi. Nam aliquando existimãt sibi vigilantibus accidere, quod verè in somnis tantum accidit: hæc delusio non magis excusat à pœna, quam à peccato, verbi gratia, putat vna se delatã ad conuentum, quæ mansit in loco sopita, prius tamẽ verè fecit omnia quæ solent adhiberi ad strigiportium, vel putauit se cum dæmone vigilantem commiscerì, cum tantum sit somnians delusa, sed tamen dæmonis amplexus experebat, & in nefarium scelus animo consentiebat. Sufficit malitia, conatus, & pactum initũ, & obstinatio perfida sibi in uigilia complacés, & ad hoc planè deliberata: sicut in hæretico, qui quam in somniis accepisset propositionem hæreticam, eam vigilãs postea approbaret, ac tueretur; quem certò rogus maneret.

Aliquãdo putant se fecisse quod dæmon ipse fecit, verbi gratia, putant se tempestatem concitasse, paupertem agris fecisse, necem pecoribus & infantulis intulisse; quæ tamen cuncta ex cõdicto ad signum præstitutum diabolus patrauit, ipsis id fieri volentibus, & ex conuentione signum præfixum sustulerunt. Quid tum (quæso) interest, per se, an per alium fecerint?

Quod si (quod rarissimum) nihil tale conatas striges, nihil cooperatas, apparuerit; & æquè dubitetur, an per dæmonem hæc sint operatæ; ad singulares circumstantias tum iudici recurrendum: & quia casus sunt indiuidui, ipsæ quoque conditiones circumstantiarum indiuiduæ sunt & peculiares, nequitres vlla generali regula definiri. Possunt tamen quasi in genere circa singulas circumstantias quædam obseruari, non parum lucis Iudicibus zelo Dei prædictis allatura. nam quorum zelus est in loculis, vel emortuus, ijs, quoniam in media luce amant excutere, frustra sol veritatis illuxerit.

Præclarè (mea sententia) notatum fuit a Sebastiano Michaelio *Pneumalogiæ opere extremo*, nobis ad hanc ueri inuestigationem, strenuum veritatis athletam, & fidei claram lucernam, Beatum Augustinum præiuisse, & si penitius inspiciatur, tres nobis Canones indagatorios eum tradidisse *libro decimooctauo de ciuitate Dei cap te decimooctauo*, liber ille Michaelii Gallico scriptus est idio mate, in gratiam nationum ceterarũ redigam fide optima

Universidad de Deusto
Biblioteca

optima in compēdium, quæ dicit. Prima regula tradit. *est iudicium desumendum ab effectu subsecuto*. Sic enim volens decidere, an, quod de Iphigeniæ sacrificio narratur, verè acciderit, an præstigiose? concludit Iphigeniam reipsa nec immolatam, nec in feram fuisse mutatam, sed aliud animal ei ablatæ dæmonis dolo ac sutelis suppositum. probat ab experimēto subsecuto, quia diu postea viuens alibi reperta fuit Iphigenia. Eodem argumento probat Diomedis socios non fuisse conuersos in aues, eo quòd istæ aues Diomedeæ postea inter se mixtæ (vt & Meleagrides) speciem suam ceterarum auium more propagauerint. Vnde colligit a dæmone socios Diomedis subito transl atos asso, & has illis aues, aliunde cōpulsas, fuisse substitutas. Econtra pater vera fuisse Moysis in Aegypto miracula, quia Nili pisces verè mortui reperti, & locusta vineas ac messes verè perdidit. Vere quoque patientiæ exēplari Iobo dæmonem damna dedisse, quia vera mors iumentorum, filiorum & seruorum ipsis cadaueribus, & subruta domus ruinis apparuit, nec quicquam horum postea viuens vel integrum repertum. Confirmat hanc regulam D. Thomas cùm censet præstigias & illusiones diaboli diu durare non posse; cùm sint, non naturæ seu substātiæ substistentis, sed quædam duntaxat accidentia, quæ Dialectici communia vocant, quorum est proprium alteratione naturali velociter commutari. Secundum hanc ergo regulam patet in criminum, quæ striges fatentur, pleriſque veritatem a parte rei subesse, non nudam illusionem. Infanticidia probantur, quia pueri quos illæ fatentur a se necatos, a parentibus præfocati vel exsuēti reperiuntur. Exhumatio corporum, sepulchri religione violata probatur, quia cadauera sepulchris eruta non inuenta in locis suis. fructum vestimentorum quod dicebant se dæmoni pro arrabone dedisse, re ipsa repertum abesse a uestis parte, quam illę narrabant. Homines & iumenta maleficijs læsi, & interdum ab illis liberati sunt vbique ad manum.

Secunda regula est, *Attendendum an quæ asserunt, sint dæmoni possibilia*. sic enim Diuus Augustinus ibidem ostendit non fuisse socios Diomedis in aues verè & essentiali transformatione mutatos; quia specifica mutatio essentiæ vnius in aliam superat creaturæ potestatem. Sed dicit factum subtractione & suppositione illa quā memorauimus; quia hoc, Diuina permissione, difficile non est dæmoni. Hanc regulam secutus est Diuus Thomas. 1. *p. quæst.* 114. *art.* 4. *ad* 2. cum scribit, si agatur de resurrectione mortuorum aut similium rerum supernaturalium, & ex dæmonibus tribuantur, credendum fuisse duntaxat illusiones. Nam licet Deus vniuersali sua prouidentia utatur, ad plurimos effectus malis spiritibus, nū quam tamen vtitur ijs ad opera verè miraculosa, quæ sibi & bonis Angelis beatisque reseruauit: & quia diabolo donorum supernaturalium non sunt capaces. Hac regula vsi fuere veteres Christiani in discernendis miraculis veris B. Petri, a fictitijs Simonis Magi, testibus Clemente *lib.* 3. *recognition.* & Irenæo *lib* 2. *ca.* 57. Secundum hanc quoque regulam credendum est confessioni strigum, quia quæ fatentur nō superant vim dæmonis, ut ostendi *toto lib.* 2. nec quicquam eorum repugnat, immò consentanea sunt omnia S. S. & Patrum doctrinæ. Quare vt ex hoc indicio res decidatur, opus est viro in S. S. & Patrū in lectione, & philosophia solidè versato; qui sit pius, doctus, & Catholicus, quia (vt ait Tertullian. *li. de anima*) dæmones soli nouere Christiani.

Tertiam D. Augustī. regulam petit *ex multitudine testium, & conformi similitudine narrationum*: quia vniuersorum vna animis vbique consensus excludit omnem deceptionis aut somnij suspicionem. *hoc argumento utitur d. l. 18. capit.* 18. Sic in causa strigum ex distantissimis regionibus hodie idem testantur Scriptores Italiæ, *Grillandus, Albertinus, Silua sue, Spina, & alij*; Hispaniæ, *Ciruelus, Castrensis, Simancas, Tostatus*: Galliæ, *Iaquerius Michaelius, Crespetus*; Germaniæ, *Sprenger, Nider, Molleus*; Lotharingiæ, *Remigius, Gregorius*que; Treueris, *Binsfeldius*. denique alij innumeri. Ipsę quoque striges cum idem quod dicunt in Hispania, dicāt in Italia; &, quod in Germania, totidem factis & verbis referunt in Gallia; &, quod vno anno, id alio sē per iam ab annis plusquam octoginta continuis in eculeo & extra quæstiones libere profiteantur; idque tam appositè, vt mulierculæ & pueri litterarum alioquin rudes videantur legisse, intellexisse, & memoriæ mandasse, quæcunque viri docti de his rebus scripto per Europam totam varijs linguis tradiderunt: nonne hic consensus vniuersalis plus satis conuincit, hæc ijs non accidisse in somnis? nam si hæc sōniarunt, quo pacto sic semper omnes idem somniarunt eodem sibi euenisse modo, eodem loco, eodem tēpore, die, hora? Vt medici docent ciborum quātitas, & qualitas, diuersa ætas, & varia corporis humorum temperatio generant diuersa somnia; hic idem somniāt omnino, diuites splendidi, & Iro pauperiores egentioresque famelici & despiciter habiti; viri fęminæque, anus, & pueri, bilioſi & flegmatici, sanguinei & melancholici. ergone omnes istos tam diuersæ ætatis, nationis, conditionis, tempore alio atque alio, simili ſp ciborum vsos quantitate & qualitate, æquali temperamentō corporum fuisse dicent, quia eadem semp somnia fuerunt? Dicent fortassis hęc illis somnia, non a naturali causa, sed a dæmone immissa, & ideo tam similia existere. Humanam igitur ista naturam superant, & a dæmonibus ista procurantur. Et quæro, cur non igitur concedant hæc a dæmone fieri verè, & non per somnium illusione, sed vigilantibus ad talia hos mali artifices aburi; cùm id illis sit æquè expeditum, neque S. Scripturæ, nec Patrum sententiæ, nec rectæ rationi refragetur. Quid? quod non sit verisimile dęmonem hæc somniantibus tantum hominibus vbique omnibus adeò conformiter effingere. Id probatur, quia hæc ab vno & eodem dæmone simul eodem tempore non fiunt. nā vnus simul pluribus locis sibi adæquatis esse nequit vel operari, vt docent Iustin. Martyr. *q.* 40. *ad orthodox.* & Didymus *lib.* 1. *de Spiritu sancto*. Deberent ergo tot esse fermè somniorum immissores dæmones, quot sunt sortiarij & sortiariæ sic somniantes; & illis constitutis diebus non vacare alteri rei, quā somnijs essingendis. Magnus hic consensus, magna discordium mentium concordia. Solent (ais) ad malum mali conspirare. Fateor, sed ad maius malum libentius, & ideo non credendi per somniū velle deludi, quos in atrociora peccata vigilantes possunt pertrahere. ideò palam magistelli, & concubini esse malunt, & verè hanc Dei imaginem, non imaginariè tantum deturpare incęstareque. Longè quoque facilius est dæmoni corpora loco mouere & transferre, cibum potumque ministrare, corpus assumere uel essingere, quam imagines, simulachra, & phātasmata tam variarum rerum dormientium sensui interiori immittere & imprimere, quia strigum phantasię eodem tempore non sunt eodem modo dispositæ, nec semper omnes omnium quę repręsentanda conditiones animo ante conceperunt, maxime prima qua hęc experiuntur vice, nec potest diabolus quas vult species in phantasia imprimere, vt docet B. Thom. 1. *p. q.* 111. *ar.* 3. *ad* 2. His tribus D. Augustī. canonibus examinatoriis ultimus accedat in praxi vtilissimus.

Quarta regula & certissima uideatur *tasu occurrente circumstantias omnes diligentissimè debere perpendi, quatenus clare dignoscitur, an circa factum confitens fuerit deceptus.*

Nam in re adeo occulta & arduæ probationis non est moderati aut sensati hominis demonstrationes exigere, vel probationes luce meridiana clariores. tum quia dicenti esse deceptum confitētem, incumbit probatio, non verò negāti; quia hic pro se habet præsumptionem. tum quia in similibus, nempe exceptis criminibus, hoc receptum est a saniore iurisprudentium parte, vt admittantur probationes alias minus sufficiētes, verbi gratia infamium & cōplicū depositiones & testimonia. *sic post glo. Sulice. Alex. Gaud. & alios docent*

Cla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clarus lib.5.§.fin.q.21.& Bonifold.membr. 2.de confess.maleficor.concl.5. Item quo plures circumstantiæ concurrent, fiet res euidentior: quando autem aliquæ desunt, si adsunt aliæ, hæ quæ adsunt non eneruatur idcirco. nam in his circumstantijs eadem ratio est, quæ testium. Sicut enim maioris momẽti sunt duo testes affirmantes, quam decem negantes vidisse: ita in nostro casu plus momenti obtinent duæ circumstantię præsentes ad veritatem confessionis adstruẽdam, quam absentia vel defectus decem aliarum ad eneruandam confessionem. Nam ex eo quod non est, nihil positiuum potest inferri. Hoc posito videamus de singulis circumstantijs.

Quoad circumstantiam, QVIS, seu personæ confitentis, considerandum an alias sibi mente constet, & ad rem appositè loquatur; an det scientiæ suæ vel facti non improbabiles rationes; an dicat se discernere posse inter illusiones in somnis, & res ipsas quæ vigilanti acciderunt, quod asserebat Io. de Vaulx, & Inquisitores Germani testãtur esse modos dignoscendi. Minimũ verò refert an sint idiotæ. nam idiotæ quoad sensuum externorum functiones tam pollent, quam qui docti sunt. Aetas etiam non multum ad rem pertinet, nisi si nondum essent doli capaces, quoad peccatum; vel etiam præ senio delirarent. Nec maioris momenti est conditio paupertatis vel diuitiarũ. nam etsi pauperes facilius in hæc scelera pertrahantur; pertracti tamen non magis obnoxij sunt delusioni, quam diuites & nobiles. Idem de sexu iudicium. De energumenis (nam forsãssis aliquæ sagæ simul sunt energumenæ) censuerim, quando talis aliqua ex bonis fundamentis iudici suspicio est: hic eas curarem primo exorcizari, & facta exorcizatione, eodem loco eius confessionem haberem, quo ceterorum. Nam quæ in dilucidis interuallis energumeni faciunt, eorum æquè memores sunt postea atque alij, quæ verò faciunt tempore vexationis, vel (vt rectius dicam) quæ tum in illis diabolus facit, eorum postea non meminerunt. Igitur quandocunque in iudicio rerũ actarum probè memores sunt, & circumstantias ceteras idoneè recensent; putandæ sunt non illusæ, nec excusandæ à criminum pœnis, quæ confitẽtur se patrasse interea dum ratione recta vtebantur? Rarò tamen crediderim energumenas esse, quæ sagæ sunt, saltem post possessionem a dæmone non esse factas sagas; sed vel iam ante sagas fuisse, vel quæ uerè sunt sagæ, propter assiduam dæmonis assistentiam, & maximam in eas potestatem, multa cum energumenis communia, quoad ferociam, & crudelitatem potissimum, habere, vel habere videri.

Secunda circumstantia (QVID) comprobat confessionem, quando delictum quod confitentur, dæmoni, seu per dæmonem homini, non est impossibile, nec viro sapienti & erudito incredibile, quantumuis stupendum sit, & admirabile, horrendum aut execrandum. Nam talia solent ab eis patrari, & quo regnum Antichristi vicinius, hoc Saranæ potestas maior concederetur: & charitate magis ac magis refrigescente, clarius atque clarius mysterium iniquitatis incipiet reuelari & operari. Vtrum verò aliquid sit incredibile uel impossibile, iudicium pertinet ad Theologos, qui cum humana diuinam philosophiam probe coniunxerint; nudi verò litteratores, Iuristæ, vel Medici, non sunt idonei iudices, multoq; minus homines quidã Lucianij, & Athei, seu polytici nostri trochi; pietatis, publicæ salutis, & Catholicæ religionis negligentissimi, ambitionis verò & diuitiarum vndiquaque aggregandarum studiosissimi. Quid verò adeo abominabile fateri possunt, quod non factum alias comperiamus? Incæstus, Sodomiæ, parricidia, fidei apostasiæ, sacrilegia; nostris temporibus, nõne ludus? Antropophagiam horrent animi, sed possem singularum ferè nationum proferre non pauca exempla. Carybas mala cõsuetudo; Iudæos, Italos, Hispanos aliquando adegit durissimum famis relum. nõ minus efficax odij magnitudo planè belluina superiorib. annis Angræ quendã Lusitanũ

N. Pi-

Lege Rober. Dinothum lib.2.de bel. religionis in Frãcia.

N. Pilatos tria Castellanorum corda trepidantia vorare adegit, vt narrat Hist. *De las Terceras.* Quid Martiacum aliud (quo te ò Belgica mea hæresis auertit?) nautã? sed nolo meis verbis, carmine volo cognoscas Lector Nobilis Nortuuici:

Lugdunũ *cingit* Batauorũ *miles Iberus,*
A Batauo contra cingitur ille mari.
Non opus est gladijs ferroq; rigẽtib. armis,
Sola pro Batauo belligerentur aquæ.
Ictaq; pecoris Batauus quam fecit, & agri,
Hispano decies sanguine Ibere lues.
Mercator sapiens tamen hac de merce laturus
Hispani generis corpora mille bovi.
Macra caro est, nuper cum tot gustasset Iberi
Respuit, et canib. nauta uorare dedit. &c.

Nã plura addit. Comesse potuit, qui in ta immani facinore ludere. sed Dinothus tñ dissentit; nam ait hunc Iæstrigonem abiecisse, sed tamen alium arrosum id Delstum transfluisse, pietate? ludibrio, & petulantiæ. Idẽ Dinothus fatetur *lib.5. Historiæ Gallicæ*, persuasam plebẽ Catholicam fuisse, pueros ab vberib⁹ matrum per Hugonotsios seu Caluinistas auelli, verubus infigi, & instar hædinæ aut aprugnæ manducandæ consueuisse. Verus necne rumor ille fuerit, non habeo affirmare: malo falsum credere, quãuis genus sectæ nõ abhorret. tamq; crudelia tertij illius belli ciuilis facinora fuere à Caluinianis ppetrata, vt ea posteritas nunq; fit creditura. Nihil ergo tã crudele, vel nefariũ sagæ profiteatur, qđ non sit exẽplis contestatum. Puto me hoc opere toto singulorum criminũ multiplicia memorasse: & reperiri, q̃ vnã in personã oia concurrãt. scripsit ad me ex nostris, vir fide dignus, Gaspar Rhey, An. 1600. in hæc verba; *Hic Monachij 27. Nouẽb. mater filiaq;, duo uiri, puerq; duodennis (erat hic ex reliquijs eorum, qui non multò ante hoc ipsis itidẽ hic flammis cremati, aut stipitibus inducti) atroci prorsus supplicio affecti fuerunt. Medea fabula est, Thyestes fabula est: superos & inferos polluerunt. vis verbo dicam, quicquid sceleris in libris, quos* de magia *inscribis, admiserunt isti. hoc ex ore Iudicis iuenti; qui in uenefico hoscce & quæstionibus egit, & illos (libros nequam tuos,) ac diligentissimè perlegit; præsens audiui. Itaq; sexies vtrbè intra usti sunt ferro ac laminis; extra, p fractis ante brachijs à rota, in rogo vstulati sunt uiui.* Non ergo attendendum iudici vt credat, immane magis vel minùs sit facinus: sed in ipso considerandum facinore, quantumcunq; sit; an quod à se patratum fatentur, id verè patratum fuerit. v.g. dicit se commouisse tẽpestatẽ & grandinẽ præcipitasse in agrum Titij vicini sui; videat an verè tum ager ille obortа procella fuerit grandinatus. Dicit se se stregasse (vt loquuntur) filiolum N. & verè puellus nullo apparẽte morbo contabuit, forsãssis etiã cicatrix paruula, in pectusculo vel gutture pueruli inuenta. Dicit se necasse vaccas aut iumenta N. defossa sub limine stabuli olla, quę ibidem reperta; aut solo contactu necasse dicit, & visa fuit tangere, nec certa mortis causa apparet alia. Dicit se adolescentula 10. vel 11. annorum cum solo dæmone consuesse, quæ p inspectionẽ fœminarũ peritarũ deuirginata inuenitur. Nec verè peccatũ strigũ vllũ est difficilioris ꝓbationis aut suspecti⁹ de delusione, q̃ nefanda cũ dæmonibus Venus. Remigius tñ indicia duo suggerit, si postrã nefario concubitu defuncta præ lassitudine per aliquod tẽpus ei decumbendum fuerit: aut si substrata linrea largo cruore sint pfusa, quæ duo sagæ duæ in actis cõfessæ fuerũt. *lege illum. lib.1.c.6.* Sanè hæc sunt indicia clara quibus saga queat cognoscere se non somniasse. Immò quoad viros etiam, censent Iaque. & alij, nunq; sic deludi quoad concubitum, quin discernere queant, an vigilantes id fecerint. licet. n. initium in somnis potuerit cõtingere, in ipsa tñ patratione ne cessariò volũt hominẽ expergiscere: atq; id aiũt docere illorũ experiẽtiã, qui fœdis huiusmodi imaginationib. inter dormiendũ cõmaculanẽ. Et hęc fuit Hebræorũ iam olim opinio, *quod rerum natura non capiat quenquam. contra ne scientem,* ait D. Hiero. *Tradition. in Gen.* qui non refellit, vt nec Rupertus; & idẽ tenent Liran. Tostat. & Oleastri⁹ *in c.19.Gen.* agẽtes de ebrij Loth incæstu; scio D. Ire. *lib.4.c.51.* & D. Chrys. hom.

hom. 44. in Gen. Theodoret. Ambr. & alios voluisse hęc omnia prorsus ignaro nec sentiente Loth facta; quod naturaliter fieri posse, etiam Caiet. & Perer. noster censuerunt. Nec quicquam dubito à dæmone adeo fortiter aliquem soporari posse, vt ne in decisione quidem seminis dormire desinat. Posset itaq; dæmon sic sagis illudere, fateor. Verũ causam non video cur id in diabolicis hisce mãcipijs fieri suspicemur; q̃ (vt narrat Spreng.) nõ rarò repertæ sunt in agris clara luce supinę, & crissantes, & postea visus teter vapor ab earum corpore se sursum eleuare; quem illæ in actis suum incubum fuisse confitebantur. Item quando affirmant se ad conuẽtũ delatas, vel iter pedib. confeciſſe, & visæ sunt ab alijs ire, aut in chorea ab alijs agnitæ; & complices asserunt se simul adfuisse, & in reliquis circumstantijs conueniunt. Quando post reditum à conuentu aliquot dieb. ægri, vt multi apud Remig. & Binsf. quando reperta vasa conuiuantiũ, vt à lanione Camerarij: quando inuentæ nudæ in agris à cursu reuertentes, vt Grillandi Lucretia: quando post multũ deniq; tempus ac laborẽ domum rediere, vt Presbyter Pici, & Nob. ille Lochienſis Bodini: quando membris seminecęs ex nube in terram deiecti, vt iuuenis Batauus Ronsſei; aut in arboré, vt Margareta & armentarij Remigiani. Deniq; quando se aiunt cattũ vel quod aliud animal induisse, & vestigia parrati sub tali larua criminis apparent, vt sanguis pueri exsuctì in cunis, apud Spin. vel vulnus in strigum corpore qua parte schema ferinum conuulneratum fuerat, vt cattus eiusdem Spinei, & bufo apud Ipras flandriæ. Denique hæc circũstãtia (*quid*) innumera indicia queat præbere, sed notanda duntaxat, q̃ rẽ ipsam, de qua quæritur concernunt. v.g. vel delationem, vel cõcubitũ, Nã si hæc verisimilia, parũ attinet, etiam si parerga quędam admisceantur minus verisimilia, ideò.n. soleat diabolus falsa veris assuere, ut ne ueris q̃dẽ fides cõstet: q̃d in confessione Mantẽsium Necromanti eorum ex Crespeto alias ostendi; itẽ in exemplis quibusdam à Remig. adductis. Deniq; in hac circumstantia, quæ omnium præcipua est, audiat Iudex prudens prudenter monentẽ Plutarchum; *Quodammodo philosophiam tollunt, qui reb. mirabilib. fidem non habent. Oportet autem quam ob causam aliquid fiat ratione tractare: quod verò id fiat, ex Historia est sumendum lib. 5. Sympos. c. 7.* Ita que narrationi reorum stare oportet, quæ tot Historijs est comprobata. Hanc incredulitatis aduersariorũ ex insciria natam pertinaciam iampridẽ ueteres damnauerunt. Apul. *lib. 1. de asino* asserit hominibus multa euenire usu mira, & planè uera, quæ tamen ignaris relata fidem perdant. Dionys. Halicarnass. *lib. 5. antiquit.* docet hoc unicuique insitum à natura, ut ex propriis ea quæ de aliis dicunt iudicem⁹, & an aliquid credibile uel incredibile sit, id ex proprijs uiribꝰ metiamur. id ex propriis uiribus metiamur. Plinius autem senior (locus excidit) *quẽ admodum* (ait) *multa fieri non posse, priusquam facta sunt, iudicantur: ita multa quoque quæ antiquitus facta sunt, quia nos ea nõ vidimus, neque rationem assequimur, ex ijs esse quæ fieri nõ potuerint iudicamus. Quæ certe summa insipientia est.*

Tertia circumstantia est CVR? utpote si habuit causam tum temporis ad pactum cum dæmone ineundum: puta insatiabilem libidinem, pusillanimitatem, desperationem, desiderium uindictæ, curiositatem, egestatem subitam aut ualde grauem, & huiusmodi, quibus impelli consueuisse, Theophili, Edelini & aliorum exempla declarant.

Quarta, QVOMODO; non est magno usui. quia parũ refert an modum ignorent: sufficit, quid ex parte sua fecerint, & quibus usæ sint instrumentis. occulta sunt plerunq; Satanæ stratagemata, & media naturalia. Sat erit si indicent, quibus usæ, pulueres, unguina, decermina mortuorum, bussones, ollæ &c. maxime si ista compareant apud illas, uel uisa, uel reperta quibus asserunt locis. Modus etiã operandi sedulo distinguẽdꝰ est ab ipsa rerũ adhibitarũ efficacitate. quãuis.n. quod saga se dicit adhibuisse, hoc sit secundum se inutile ad effectũ producendum; sufficiet, si pro signo esse queat. nam efficacitatis uis omnis pendet, à peritia & operatione ipsius diaboli ad signum operantis: ut patet in transuectionibus, & procellis ciendis, similibusque.

Quinta, QVIBVS AVXILIIS; hoc est an ope dæmonis & cum quib. complicibus. hoc indiciũ frequentissimũ & optimũ est. quia fatentur cõplices se simul feciſſe. Vẽ aũt incredibile oẽs eodẽ mõ circa singulas circũstantias delusas fuisse. quamuis enim tam facilè foret dæmonibus decem decipere q̃ unum: tamen non est censendus Deus hoc æque permittere. Ne omnis ratio probandi talia delicta occulta iudicibus adimatur: hoc enim dissentaneum est prouidentiæ diuinæ.

Sexta, est, VBI: quæ minimi momenti est. nam possunt æque deludi uno loco atque alio, Deo permittẽte.

Septima circũstãtia (QVANDO) non multum attendenda, quia tantũ uno, quantum alio possunt die; quantum interdiu, tãtum noctu; & quouis tẽpore decipi à demone possunt. Adminiculantur tamen hę duę ultimæ reliquis circumstantiis ad earum confirmationem, cum testes conueniunt in loco & tẽpore: nec nihil probabilitatis hẽt locus famosus, aut tẽpus solenne (hoc est dies ordinarij) q̃bus earũ sceleroſa conciliabula celebrantur.

Sed (inquier) potest in cõuentu innocens repræsentari, adeò ut multi testes postea deponãt eum se illic uidisse. Respondi alias, uel Deum id nunquam passum: uel si passus fuit aliquando eos infamari, nunquã tamen passus est, eos damnari: sed mox corũ innocentiã in lucem prõtulit, ut in illo ipso facto B. Germani, quod aduersarii urgent; & certius probatur ex D. Athanasii iudicio, qui falsò accusabatur brachiũ Arsenii ad usus magicos abscidisse. Demum si quid huiusmodi argumentũ ualeret, in adulteris, homicidis, & aliis etiam ualeret. Nã posset etiã diabolus in latronũ cauernis, & lustris libidonosorũ innocentẽ exhibere tanquã adulterum, uel homicidã: quod quidã B. Siluano narrãt accidisse, æquali historiæ fide, qua illi de B. Germano memorant; & de Santarenensi monacho habes inferius *l. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. AA.* Si cõcedunt æquè in aliis criminibus hoc locum obtinere; næ illi quam fidum sceleratis patrocinium, tam infidam reipubli. & Deo nauant operã, nihil.n. accommodatius sit ad crimin. osos omnes suppliciis eripiẽdos. Si negãt in aliis peccatis idẽ locũ habere; doceant cur in solo crimine fascini dæmon hoc possit, & non in alijs. Sat scio nunquam idoneè docebunt.

Sextum arg. est malefici non sunt occidendi, propter abnegationem fidei: quia omnes homines, dũ mortaliter peccant; fidẽ abnegant, & dæmoni, relicto Deo, adhærent, & tamen non propterea occiduntur. Cõf. B. Petrus ter Christum negauit, & tamen non fuit propterea necatus. *Resp.* peccatores recedere à Deo per inobedientiam tantũ; & ideo improprie dicũtur propterea infideles, & fidem negare: sed malefici seu lamiæ recedũt à Deo per expressam abnegationẽ Dei & fidei, quod est APOSTASIA, proprie dicta infidelitatis species, constituens peccatũ vnũ specificè à ceteris mortalib. peccatis distinctum. ut optime deducit Binsfeld. *in l. 7. C. de malef. in resp. ad 1. argum.* Quoad B. Petrum, ille tantum peccauit contra præceptũ confessionis fidei, fidem uero nequaquam amisit. malefici fidem corde & ore abiiciunt, idque sponte, nullo urgente metu. Petrum statim pœnituit; sagæ manent in sua defectione. plura de Petri negatione egregia inuenies apud Fr. Soarem *tom. 2. in 3. p. D. Thom.*

Septimum argum. Deus permittit maleficia fieri, & sinit maleficos uiuere. ergo non debet eos homo occidere. *Resp.* ridiculum esse quod inferunt. sic enim sequeretur nullorum criminum reos occidendos: quod esse hæresim certam, docent Catholici scriptores. Nonne magistratui *gladius* à Deo datꝰ *ad vindictã malorum?* a Ex his apparet

a *Rom. 13. Pet. 2. Vide Orig. hom. 20. in Nũ.*

quàm ridicula sint argumenta aduersariorum. Sit ergo

Conclusio, *Lamia occidenda etiamsi hominem nullum ueneno necassent, etiamsi segetibus, & animantibus nõ nocuissent, etiãsi necromantica non forent: eo ipso tantũ, quod damoni foederata, quod conuentui interesse solita, & quæ ibi exercentur præstare.*

Probatur id primum iure diuino, Exodi 22. v. 19. *Maleficos non patieris uiuere.* quo loco vox Latina est admodũ latè patens, nec restringenda ad solos venenarios, vt nec Græca, nec Hebræa. quod qa fusè probaui, *a* hic nõ reperã, idẽ statuitur Leuit. xx. vers. vlt.

a *lib. 1. c. 2 de voce Mechasephim.*

2. probatẽ iure humano, lege Ecclesiastica. *c. peruenit. c. contra idolorum. 26. q. 5. Extrauagant. variis, una Ioan. xxij.* super specula, *alia Innoc. 8. quæ ponitur ante malleum malef. alia Alexand 6. incip.* cũ accepimus; *alia Leonis X. incip.* honestis petentium votis; *alia Had. VI incip.* Dudum vti nobis.]& lege sæculi, scripta quidem *l. multi. l. nemo. l. nullus. l. ersi. C. de malef. & mathem.* non scripta verò cõsuetudine fere Vniuersali Europæ, iudicum Ecclesiasticorum, qui solent brachio sæculari eos tradere; *b* & iudicum sæcularium vt patet ex scriptoribus qui res criminales prosecuti sũt nationum omnium; *Italorum*, Blanci, Carterij, Grillandi, Gandini, Clari, Follerij, Bossij, & aliorum; *ex Hispania* Bern. Diaz, Placæ, Auiles. Auendanni, Couarr. Gregori. Lop. *ex Gallijs* Fabri, Millei, Michaelij, Iaquerij, Berberij, Remigij, *ex inferiore Germania* Dãhauderij; *ex superiore* Althusij, Godelmann. Fichardi, Molleri & ipsorũ patronorũ Lamiacorum; qui dũ querũtur & improbant, contestantur cõsuetudinẽ hãc inualuisse. Hæc PP. rescripta, hanc Impp. sanctionem, hanc Europæ generalẽ consuetudinẽ, hæc decreta cunctorum tribunalium accusare mendacij, hoc est contendere falsum supposuisse & asseruisse: quod nomen, quod supplicium meretur?

b *vt docẽt eẽs q de Inquisitorũ tribunali egere Lucerna In quisitor. Diuectorii Inquisit. illud Comẽsis, hoc uero Eymerici: Viatorii Inquisf. Berber. Sprẽgerus in malleo, Iaqueri in flagello, Simã Prætexi. Alfon. a Castr. de iusta. hæret. punit. lib. 1. c. 16.*

3. probatur ratione, criminis grauitati commensuranda pœnæ grauitas: grauitas autẽ criminis perenda à personę offensę dignitate, & ab ipso offensionis modo. Offendit à Lamijs Deus Opt. Max. & DEIPARA, & omnes cœlites, & vniuersa Ecclesia, genusque humanum, & animata inanimataque omnia: nam Deo & superis maledicunt, & blasphemant; ceteris creaturis abuntuntur, & exitium parant; idque modis contumelię & crudelitatis plenissimis. primò interuenit *idololatria*, grauior quàm Israeliarum. illi vitulum aureum adorabant, corã eo bibebant, saltabant, canebant; *c* hi corã dæmone ipso, cui se deuouent, cui sacrificant, cui fidelitatis & obedięntię sacramentis se addicunt; coram hoc (inquam) edunt, bibunt, choreas ducunt, cantillant, fœdissimaque multa operantur. Secundò *consulunt ipsum de monem* frequenter, quod ipsum morte dignissimum, ex lege Dei. *d* Tertiò *offerunt filios & filias suas dæmonijs*: lege Dei iubentur occidi, qui semen suum offerunt Moloch. *e* Quartò eadem lege necari iubetur, *qui cum iumento coierit*: *f* item qui adulterium cõmiserit: *g* item qui cum sexus eiusdem hoie *Sodomiam commiserit*: *h* longè detestabilior est spurcities Magorum; quia, cùm sint coniugati, adhuc versantur in continuo quasi concubinatu cum dæmonibus, & sic non tantùm contra sexum, neque tantùm extra speciem peccant, sed etiã extra genus: q detestabilius est, & pess. omnium carnaliũ peccatorum. Nec ociosum est, quod cùm diuina lex *i* dixisset, *maleficos non patieris viuere*. subiungat immediatè; *Qui cum iumento coierit moriatur*. *Qui immolat Dijs occidetur*. nimirũ vt hæc connexa, & comitari solita sese indicentur. Sextò interuenit in eorum crimine atrocissima *blasphemia & maledictum in Deum*: quæ diuina quoque lex morte sanciuit vindicanda. *k* Septimò accedunt in vno *crimine & alia multa*: quibus à legibus humanis iustissimè mors decreta supplicij; apostasia à vero Deo, *l* exercere ritus & sacrificia Diaboli fœdiùs, quàm vlli olim pagani; *m* trãsfugiũ à Deo ad hostẽ dæmonẽ, cũ Deo Sacramentũ militiæ in baptismo dixerint; *n* rebaptizatio quoque, & chrismatis seu cõfirmationis conata abrasio; crimen

c *Exo. 32 ad nu. 5.*

d *Leui. 20 u. 6.*

e *d. c. 20 u. 2.*

f *d. c. 20 15.*

g *d. c. 20 u. 10.*

h *d. c. 20 u. 13.*

i *Exod. 22 u. 18.*

k *Leui. 24 u. 15. & 20 idẽ in alijs ut nõ laceram contra Bocr. dec. 321.*

l *cap. 1. & apostat. & DD. l. 2. & 3. C. de apostata.*

m *l. 1. de raptis. C. l. nemo nostrũ. C. pag.*

n *l. de filijs §. 6. rẽ*

ad hostes D. *dare milit. l. si quis ali quid ex metallo. §. treff fuga. D. de re.*

b *l. ersi exceptu. C de hær. tenẽt. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.*

c *l. vlti. C. Theodos. de malef.*

men læsæ Maiestatis diuinæ apertissimum ex ipsa Professione & pacto seu fœdere solo, vt ex formula & ritu ipso constat; *b* nocturni conuentus ad magicos apparatus, quod ipsum capitale. *c* Cumque itaque tam multa concurrant in vno crimine, quorum singula morte dignissima; videtur cõmuni iudicio carere; qui communem hanc pestem non censet igne gladioque abolendam; & suspicionem occulti consensus atque conspirationis meritò præbet; qui se, Dei & hominum coniuratos hostes defendere atque tueri velle, profitetur.

Accedat & alia ratio. Criminum morte puniendorum tres sunt causæ præcipuæ. 1. ne criminosi viuendo dãna inferant proximis & reip. constat autem maleficos etiamsi non occiderent veneno, tamen plurima damna inferre; vt enim cetera mittam, cùm eorum peccatum sit in vno multiplex quædam colluuies, sentina, & semper repullulascens hydra peccatorũ; Deus grauissimè semper offenditur, & ad clades tori reip. inferendas pro uocatur maximè; vt his infelicissimis temporibus experimur, huius sectæ (quæ iam cæteris longiùs proserpsit) flagitia, bonorum hominum precibus, & pietati præponderant, pluſq; illa possunt ad irritandum, quàm hæc ad Deum placandum. 2. causa est, vt etiamsi alijs nõ nocerent facto, ne noceant exemplo; vt videmus quotidie lamias multiplicari, & earum sermones atque opera canceris instar serpere. quare tollendæ de medio, vt *stulto pereunte sapiens astutior fiat.* 3. ne si diutius mali tolerentur, maiora aggrauatis sceleribus supplicia sibi accersant, & de die in diem fiant deteriores. cũque salutis pars sit, minus affligi: optimè illis ad salutem consulit æternã, qui maturè flagitijs eripit. Docet experientia vix vllas extra rogum, vel carceres conuerti: quomodo conuertantur, quæ domi moriuntur, nec habent qui ad Deum reuocet conscių peccati eorum quenquam? Potest illas Deus ad pœnitentiam etiam domi reuocare: sed non videmus hoc fieri. quod singulari Dei cõtingit clementia, quæ pœnas tantis sceleribus debitas vult breuiore & leniore hic supplicio expiari. Cùm itaque omnes hæ rationes locum habeant in Lamijs, etiamsi nullum occiderunt animal; consequens eas adhuc merito morte plecti; & hos iudices clemẽtes potiùs quàm crudeles in eas existere, consequens etiam impios & crudeles in remp. & quasi parricidas patrię esse, qui ad tam euidentem patriæ perniciem hæc viperarum examina dissimulatione, conniuentia, aut aliter, foueant, celant, tueantur, aut debitæ pœnæ subtrahunt.

Obijcitur ex Constitut. Carolina locus cuius hæc sententia est, *d* si alicui damnum maleficio siue veneficio intulerint, morte ignis plectantur: si verò nulli dãnũ intulerint; pœnas patiantur pro delicti quantitate & qualitate. *Resp.* semper (vt ostensum) huius delicti eam esse qualitatem & quantitatem, vt si fœderatæ fuerint cum dęmone; si in conuentibus, ea quæ fieri solent, fecerint, morte plectendæ sint. Duntaxat ergo caput hoc definit, venenarios illos semper igne puniẽdos: ceteros, si venenarij non sint, aliquando ignis, aliquando alio supplicio puniendos. Patronis ergo Lamiarum, qui hoc capite nituntur, docendum fuit, harum Lamiarum crimen huiusmodi non esse, quod morte mereatur: quod hactenus illi ostendere nequiuerunt, & Binsfeld. Grillan. Sprenger. Alf. à Cast. Siman. & alij citati, nosq; etiã non obscurè contrarium demonstrauimus. Quid quęso absurdius, qui vaccã vel equum occiderit interfici; q à fide Christiana defecerit, & Deo maledixerit, & Diabolo se addixerit expressa professione, & cũ eo fœdissime coierit, & ei sacrificauerit &c. eũ morte non afficiri? estne hoc pœnas criminibus cõmẽsurare? Visum mihi, vũ hæc ofa luculenter probari queat, inferere huic loco exemplar snię latæ Auinioni anno 1582. vt refertur à Sebastiano Michaelis, *in Pneumalogia.*

d *ar. 109.*

Visis præcessib. coram N. N. N. &c. *contra nobis constitutos reos, accusatos & delatos*

tor; quibus tam per vestram, & quorumlibet vestrū relationem, ac propriam confessionem iudicialiter coram nobis factam, atque sapius repetitam, iuramento vestro medio; quam per testium depositiones, eorumque accusationes & alias legitimas probationes, ex dictis, actis & processu resultantes, nobis legitimè constitit, & constat, quod vos, & vestrum quilibet, Deum nostrum omnium Creatorem, & Opificem, Vnum & Trinum abnegastis; & immitem Diabolū, hostē antiquū humani generis, coluistis; vosq; illi perpetuò damnastis, & sacratissimo Baptismati, & his qui in ea sunt susceptores leuantes, & propagantes vestros, parti Paradisi & aternæ hæreditatis, quā pro vobis & toto genere humano Dominus noster Iesus Christus sua morte acquisiuit, contra prafato cacodemone, in humana specie existente, abrenunciastis; infuso dein ipso rugiente diabolo demū aquam, quā accepistis, nostro vero mutato nomine in sacro baptismatis fonte vobis imposito, sucq; aliud cōmentitiū nomen vobis imponi fictitio baptismate passi fuistis, & accepistis: atque in pignus fidei damonū data vestimentorum vestrorū fragmenta, & particulam illi dedistis, & ut à libro vitæ vos deleri; & obliterari pater mundaq; curaret, signa vestra propria manu, ipso magistro & iubente, in reproborum damnatorum, mortisque perpetuæ libro nigerrimo ad hoc parato appossuistis: &, ut ad tam tam perfidiam & impietatem vos maiori vinculo deuincirat, notam vel stigma cuilibet vestrum, veluti res sua propria, inussit: & illius mandatis & iussis iure iurando, super circulo (quod diuinitatis symbolum est) in terram sculpto (quæ scabellū pedū DEI est) per vos, & quemlibet vestrum prastito, cruce vos obstrinxistis signo Dominica & cruce consecrata; & illi parendo, admiculo baculi, quodā nefandissimo unguento ab ipso Diabolo vobis præscripto illito, eruribus & positis per aera ad locum constitutum, intempesta nocte, hora cōmoda malefactoribus statisque diebus, ab ipso tentatore portati & translati fuistis: ibique in communi synagoga plerimorū malefactorum sortilegorum, & hæreticorum fascinariorum, cultorumque damonum, accenso igne tetro, post multas iubilationes, saltationes, comessationes, compotationes, & lusiones, in honorem ipsius præfati Belzuzebub Principis damonorum, in formam & speciem fœdissimi & nigerrimi hirci immutati, ut Deū, & verbis adorastis; & ad illū cōplicatis genibus supplices accessistis, & cādelas piceas accensas obtulistis, & illius fœtidissimum ac turpissimum anum (proh pudor!) summa cū reuerētia ore sacrilego deosculati estis; illumque sub uti Dei nomine inuocastis; illiusq; auxilium, & prouidētia in omnes, uobis uel infensos, uel petita denegantes, exercenda efflagitastis: atque ab ipso edocti, iussistis, maleficia, fascinationes tum in humanas creaturas, tum etiam in animalia exercuistis, atq; homicidia infantium quam plurima commisistis, imprecationes, abalienationes, & alios grauissimos morbos, ope iam dicti Sathanæ immisistis, infantesque per vos, nonnullis etiam scientibus tantum & annuentibus, ac tam dicta maleficia oppressos, confossos, & interfectos fuisse, ac demum in cemiterio sepultos noctu & clam exhumastis, atque in synagogam prædictam, fascinariorum collegium, portastis; deinq; damoniorum Principi in solio sedenti obtulistis, detracta & vobis consecrata pinguedine, capite, manibus, & pedibus abscissis, trimembriq; decoqui, & elixari, & in ordem assari curastis, inuentoq; ac mādante prafato Patre vestro comedistis, & damnabiliter deuorastis: mala denique malis addendo, vos viri cum succubis, vos mulieres cum incubis fornicati estis, Sodomiam veram, & nefandissimam etiam non miserè cum illis tactu frigidissimo exercuistis; &, quod etiam detestabilissimū est, augustissimum Eucharistiæ Sacramentū per vos in Ecclesia Sancta Dei aliquando sumptum, iam dicti Serpentis à Paradiso eiecti præcepto, in ore retinuistis, illudq; in terrā nefarie expuistis, ut cum maiori omnis contumeliæ impietatis & contemptus specie Deum nostrum verum & Sanctum dehonestaretis, ipsumvero diabolum, eius q; gloriā, honorem, triumphum & regnum promoueretis; atq; omni honore, laudibus, dignitate, auctoritate, & adoratione honorare tis, & honestaretis. Quæ omnia grauissima, horrendissima ac nefandissima sunt, directe in Omnipotentis Dei omnium Creatoris contumeliam & iniurium. Quam ob causam nos F. Florus Prouincialis Ordinis fratrum Prædicatorum, sacra Theologia Doctor, ac Sancta fidei in tota ista Legatione Auinionensi Inquisitor generalis; Dei timorem præ oculis habentes pro tribunali sedentes, per hanc nostram sentētiam diffinitiuam, quam, de Thologorū & Iurisperitorum consilio more maiorum, in

Apostasia cō summata.

Transfigitii

Sacrilegium

f. leg. sub crucibus positi. Ecce conuentus & transportatio.

Ecce idololatriam perfectam.

Finit, nec vere maleficia humano genere. Malicia & crudelitates.

Sepulchrorū violatio.

Antropophagia.

Sodomia.

Sacrilegium

Sententia damnationis tenor.

in his scriptis, IESV CRISTI Domini nostri, ac B. MARIAE Virginis nominibus piè inuocatis, dicimus, declaramus, pronuntiamus, & diffinitiuè sententiamus; vos omnes supra nominatos, & vestrum quèlibet fuisse & esse veras Apostatas, idololatras, Sanctissimæ fidei desertores, Dei omnipotentis abnegatores & cōtemptores, Sodomiticos & nefandissimi criminis reos, adulteros, fornicatores, sortilegos, maleficos, sacrilegos, hæreticos, fascinarios, homicidas, infanticidas, damonumque cultores, diabolicæ atque infernalis ac reprobatæ fidei assertores, blasphemos, periuros, infames, & omnium malorum & delictorum conuictos fuisse. Ideo nos omnes, uestrumque quèlibet, tanquam Satanæ membra, hac nostra sententia, Curiæ sæculari remittimus, realiter & in effectu condignis & legitimis pœnis eorum peculiari iudicio plectendos.

Habes hic eptomen scelerum quæ fascinarij illi soliti committere, quam alibi, accuratiùs comprehensam: habes & exemplum damnationis Ecclesiasticæ, quo illa pacto Curiæ sæculari, reos puniendos tradit: nec opus alia solemnitate, si laici sint rei.

Maius opus quando tradendi sunt Clerici; quos constat ante traditionem omni clericali priuilegio; præmissa regradatione seu (vt vocant) degradatione spoliādos. Quæritur aūr, q̄d si moniales sint, vel monachi laici; nullo in clericorum gradu constituti; an & hi exauctorandi, & quo?

De his vltimis non memini me quidquam legere. Sed arbitror sufficere nudationem, seu spolationem habitus monastici, vt virtis caputium, feminis velum, cum scapulari, & habitu supremo auferatur, vestisq; laica illis injiciatur, & ordine, cui se addixerant, ejecti, spoliatiq; ei religiosorū priuilegio, sortisq; Laicę effecti, declarētur; sicq; Curiæ sæculari tradātur. Praxim huius casus nōdū vidi, sed suspicor hāc esse, vel esse debere.

Sed qa in fascinariorū causis multorū criminū quędā quasi colluuies & sentina reperitur; quorum non eadē qualitas est, quæri solet propter quæ liceat vel expediat hāc Clericorū vel Monachorum traditionem facere?

Si sola hæresis propriè dicta, hoc est error in fide pertinax reperitur; sequenda decreta canonum de hæreticis, quæ proposui supra. *hoc eadem sectione littera T. T. supra.*

Quid iudici in ceteris criminibus quæ hæresim comitantur vt plurimū, & quæ subiungam, facere expediat; id quia dependet à circumstantijs personarum, loci, temporis &c. prudentiæ & facti est, nec regulis vllis potest definiri. Hoc tantum in genere; honoris diuini, & timori, & publicæ vtilitatis summam semper habendam esse curam; & ita demūm, si hæc permittant, iuris rigorem remitti posse.

Si quæras quid iudici liceat? Resp. et si olim degradatio non nisi propter tria crimina iure Canonico expressa permitteretur; hodie tamen praxim contrariam inualuisse passim, vt propter alia quoque crimina his maiora id facere liceat; quod sanè & à plerisque interpretibus receptum & æquitati valdè consonum, post Bald. Anchiran. & Abbat. frustrà reclamanti bus Antonin. Anan. & Burrio, in praxim deductum videmus. Quare licet hodie propter vnum crimen valde enorme, vel plura grauia (sic voco quæ non tam enormia) etiam non exspectata incorrigibilitate clericum tradere sæculari brachio puniendum; vt docent post alios, Guilh. Benedictus *in c. Raynutius*, Bernard. Dias de Lugo Episcopus Calagurritan⁹ *Prac. Criminal. canon. c. 90.* & Felicianus Episcop. Schalensis. *lib. de depositione & degradat. c. 14.* à quibus adferuntur exempla multa rerum sic iudicatarū, in Italia, Hispania, Francia, Belgio. dissentiunt tamen in eo dumtaxat, quòd incidente casu Felicianus censet, prius consulendum Pontificem Maximum: fateor id rutius. Sed alij hoc necessarium non putant, nec puto in praxi obseruari. Quod verò videamus iure Canonico requiri incorrigibilitatē, *c. tàm non ab homine. de iudic.* hoc rectissimè censent, cum Ancar. Abba. Felino & alijs, citati DD. recipiendum in criminib. leuioribus, & reip. parum noxijs: non verò in

Universidad de Deusto
Biblioteca

enormibus. *vide Dian. supra c. 33. & 90. Felician. c. 12. & 14.* quorum sententiam verissimam puto in criminibus huiusmodi diu continuatis *arg. c. quam sit, de excess. Prælator.*

Crimina aût hmõi valdè enormia, & hac seueritate digna ĩ fascinariorũ facinoribus, præter ipsam hæresim, mihi videntur saltem tria occurrere.

Primò est *Apostasia* à Deo & professione Christiana, mera & perfecta, & transfugium ad dæmonem, illique præstitum homagium, siue accedat idolatria, (quæ per se sufficit) siue non accedat. quia hoc crimen, secũdũ se, grauius est hæresi propriè dicta, punitur nontñ pœnis oĩbus hæreticorũ; *a* sed eò acriùs, quod qui hæreticus locus pœnitentiæ permittitur, is Apostatę iure ciuili disertè denegat. *b*

Secundo loco est talis *Sodomia* nefandissima, per concubitum cum succubis & incubis dæmonibus. propter Sodomiam verò tradendum brachio sæculari clericum, criminis huius aliquoties commissorem, statuit Pius V. Pontifex Maximus in Bulla, incip. *Horrendum illud scelus*: de qua consule Nauarr. c. 27. Man. num. 249. & superioribꝰ annis hoc in praxim Duaci deduxit Reuer. Epus Atrebatensis.

Tertio loco *homicidium*; quod in nostro casu multis ex capitibus est enorme & qualificatum. primò quando occidunt proprias proles, vel parentes, aut coniuges (vt apud Remig. li. 2. c. 1.) & horum similitudine, quãdo monachi vel monachæ necãt suos collegas vel consorores. 2. quãdo nondum baptizatos, & animam perdunt cum corpore. 3. quãdo ad necem acceduût decoctiones illæ, aut antropophagiæ. 4. si veneno necant. 5. quando necant proditoriè ex pacto mediante ipso dæmone. hæc duo vltima indigent probatione, cetera clarissima sunt. Quartum, & quintũ itaque probo, quia deterius est hominem veneno, q̃ gladio occidere: *c* ideo Romani venena etiam aduersus hostem detestabantur, vt Corn. Tacitus & I. Florꝰ docuere. Deinde conatus proditoriꝰ grauitatẽ homicidij semp aggrauat: estque maior ac dolosior proditio, quoties cauendi aut prohibẽdi minor occasio vel potestas est. Dæmones autem sunt insidiatores inuisibiles, in omnem nocendi occasionem intenti; quorum nec insidias cauere, nec vim (si Deus illis permittat) atq; ferociã, aut vires humanæ ferre valent. Denique per tales & maximẽ diuturnos, atque acerbissimos cruciatus excarnificatos necant, & vtplurimum (quo, quid grauius?) de mentis simul recto deiectos statu, in deliria, miseramdumque furorem præcipitant, cumque sanitate corporis, animi quoque tollunt incolumitatem. Quæ cuncta Philo Iudæus, *d* qua solet grauitate & copia verborũ rationumq; perpẽdit, & idcircò iustum Moysis Zelum validius cõmendauit, quod maleficis nec diei quidẽ vnius inducias à necẽ cõcedẽdas statuerit: adeò vt, si carnifex desit, per ipsummet Principem Iudicem populi, eos de medio tolli voluerit, qui tali supplicio manus suas non cõtaminatur⁹, sed Deo Sãctificatur⁹, vt alter Phinees, videaꝫ. Addit vocem à Legislatore Exodi. cap. xxii. vbi lex illa perscripta, positã capi, de oĩbus, qui uetitis artibus alicui necem moliuntur; & eos ad duo reducit capita, qui dicũtur φαρμακοι καὶ γαρμακευται; & postea explicat quos duplici nomine complecti voluerit, nempe qui vel potionibus, vel verborum conceptis formulis abutuntur, φιλτροις καὶ ἐπῳδαῖς τισιν. quæ pro ijsdem sumi sæpè solere satis idicat Hesychij lexicũ, vbi habes ἐπαοιδοὶ, φαρμακοὶ, γόητες, sed de hoc aliàs plura dicta nobis fuere. *e*

DD. communiter admittunt venenum mali nomine, etiam magicos susurros, & incantationes, siue formulas quaslibet cõceptis verbis ex pacto cũ dæmone inito operantes, cõprehẽdi. *f* quia par damnũ ex verbis talibus & venenis. iuxta illud Tragici de Medæa: qui post quam genus omne lethalium graminum, & Serpentum cõmemorasset ab ea vsurpatum, subdit;

Addit uenenis uerba non istis minus
Metuenda.

Sanè rõne pacti & dęmonis sic vocati,

a c. 1. & ibi Innoc. Host. & alij. de Apost.
b text. & gloss in l. 3. C. de Apost.
c text. in l. 1. C. de malef. & mathem.
d li. de special. legib. circa med.
e l. 1. c. 3. lit. D.
f vide Cod. li. de sortil. q. 12. & Bins. fidem in l. 1. C. de malef.
Inst. tit. de publ. iud. §. Lege Cornelia de sicar. uers. eodem lege & nonfic.
a d. uers. ea dem lex. de publ. iudic.

ti, damna inferentis. Nonne Iustini. Imp. lege Cornelia de sicarijs perinde illos teneri sanxit *a* qui susurris, vt qui venenis, occidere? Quid quæso hic susurri, aliud quàm verba illa tam metuenda? Plato quoque occidi voluit lege sua, non solum qui venenis datis nocuissent, sed & quicumque deligationibus, aut illecebris, aut quibusdam incantationibus ad lædendum paratus esse videretur; & hæc omnia se veneficiorum nomine comprehendere affirmauit lib. de legibus XI. ferè extremo; ἐὰν καταδέσεσιν, ἢ ἐπαγωγαῖς, ἢ τισιν ἐπῳδαῖς, ἢ τῶν τοιούτων φαρμακειῶν ὧν τινῶν, δέξη ὁμοίως εἶναι βλάπτοντι. Incantationũ itaq; & susurrorũ nomine, omne malorũ verborum ex pacto efficaciũ, qđ malefici vsurparint, genus cõprehẽdi; qui negaret, neminẽ legi, nec audiui.

Vnde nihil dubitem hæc referre, formulas illas deuouẽdi, seu diras imprecationes, quibus maximè varijs hæc hominum venena Deum offendunt: vt erat illud quo, quæ alicui nocere cupiebat, & se dæmoni per pactũ olim manciparat N. Louanij sem per vtebatur: *Per illud ius & imperium, quod in me tibi permisi* (dæmonem alloquebatur) *postulo vt quãtum pollespotesq; tali vel tali* (nomen exprimebat) *noceas.* Vbi notandum inprimis hac forma contineri & exprimi primò complacẽtiam siue ratihabitionem primi pacti, cuius hæc quædam est renouatiõ, & noua quodammodo apostasia. Deinde peti simpliciter, & indefinitè, vt dæmon quantũ poterit noceat: quare & illud peti, vt si queat occidere per diros cruciatus, id faciat. Ideò si constaret, ad Tartareas has preces, dæmonem alicui mortẽ intulisse; debere puto hanc mortem deuouenti huic, vt quæ iussit, imputari. Si de nullius nece constet, sed tantum de morbis & afflictionibus illatis; officium iudicis erit, quacumque meliore via poterit, iuridicè inuestigare, num mortis etiam causam alicui præbuerit, hoc est an aliquis ex ijs, quibus Diras imprecata est, morte violẽta dæmonis eius opera sit sublatus. Si verò præterea in eadẽ familia, vbi degit (verbi gratia, in eodem monasterio superior, vel confrater) aliquis non sine suspicione maleficæ noxę, & maximè illius eiusdem, quæ grassetur eodem tempore adhuc in alios domesticos, interierit; cæcum putem, qui locum quæstioni idoneæ hic superesse non videat: cum indicium hoc illa confessione, & infamia personæ clara confirmatum, planè propinquum sit centendum. Ad pœnam tali infligendam; si de morte illata, ne per tormenta quidem, quicquam fateatur; etsi lenior sententia sit quorumdam, leuiori quàm mortis supplicio afficiẽdam; *b* tamẽ quando in multos tam improbo & propinquo conatu reus grassatus fuit, etiam si mors nulla foret subsecuta, ordinariam mortis pœnam tali conatui infligendam, iustius videntur cõplures Doctores summæ auctoritatis censuisse. *c* Quam sententiam equidem opinor, in ijs qui nõ sunt vsi ad nocendum veneno aliquo aut instrumẽto naturali, sed immediata ope & opera diaboli, longè apertiorem & æquiorem habendam. Nam qui hoc pacto, vi talis conuentionis initæ homines perdunt; planè similes sunt malitia, homicidis, quos vulgò vocant *assassines*, quorum homicidiũ pro valdè enormi, & qualificato in praxi haberi, norunt qui criminalia subsellia vel obiter adierunt. Hos cõmune Doctorũ suffragium iubet omnino actu degradari, etiamsi conatũ improbum mors subsecuta non fuerit, si modò per ipsos nõ steterit, quo minus interficeretur. *d* Longius etiã hac in re plurimi I.C. progrediũtur, adeò vt censeant, clericum qui assassi no mandauit occidere quempiam, à iudice sæculari in hoc conatu deprehenso assassino, posse & ipsum mandatorem ab eodem iudice capi, & sine vlla degradatione supplicio affici; quod vltimum licet non diffitear vide ri communius receptum, *e* securiùs tñ arbitror iudici sæculari, prius degradationẽ hoc casu operiri, & vrgere Ecclesiasticũ forũ, quatenus iuste & honestè poterit, ad hoc faciendũ.

b vt post Bertachin. Carr. & alios Clar. li. 5. §. homicidium. n. 14
c Aug. & Saly in l. 1. C. de male. Couarru. in Clem. si furiosus. p. 2. circa princ. Menoch. de arbit. iudic. cas. 360.
d docẽt hoc non inaccuratè, reiecta Dini & Angeli contraria sententia, Diazi. sup. ca. 91. & Felicia. d. c. 14.
e patet ex citatis a Bo er. q. 69. Lupo de libert. Eccl. q. 9. et Arnol. Albert. in rep. c. quoniã de hæreti. in 6. quos sequitur Diaz. et Felic. epis.

Cete-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cererũ similitudinẽ assassinatus maximam in hoc maleficorũ conatu inesse, quia docui *lib. 2. q. 4. litt. B.* non arbitror mihi nunc probãdum. quid interest precio conducam sicarium, qui meum inimicũ ex insidijs interficiat; an ad hoc vi pacti conuenti à dæmone, id vt faciat, obtineam? hic pro pecunia est, anima ei pacta, & promissa.

Verùm dicat aliquis, quid igitur respondes canoni, *c. eum non ab homine, de iud.* breuiter *Resp.* sequi me cum multis grauiss. I.C. quos Felician. & Dianus sequuntur, Ancaran. & Abbatem; qui censuere canonem illum intelligendum de vnico tantum, & non qualificato homicidio; non autem de vnico homicidio qualificato (vt sunt ea quæ nos initio proposuimus homicidia maleficorum), neq; de pluribus non qualificatis.

Concludo igitur: *quolibet istorũ trium casuum, multoque magis duobus vel tribus concurrentibus, vel vno perfectè patrato, & alterius propinquo conatu accedente, Magos, sortiarios, maleficos, incãtatores, siue quocunque alio appelles nomine, posse à iudice Ecclesiastico, quamuis monachi, quamuis Sacerdotes sint, actu præmissa degradatione, brachio seculari puniendos tradi.*

Si obijcias, quosdam docere, ex quibusdam canonum locis, ad hanc traditionem Sortilegij crimen non sufficere, *a* sed dumtaxat ad verbalem depositionem: Occurritur, id intelligẽdum casu quo Sortilegij crimen intra proprios suos terminos consistit; hoc est non progreditur vltra illicitam diuinationem non coniunctam cum expresso pacto Apostatico. Nam de tali simplici diuinatione, vt sunt plerq; astrologorum & similiũ, expresse canones illi loquuntur, *nempe c. vnicum 26. q. 1. c. si quis Episcopus, 26. q. 5.* Et ideò nostræ sententiæ nihil obstant. Cetertùm quando incantationes etiã medicamentis ad malorum remediũ adhibitæ, tunc ex Diuo Augustino expresse iubet alius canon clericos degradari *c. admoneant in fin. 26. q. 7.* Cuius loci duæ sunt explicationes, vna est, *b* degradari poni pro curiæ sæculari tradi, vt per præcedens etiam qđ subsequitur significetur. ideireo. n. fere semper fit actualis degradatio, q̃ hoc nomen propriè meretur: alia est, degradarionem tantùm poni pro depositione verbali, *c* quæ propriè vocatur depositio, impropriè vero degradatio diceretur. Prior sententia verborum proprietati inhæret, posterior æquitati, Sed suspicor in re non dissentire Abbatem & Butrium. Nec enim Butrius opinor affirmaret incãtatores, qui nec apostatæ, nec Sodomitæ, nec alijs noxij suis artibus esse sunt conati, actu degradandos, vt curiæ seculari traderentur; sed contenderet canonem illum de his non loqui, verùm de ijs ad quorum crimen incantationis, graue damnum alijs illatum, Sodomia, aut apostasia, accederet. Contra Abbas non opinor negaret incantatores illos de quibus Butrius sic acciperet Canonẽ, & de quibus concl. nostra fuit, curiæ sæculari tradi posse; sed contenderet canonẽ illum de his non egisse, sed de alijs de quibus nos non loquimur: quæ Abbatis explicatio etsi minùs propria, magis tamen consentanea videtur illi contextui. Sanè nobiscũ sensisse Abbatem & cũ Butrio, quoad enormes illos quos dixi sortilegos, patet, quia Abb. *d* solitus est distinguere inter crimina grauia, grauiora, & grauissima. de grauibus tantum vult agi *in c. tua, de pœn. in c. cum non ab homine. de iud.* de grauioribus *in c. tuæ, de pœn.* de grauissimis *in c. nouimus. de verb. signi. & c. penul. de hære.* Et inter grauissima collocat quæcumque sunt qualificata, & valde pernicioſa reip. & quia pro huiusmodi criminibus puniendis condignam pœnam non habent canonum sanctiones; vt illa condigne vindicẽtur, & reip. consulatur, ac satisfiat, vult meritò introductum, vt iudex Ecclesiasticus talium reos degradet, & illicò post curiæ sæculari (vt fieri solet) tradat, *iuxt. d. cap. nouimus. & d. c. penult.* si verò delicta minùs atrocia & minus pernicioſa reip. sint tamen ex grauissimis; tunc vult iudicem debere degradare, & degradatum perpetuis carceribus mancipare, quæ suprema

a *sic apud Abba. in c. ad abolẽdã, de hæret. quã seqq. Felic. & Dian. ille c. 12. hic c. 10.*

b *Antonij de Butr. in c. at si clerici de iud.*

c *Abb. d. ca. nouimus*

d *in c. de pœnis*

prema iuris Canonici pœna est, & in mortis locum successit. *a* Quæ sanè Abbatis sententia meritò Diazio & Feliciano supra citatis placuit. Et hęc puto posse & debere iudicẽ seq.

Porrò si spes affulgeret emendationis, & magna atque clara pœnitentię indicia exitarent (*caue tale putes, quod reus secum petat clementer agi: melius indicii pœnitentia foret, si diceret nulla sibi condigna supplicia posse irrogari, & malle hic Deo tam atrociter offenso, graui supplicio conari satisfacere*) nec rei sunt relapsi, nec scãdalum timetur, nec magnũ imminet reip. periculum ex hac clementia: his concurrentibus semper, etiam in tribus illis quę dixi criminibus æquiùs, lenius & honestiꝰ Episcopo putarim (nisi particulari causa in contrarium mouente) si reum huiusmodi post actualem degradarionem, siue monachus siue aliàs clericus sit (maximè si in ordine sacro constitutus) ipsemet ad perpetuos Ecclesiasticæ curiæ carceres damnet. Sic factum Ebroici, Mag. Guilh. Edelino; *b* sic factũ Cameraci Ioannæ Potiere; *c* sic factum Cordubæ Magdalenæ Cruciæ, in quorum tamen causa Sodomia, & maleficium, cum Apostasia concurrebant: sed in omnibus pœnitentiæ signa erãt clarissima, & scandali atq; noxę publicæ periculum abesse iudicabatur.

Quoad ignis pœnam ea quoq; meritò recepta, & à maleficis aruspicibus (*l. 3 C. de malef.*) generali Europæ consuetudine, ad omnes magos, maleficos, sortiariòs, lamias extensa, quia sunt apostatæ, sunt hæretici, sunt pectantes contra naturam; quorum omnium hæc legitima pœna est. *d* Et hæc pœna cæpit iam in Hispania à regno Ramiri Regis, circa annum 844. Nam ille Magica sacra cantionesque ignis supplicio coercuit. *Ioan Mariana de reb. Hispan. lib. 7. c. 13.* in Italia prius adhuc à temporibus D. Gregorij, quãdo Romæ Basilius quidam senator magus, quis vt pœnam effugeret, se Monachũ, esse velle finxerat, flammis absumptꝰ fuit (*Vide D. Greg. l. 1. Dial. c. 4.*) hic Basilius vna cum Prætextato, qui ambo senatores & viri illustres, fuere Magiæ connicti; *e* vt videas hoc crimẽ semper non mulierc̃larum tãtùm, & vilium, sed virorum etiam nobilium fuisse; quicquid Vvierus & similes oganniant. Impœnitentes itaq; viui comburendi, pœnitẽtes priùs strangulandi. *vide Couar. lib. 2. var. res. c. 10. nu. 9. & Clarum d. § fin. q. 99. num. 7.* In Apostasia quoq; speciale, quod in foro externo illi pœnitentiæ locus non est. *l. 3. C. de apost.* Ad hanc autem pœnam ignis ex communi consuetudine sufficere fidei abnegationem, & fœdus cum dæmone, docent Bart. consil. quod incipit, mulier striga, de qua q̃ritur. in fi. & habetur tomo cons. crimi. Zileti. 1. & Mollerus ad consti. Saxo. p. 4. sect. 2. nu. 4.

Vnum restat dignum quæstione, *V. Iudici liceat hanc legis pœnam consuetudine receptam minuere pro lubito suo?* decidenda hæc q̃stio est ex traditis à D. Tho. *& eius interpp. 2. 2. q. 67. a. 4.* si adsit accusator, eo iuste inuito, non posse vllum iudicem ne supremum quidẽ pœnam debitã laxare: si verò iniuste inuito esset, vt si valdè supremus posset, *f* quod tamen rarissime & nõ nisi maxima ex causa faciendum. Inferiòr vero iudex nec permittente accusatore posset. *g* superior poterit eo remittente, si tamen id fiat cum bono reipubl. quod quia rarò accidit, ideò etiam rarò pœna relaxanda. Si iudex ex officio processit, minor non poterit eam relaxare: supremus non potest, nisi vtilitas reipub. id exigat, vna & præcipua causa est leniendæ pœnæ, pœnitentia voluntaria. Sanè prudentes iudices semper censuerunt, spontaneam & promptam confessionem, & indicia pœnitentiæ leuioris pœnæ infligendæ, etiam in hoc crimine, causam idoneam esse. Stabuleti Ioannes de Vaux igne cremandus, capite plexus fuit; alijs locis, qui viui erant exurendi, strangulantur ad palum. Hoc monit iudices illos Allobroges in casu quem his verbis narrat Cancellarius Parisiensis contigisse anno Domini MCCCC. XIIII. *Recitatus est Lugduni Gallię coram clero processus cuiusdam mulieris delatæ & detentæ*

Burgi

a *cap. 3. de pœn. Innoc. in c. qualiter. 2. de accusat.*

b *docui ex Mãfuleto & Lanuer.*

c *docui ex Marco, & Malueto.*

d *Io. And. Hos. Abb. in c. ad abolẽdã de hæret. & c. 1. de apostat. DD. vl. nullus aruspex. C. de malef. Bertr. consil. 212. vol. 2. Cons. Brun. l. 5. de hær. c. 3. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 8. Arnoere. in Director. Consult. in Lucerna in q. stion. Fer. & alij, vbi in d. §. Hæresis cit. Clar. § Sodomia. n. 4. Dãhau. in praxi crimin. a. & est omnium.*

e *Cassiodo. libro 4. variar. epi. 22 & 23.*

f *D. Thom. 2. 2. q. 67. ar. 4. ad 3. & ibi Cai. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 4. a. 4.*

g *post D. Tho. Arag. & Valenc. & Bart. Salon.*

Burgi in Breyssia, quæ est notabilis villa dueis Sabaudiæ, circa quam est domus Sellionis ordinis Carthusiensis. hæc mulier sub pallio deuotionis, & reuelationum fingebat mirabilia. Asserebat enim se esse vnam de quinque feminabus missis à Deo compassiuè, pro redimendis innumeris animabus de inferno. Et iam sua collusione subdola deceperat in regione illa quamplurimas simplices mulierculas. Sciebat videndo frontem, peccata, quæ fecerat vnusquisque: hoc enim secundum Augustinum etiam Diaboli malitia scire potest, & suis reuelare; non autem ea quæ futura sunt absolutè, siue ea quæ in secreto cordis latent, & nullo exteriore motu aut signo sese produnt. Habebat etiam supradicta mulier duos carbones in pede, qui eam afflixerant quotiescunque aliqua anima ad infernum descendisset. quotidie tres animas ab inferno liberauit; vnâ vel duas sine difficultate, aliam seu alias cum pœna maiore, vt dicebat. Mentis quoque excessus seu extaticos sæpè habebat, in quibus mirabilia per reuelationem didicerat; eratq; miræ abstinentiæ, singularissimæ etiam vitæ: plura verò alia de ea scribenda forent. Nuper autem cum Spiritus almus Ecclesiæ rector verus (vt creditur) hunc spiritum falsum detegere vellet; hæc mulier capta, & pœnis vt torqueretur est addicta: quæ omnẽ ueritatem confessa est, qualiter omnia prædicta cupiditatis occasione finxisset, ut se nutriret hoc modo & paupertati suæ subueniret; aut sortassis pro huiusmodi diabolo se miserè in famulam dedicauit. Inuenta est insuper morbum caducum habere, ac eundem sub extaticis excessibus, quos finxerat, palliare. de qua cum uaria opinio esset, an tanquam hæretica puniretur; iudicatum est à doctis ad pœnitentiam eam admittendam, nec esse hæreticam; quia illa quæ fecerat dimisit, nec obstinata permansit. ita Gerson libr. de examinat. doctrinar. litt. O. in fine. Hæretica non erat, quia in mente errorem nullum fouerat: saga tamen & malefica, quia peccata ex pacto cum dæmone inito diuinabat. carbones etiam illi videntur illusione dæmonis apparuisse, quanquam & humana vafrities qd simile carbonibus potuerit exhibere. Ordinarie expedit reip. fontes puniri: ideò ordinariè peccaret etiam Princeps hanc pœnam mortis relaxans; & si quod malum reipub. inde proueniret ad iustitiam pertinens, iudices, etiam Princeps, tum tenerentur ad damnorum restitutionem. *Valen. & Aragon. supra. & est commun. sententia, Silua. & Caietan. in uerb. Iudicium peccata. Nauar. in Manual. c. 23. & aliorum.* Quã ægre autem Deus ferat maleficos magos verè idololatras, IESV, & MARIAE hostes, defendi aut debitæ mortis pœnæ eripi; in Anatolij cuiusdam & sociorum Magorum causa, multiplici miraculo Bizantij fuit ostensum, narrante rem multis Euagrio *lib. 5. Histor. Eccles. c. 18.*

Sic corrig. vulgò male legitur, religione.

Qua de re in monitis. 3. & 4. plura sum dicturus. Hic restat vt repræsentem quod sæpe pollicitus sum. Analyticum commentarium in *c. Episc. caus. 26. q. 5.* quem extorsit non necessitas, sed aduersariorum impudens pernicacia. Tribus §§. rem complectar. §. 1. *de c. Episcopi auctore & auctoritate.*

Cõmentar. in c. Episcopi. 26. q. 5.

Quidam volunt esse concilij Aquileien. c. 1. ita Bodinus & Danæus hæretici. Miror vnde hanc inscriptionẽ *c. Episcopi* acceperint. Nam nulli libri, quos multos vidi, vel Iuonis vel Burchardi, vel Gratiani, eã exhibent. fors an lectionẽ illã cõmenti ne viderẽtur nimis impudentes in solutione quam adducunt? volunt. n. nullam cõcilij illius auctoritatẽ fuisse, vtpote qđ conciliabulum nõ iusta (inquiunt) Synodus habeatur. Quæro ex Bodino de qua Aquileiensi Syn. loquatur? An de priore? hæc fuit anno 381. tẽpore Damasi Papæ & Gratiani Imperatoris; in qua Palladius & Secundinus Ariani condẽnati: cuius nulli alij canones extãt, nisi actio vnica cõtra Arianos, qui Synodũ hãc Gratiano extorserãt. Prouinciale concilium fuit, sed semper *p* iusto & legitimo habitũ: nec aliud fere in quo plures pro numero sanctitate cõspicui, vt Valerianus, Eusseb. Bononiẽs. Ambros. Philastr. alij; quos erat Bodinus & contendat ferreo ore in conciliabulũ conueniss̃e. Probet ẽt ex hoc concilio canonẽ desumptum. Potest̃ aliud celebratũ Aquileiæ anno 698. sub Sergio Papa in quo Ecclesia Aquileien. quæ relapsa in schisma

ma occasione Quintæ Synodi fuerat, iterum reconciliata fuit Romanæ Ecclesiæ: huius cõcilij meminere Paul. Diaconus *Lib. 5. hist. cap. 18.* & Baron. *Annal. Gllano*, sed canones nullos eius proferunt; nec q*p* sciam exstant. vnde ergo probat Bodinus esse huius concilij Canonẽ? cui etiã iniurius est, id vocans Cõciliabulum, cum Romani Pontificis auctoritate fuerit congregatũ. Dent Bodinus & Danæus aliud cõciliũ Aquileiense, q*p* conciliabulum fuit, ex quo canon ille sit desumptus.

Iaquerius & alij citãt *ex concilio Aquirensi*: Sed mendosi codices eos in fraudem traxere. Plerique scribunt, *ex concilio Anquirensi*. Non diffiteor fieri posse vt ruditas illius sæculi causam præbuerit Gratiano sic scribendi, vt censent Anton. Augustinus *lib. 1. de emendat. Gratiani Dialo. 5. in fine.* vbi docet sic solitum aberrare in nominãdis Concilijs: sed ille potius sæculi, quã Gratiani error dicendus, quia hanc corruptionem deprehendas etiam in Parisiense Burchardo, sed in Louaniens. Iuone est, *Ancyrensi* inde nata differentia qđ veteres soliti C. & Qu. cõfundere, vt in nomine Quirinij & Cirinij. dissentiunt autem tam Iuonis, & Burchardi, quam Gratiani veteres codices, *in Anquirensi, Anchyrensi, Anchyrani.* constat concilij verum nomen esse *Ancyranum*, ab vrbe quæ Græcis ἄγκυρα. & sic alibi vocat Gratianus. *c. Diaconi 8. & c. de Syracusana, 13. dist. 28. c. 32. presbyteros. dist. 50. c. 6. si qui episcopi. d. 92. c. 40. si quæ de rebus. 12. q. 2. c. qui diuinationes. 26. q. 5. c. desponsatas 27. q. 2.* Ancyra vrbs Galatiæ antiqua & nobilis, vbi celebris ille lapis thesaurus antiquariorum, & apud Claudianum *Ancyranique triumphi*; Straboni & Ptolomæo ἄγκυρα; Laonico corruptè οὔγκυρα; hodie Bellonio & Nigro *Angouri.* Ilatim occiso Maximino celebratũ in ea cõciliũ fuit, persecutione cessante, anno ferme 314. in quo multa de lapsis salubriter constituta fuerũt, nec pauca cõtra magicas fraudes sancita, & contra cõtagiosam superstitionẽ ex cõmercio cũ gẽtilibus in populũ fidelẽ proserpẽtẽ: vt patet ex can. 23. seu (vt Balsamon) 24. qui relatus à Gratiano *in d. c. qui diuinationes.* Sed ex his canonibus Balsamon. 25. alij 24. tm̃ ponũ; nec inter eos noster habet. Vnde igitur Gratianus eũ descripsit? Inciderat in collectionẽ quãdã sexdecim partialiũ librorũ, in qua *lib. 6. c. 6. & 7.* adijciebãtur duo canones cõcil. Ancyrano, quos hodie additos videmus primo concilior. tomo editionis Surianæ, itẽ optimæ Romanæ; priorẽ de homicidis serui alieni, posteriorẽ de sortilegis & maleficis per Epos parochia expellẽdis; quẽ totũ Gratian⁹ descripsit, errorũ qui in codice collectionis erant nulla ratione habita. An Burchardus ex illo eodẽ codice partialium librorũ descripserit, an verò collector ex Burchardo, non possum definire, quia collectionẽ illam non vidi.

Alij volunt Soz.

Quid ergo, dicemusne hũc canonẽ esse concilij Ancyrani? cõis hæc opinio est, non recentiorum modò, Turrecrematæ *in d. c. Episc.* Tostati. *in Exo. & in Matth.* Iaquerij *in flagello*, Alphõsi à Castro *lib. 1. de iusta hær. punit. c. 16.* Victoriæ *relect. de Magia*, Carranzæ *in summa concilior.* Simãcæ *in Cathol. instit.* Spinçi *q. de strigib.* Siluestri *de strigimag. admir.* Binsfeldij *de Cõfess. malef.* & Ant. Augustini *in d. Dial.* verũetiã antiquorũ, vt Collectoris illi⁹ partialiũ sexdecim librorũ, Collectoris oĩum conciliorum, Burchardi, Iuonis, Gratiani.

Obijciunt qui cõtra sentiunt, quod ille canon nec in Græca concil. editione sola, nec in ea quã Balsamon interpretat⁹ fuit; nec in Latinis versionib. Cresconiana, vel Dionysiana (quã secutus Ioan. Quendelstinus) nec in Tigurina, nec in alia vlla concil. Ancyrano inferatur. Sed de multis quæ ex cõciliorũ canonibus exciderũt, hoc vnũ esse potuit: potuere etiã Burchardus & alij veteres Latini plenius volumẽ nacti fuisse, q̃ Balsamon aut alij Græci, aut qui vertere ex Græcis, quorum libri conciliorum Latinis semper fuere corruptiores & magis mutilati.

Nihilominus alij adhuc censent ex nullo concilio desumptum, sed ex aliquo Patrum. Nã Beetzius *in Præceptorio*, ascripsit B. Gregorio, euidẽti memoriæ

moriæ lapsu. Alij volunt desumptũ ex D. Augustini *lib. de spiritu & anima.* Sed liber hic nõ est Augustini, vt mox docebo: & auctor ille mutilè admodum hoc canone fuit vsus. Doctissimus deniq; Annal. Eccles. scriptor cẽ fuit à Damaso id statutum, *tom. 4. Annal. anno* 382. sic scribens; *In actis autem Damasi Papæ, in Ecclesia recitari solitis, de quibus inferius erit mentio, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano concilio; hocne an priore incertum est.* &c. deinde *post quædam concilij decreta ait; nec non etiam excommunicandos esse omnes, maleficijs, augurijs, sortilegijs, omnibusq; alijs superstitionibus vacantes; qua sententia præsertim fœminas illas plectendas esse, quæ illusæ à dæmone se putant nocturno super animalia ferri, atq; una cum Herodiade circumagari.* &c. Arq; hoc censẽt confirmari, quia censẽt eadem fermè à S. Augustino dicta haberi *de spiritu & anima. c.* 28. nec non in appendice Ancyrani concil. & apud Gratianum sub eodẽ titulo collocata. 26. *q.* 1. *c.* 12. Et constet ex Seuero Sulpitio *vita S. Martin. c.* 25. in occidente & oriente maleficorũ artes plurimum inualuisse, quòd ex Ammiani lib. vlt. hist. vberius probetur: adeò vt in ipsos sacros Dei ministros præstigię quoque magicarum excantationũ irrepserint, vt de Gerontio Diacono D. Ambrosij narrat Sozomenus. *lib.* 8. *hist. c.* 6.

His tamen argumentis nõ inducor vt Burchardo, Iuoni, Gratiano, ne dicam tot alijs doctissimis viris contradicam, vel à communi mẽ sentẽtia patiar auelli. Maleficorum multitudo non minor fuit Cõstantij, & Iuliani temporibus vt non paucioribus exẽplis possem probare: Sed quid op⁹ in re clara? q⁹ .a. à Gratiano sub eodẽ titulo collocetur, vt ab appendice quoq; illa; hoc perspicuè nõ pro Romano, sed pro Ancyrano cõcil. facit. Quod eadem apud Augustinũ totidem fere verbis legantur, auget suspicionẽ Damasi non esse hoc decretũ d: mulierculis, sed recẽtius: nã liber ille nõ est Augustini, sed alterius nec tã docti, nec tam antiqui. Nec Augustinus sub ticuisset Damasi esse piæ recordationis sanctionem. Nec quidquã obstat, ne credamus illa Damasi acta, in ijs saltem partibus, quæ in Ecclesia non recitantur (qualis est ista) esse mendosa: nec didici vnquam illa Damasi acta in Ecclesia olim integra recitari solita; sed sicut hodie videmus in Breuiarijs inseri, seu recitari non acta integra sed Actorum partẽ. Pro Damaso roboris aliquid habet hoc vnũ argumentũ q⁹ horum actorũ extãt Romæ compsura exemplaria m.s. quorũ quatuor Illustriss. Baronius vidisse testatur; *d. to. anno* 427. Accedit illud Antonij Augustini *Dialo.* 14. de hoc episc. his verbis, *Damaso in concil. Rom. ascribi vidi in li. quodam Michaelis Tomasij ex veteri libro, in quo vita eiusdem Pontificis conscripta.* Verum hæc opinio etiã patitur difficultates quas nostra. Imprimis. n. in canonibus conciliorum Romanorum, quæ duo sub Damaso habita, non reperitur. non in priore anni 373. quo damnati sectatores Apollinaris. Nam illius canones intercederunt, & eorum summam volunt Anathematismis Theodoreti comprehensam, qui nihil pertinent ad d. c. Episc. *Lege Theodoret. li. 5. hist. c.* 11. Nec reperitur ille canon in posteriore conci. sub Damaso Romæ habito. supersunt isti canones, & in ijs nullus est nostro cõsimilis. Præterea veterum scriptorũ, qui nostrum canonem exhibent, nullus Damaso ascribit; non Burchard. li. 10. c. 1. non Iuo p. 11. c. 30. nõ auctor sexdecim partialium librorũ; nõ collectores conciliorum: sed omnes consentiunt in Concil. Ancyrense. Multa etiam reperias ad verbum in libr. illo de spiritu & anima; cuius auctor si ex Damasi actis sumpsisset, cur non meminisset; solitus, nõ cõcilia, sed auctores ẽt recẽtiores, & minoris nominis quam Damasus, citare; vt Boetiũ *cap.* 37. *in fine*; vt notes Augustinũ esse nõ posse: *& cap.* 47. quædam dissentanea Augustino, consentanea Gennadio ponit. nec Possidius in Indiculo operum Augustini hunc memorat librũ: & Vincentius Belloacens. ac Trithemius Hugoni Victorino, nonnulli Etheriano ascribunt.

Quare

Quare magis vergit animus, *vt donec certiora habeamus tum Ancyrano cõcilio* relinquendum: cui tamẽ arbitror vel à Burchardo, vel alijs quædã inserta: Sunt enim in illo quædam tradita ad modum Doctoris disputãtis, nec certa, nec admodum solida; vt suo mox loco docebo; immò si ad mentem aduersariorum interpretemur, falsa, & absurda, prorsusq; indigna tum Damaso, tum Ancyranis Patribus: Quæ nescio, vnde Burchard⁹ descripserit; ab Iuone Gratianus, à Burchardo mutuatus Carnotensis Iuo. Burchardus ex duobus vnum canonem conflauit, cui Gratian. etiam de suo tertiũ limbum in extremo assuit. Nam rectissimè glossa Canonica tres in eo partes deprehendit; & secũdam incipere ab illis verbis. *Illud etiam non omittendũ*; Gratianus Burchardo & Iuoni tertiã addidit, cuius initium, *Nonnulli inueniuntur, &c* post illa, *infidelis & pagano deterior*. In Gratiani ergo verbis tria sunt membra diuersorum scriptorum, in Burchardi & Iuonis duo.

Primùm est, *vt Episcopi eorumq; mini stri, &c.* Vsq; *& ideò à tali peste mundari, debet sancta Ecclesia.* hoc totũ reor Ancyrani concilij fuisse; additũ fortè ad ea quæ habemus in eiusdẽ cõcilij *can. pen.* sancita, *vide c. qui diuinationes*, 26. *q.* 10. Mediæ partis & secundæ reliqua, non arbitror esse cõcilij illius, q̃ pleraq; cõtinentur in Pseudo Augustini lib. de spiritu & aĩa, sed valdè mutilata & truncata: quæ cuius sint, nescio. Ex hoc libro verbis quibusdã mutatis, & fine atq; principio nõnullis additis, primus ille cõpilator tã illustri additamẽto, ex suo ingenio tã magno auctuario concilij canonem adauxit. Nec nouũ est Gratiano & alijs cõpilatoribus canonũ, cogere in vnum diuersos canones: nec nouũ librarijs p̃decẽtis canonis verba cũ præcedentis vel subsequentis canonis verbis confundere. *leg. Anto. Aug. Dial. 6. cum seqq.*

Quæ & quanta canonis istius authoritas nũc indagandũ. Id ex præcedenti quæstione pẽdet. cõis. n. sn̄ia est; & indubitata, etsi Gratiani decretũ à sede Apostolica sit receptũ, ita tũ receptũ esse; vt fides dictorũ penes auctorẽ sit, & & tãta sit eorũ canonũ quos in mediũ producit auctoritas, quãta est fontiũ vnde canones illi manarũt. Nec. n. q̃ quã eorũ, qui ius Ecclesiasticũ vel à limine salutauit, põt ignorare, multa in Decreto haberi; quæ postea Decretalibus, Sexto, Clemẽtinis, & Extrauagantibus abrogata fuerunt: nonnulla quoq; sunt à Gratiano per errorẽ inserta, quæ cũ veritate pugnare deprehenduntur, quæ nihil nũc necesse est recẽsere. Notarunt ea viri docti & Catholici, D. Anto. Augustinus d. opere Dialogorũ, & non vno loco Cæs. Baroni⁹ Annaliũ Ecclesiasticorũ tomis nouẽ. Quod vt Gratiani quo concedẽ dũ, ita hoc nostro, nimis tenero & acuto, diligenter animaduertendũ, ne q̃s vel cõceptu, vel incõsideratione in p̃cipitiũ aliquod ruat. Quod ad ipsum vero hũc canonẽ, *Epi*, spectat, cùm nõ sit nisi cõcilij particularis, seu Prouincialis; de cuius à Romano Põtifice approbatione nõ constat, & ideo errare potuit; nõ est auctoritatis tantæ, vt q̃ per eũ decidũtur certa fide sint credẽda, nisi quatenus S. Scripturę, & Ecclesiasticæ traditioni, ac definitioni S. A. C. Rom. Ecclesiæ sunt, quæ tradit, cõsentanea. Deinde longè minor est argumentorũ seu rõnum, q̃ sanctionis seu decisionis auctoritas. Nec argumẽta habenda pro definitis, vel statutis ab ipso illo cõcilio. Equidẽ si bono sensu capiãtur, & congrua interp̃tatione fulciantur, ne argumẽta q̃dẽ illa reijcio. Nicol. Remigius vult hũc canonẽ ex eo capite inualidũ censeri, q⁹ Marcellus Ancyranus Epus Sabellianismi (vt ait) meritò suspectus fuerit. *Sic ille lib. 1. Damonolatr. c.* 29. Veruntamen hoc planè impertinens est. Nã tunc tẽporis q̃si hæc Synodus congregata, nõ vt adhuc in hæresim p̃lapsus, nec ipse Concilio huic præsedit, sed Vitalis Agricolaus, & Basilius Amasenus, teste Balsamone. De ipsa quoq; Marcelli hæresi rẽ planè obscurã esse patet ex ijs quæ, post Seuerũ, Epiphaniũ, & D. Hieron. more suo, diligenter Cardinalis Baronius adnotauit *libro tertio Annaliũ*. Addit Remigius huius concilij

cilij quoad istum canonē auctoritatē, Patrum, quos posterior ætas tulit, vt Ambrosij, Augustini, Thomæ, Bonauenturæ, & aliorū sententijs esse impugnatā. Sed (si accuratè perpendas) facilè videbis Patres illos, de secta, cuius in d.c. Episcopi fit mentio, nec verbulū vnū locutos fuisse: solūmodo asseruerūt, trāsuectionē esse possibilem (hoc est posse à dæmonibus corpora de loco in locū trāsferri) qđ non decisioni Canonis, sed rōni ei⁹ tū vni repugnare mox ostēdem⁹. Rō ergo hæc à pribus istis reiecta meritò, nō ipse Canō.

§. *Explicatio verborum & sententiæ, d. c. Episcopi.*

In Gratiani editione Romana iussu Gregorij XIII. correcta sic scribitur iste Canon, in principio:

TEXTVS. *Episcopi eorumq; ministri cibus medis elaborare studeant, vt pernicioſam & à Diabolo inuentā sortilegā & magicā artē ex parochijs suis penitùs eradicent, & si aliquē virū aut mulierē huiusmodi sceleris sectatorē inuenerint, turpiter deboneſtatum de parochijs*
Ad Tit. 3. *suis eijciant.* Ait enim Apostolus, Hæreticum hominē post primā, & secundā correptionē deuita, sciens, quia subuersus est qui huiusmodi est. *Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo Diaboli suffragia quærunt, et ideò à tali peste debet mundari sancta Ecclesia.* Hactenus prima pars canonis, quę nec luce, nec confirmatione alia indiget, vtpote satis clara & certa.

Statuerāt Ancyrani concil. Patres, alio canone, sortilegos quinquennali pœnitentiæ subijci: nunc illo canone sanciūt de ipso crimine magiæ & sortilegij qđ in gñe existimēt, nempe pestē esse, & omnimodis eradicandā ēt pœnis infamib⁹, vt detōsione, flagris, &c. q̄ hodie adhuc in vsu vigent. Apostoli illa verba pessimè Erasmus de factioſis exposuit seu cōtentioſis, vt & Caluinus & Hofmānus hæretici; sed de verè ac ꝓpriè dictis hæreticis optimè D. Hieronym⁹, Ambros. Seduli⁹, Theophilactus, Caietanus, & ceteri Catholici, immò & ex suspectis magnus Erasmi amicus Faber Stapulenſis. Vnde rectè elicio ex hoc quoq; Canone sortilegia & magicas artes ad hęreticā prauitatē & eius inquisitores ꝓtinere, seruata tū distinctione, quoad pœnā, sortilegi hęretici & nō hęretici, de qua disserui hoc eo. lib. *sect. 2. et 15.*

Ait *Diaboli suffragia*, hoc est auxiliū, *quærere*, qua eū pro creatore & opitulatore colunt, tanq̄ Deum. quæ est basis & fundamētū totius c. *Episc.* Et iacto fundamento contrario, nēpe vnū esse Deū, nec aliud pœter eū numen, cōtrā quā Gentiles credunt; ostendit cū Gentilibus eadem perfidiæ macula deformes esse quosdā Christianorum; de quibus subdit, parte secūda;

TEXTVS. *Illud ēt non est omittendū, quod quædam scelerata mulieres retrò post Satanā conuersa, dæmonū illusionibus, & phātasmatibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnis horis, cū Diana Dea Paganorum, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierū, equitare super quasdā bestias, & multarum terrarū spacia in tempestā noctis silentio pertrāsire, eiusq; iussionib. uelut Domina obedire, et certis noctib. ad eius seruitium euocari.*

His verbis tota narratio criminis, & sectæ huius graphica descriptio ꝓponitur. Vnicū aūt crimē impingitur illis, Apostasiæ & infidelitatis ex delūsione per demonem natę. fuisse. n. has mulierculas adeo sceleratas, vt Dianā Numen Gentiliū, & fęminarū nequissimā Herodiadē, ꝓ Deabus colere se faterentur, & alias in eūdē errorē pertrahere conarētur. Meritò itaq; *sceleratas* vocat, quæ à Deo recedētes, & a fidei puritate desciscentes, Satanā sequuntur. Sequūtur aūt Satanā & post eū cōuertuntur, quia (vt aiūt) Dei dominiū deserebant, & Diaboli seruitio se mancipabant, eiusq; iussionibus parebāt, certis noctibus euocatæ, mentitas illas bestias cōscēdentes, & Dianā venatricē Pseudonumē Paganū, vel Herodiadē incęstā & innoxio Pręcursoris Dominici sanguine cruentā, comitari se, & colere credebant. Et his oībus certam fidē præstabant, & eadē animo comprobantes, & fieri quę credebant optantes, vt credulitate, sic volūtate peccabant. Hæc summa narrationis. Cui facilè credent, qui sciunt quid Mantenſes Magi nostris temporibus, de Sibylla Nursina, & alia pro-

pè Parisios degente, in Actis Iudiciarijs sunt professi, quæ ex Crespeto præcedentibus libris commemorauī.

In nostra canonis narratione, notet Lector primo, in illo cursu seu pompa dæmonica adfuisse cursus Dominam seu Reginam, vt hodiernæ quoque sagæ fatentur: & eam nominatim dici, vel *Dianam*, vel *Herodiadem*; additur in libr. illo de anima & spiritu; *Minerua*. talis pompæ quoddam simulachrum legitur in narratione Beati Antonini, quam exhibui *libr. tertio par. prima quæst. quarta. sect. octaua.* vbi etiam *Venus* mulo vecta: an quia meretrici sterilitas conuenit? Dianam eandem cum Hecate seu Proserpina, docui Magicum Numen fuisse, hoc est cacodæmonem, commentⁿ *in Senecæ Medeam uersic. septimo. 11. & 787.* & *Domina* nomen illi peculiare fuisse: inde petat, qui uolet. De Herodiade idē dicendum; quia sub hoc nomine dæmon aliquis (fortè Venus) colebatur. Herodias fuit Aristobuli filia Salomes saltatriculæ mater, & vtraque dignum vita exitum vitæ inuenit, narrante rem Nicephoro *lib. primo Hist. capitul.* 20. certum neutram ex inferno redijsse, neutram choreis illis adfuisse. falsa ergo persuasio fuit mulierculārum, quod cum Diana vel Herodiade equitarent; falsa etiam, quod super bestias equitarent, quia ueterinaria hæc erant dæmones, qui bestiarum formā assumpserant; falsa etiam, quod crederent veras bestias posse tam exiguo. temporis spacio adeò dissitas provincias pertransire. Quid mirum si triplici mendacio tinctam persuasionem canon reprehenderit, & hanc idololatriam, ut hæresim, verbis seqq. damnauerit?

TEXTVS. *Sed vtinam hæ sola in perfidia sua perisſent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc uera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore Paganorum inuoluuntur: cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur.* Totus hic versicu. de est Pseudo Augustino illi. sed habent Iuo & Burchard. nisi quod pleraque legunt in singulari numero, item, *& in errore paganorum reuoluitur.*

Nunc, commemorata mulierculārum huiusmodi credulitate, quid in ea, & quale quam uitiosæ perfidiæ insit malum ostendit. nempe latens dæmonis pro Deo cultus: hunc vocat, *perfidiam, infidelitatem, falsam opinionem, a recta fide deuiationem, & errorem paganorum*: quæ omnia sic connectit, ut unum alterius sit ratio & explicatio. nam (&) simul pro copula & causali particula hic (vt alias sæpe) sumendum.

Cùm dicit (*utinam hæ sola, &c cetera.*) non lætatur de illarum interitu, sed optat nullas alias præterea in idem perfidiæ barathrum pertrahi, & id factum dolet. Vnde colligas, quam sint in Ecclesiam & rempublicā crudeles, qui in tales mulierculas seductas & seductrices uolunt clementes uideri. Ait; *Perfidia*. quo nomine non compellat ipsam dæmonum illusionem, præstigias seu phantasmata. nam longum est discrimen inter illudi, & perfidum esse. Sæpe sanctissimis uiris dæmon per phantasmata illudit, ut de Beato Secundello, Iordano & alijs docui *libr. 3. Disquisitionum* quorum tamen in mente animi nulla insuit perfidia. Perfidia fidei, illusio seu deceptio prudentiæ contraria est. Ipsum itaque *perfidiæ* nomen, docet hoc loco non agi de illusione quā illusio est, sed de illusione quā est coniuncta cum perfidia, seu de mulierculārum deceptarum perfidia, quā talis; h.e. qua infidelitatis est. Etenim illusio hic tantum erat fons perfidiæ, & qua talis erat, eius quoque mentio prę termitti non potuit, vt de infidelitate commodius, quod intendebat, canō probaret: vt, peccati fonte & causa cognita, peccatum iustius damnatum intelligeretur. Ait, *Infidelitatis*) vt sciamus quid perfidiam uocarit: eandem mox vocat *falsam opinionem*; cuius falsitas in eo quod & veras bestias, & illas Dian. & Herod. adesse, & numen esse opinabātur. Et propter hoc ultimū dicit a recta fide defecisse; cuius dicti subdit rationē, quia sic *errore Paganorū inuol-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

untur: quia quod Pagani sentiunt, videlicet plures vno Deos esse, idem ipsæ sentiunt. hoc enim subdit in versi. fine, ad manifestandum de quo errore Paganorum sit locutus. Nihil his omnib. verius, nihil clarius; & valde obtusum pectus gestet, qui non quò sequentia tendant ilicò perspiciat. Sequitur.

TEXTVS. *Quapropter Sacerdotes per Ecclesias sibi cõmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, ut nouerint hæc omnino falsa esse; & non a diuino, sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari.* Nihil horum etiam apud Pseudo. Aug. continetur; sed agnoscunt ea Burch. & Iuo. apud quos tamen in q. l. pro *fidelium*, est *infidelium*; quæ variatio reperitur et in Gratiani codicibus. res autem eodẽ recidit. *fideles* fuere ante perfidiam, infideles factæ hac persuasione.

Nunc periti more medici morbo ostẽso medicinam Canon apparat. ideo enim monet diuini verbi præcones, Doctores & ductores animarum, vt pedo veritatis pestem ab ouibus, quas nondum scabies inuasit, sedulò arceãt, docendo quæ seqq. versic. præscribentur.

Ait; *Hæc omnino* (siue vt Burchard. & Iuo, omnimodis) *falsa esse*: quæ *hæc* nẽpe quod de transuectione super veras bestias, & de comitatu Dianæ & Herodiadis, & de earum dominio ac numine dicta sunt, omni ex parte & vndequaque mendacia esse. *Phantasmata*) sic vocat, non imagines seu simulachra quæ obiecta fuerũt intellectui sola, sed simul ipsos circa hæc errores. Nam nõ tam quæritur, an a bono ista spiritu, vel a malo immissa; quam an ista verè, an illusorie & præstigiosè tantum contingant.

Atque ita iam habemus erroris narrationem, damnationem, & remediũ, statim subdit decisioni rationes, quib. Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas huius perfidiæ grauitatem populo queant persuadere. Huc enim perspicuè omnia sequentia verba tendũt, vsque ad vers. *quisquis ergo aliquid*. vbi rursus definitio seu sanctio condemnatoria contra hosce hæreticos iteratur. Rationes autem has desumit a caussis ac modis illusionis ipsius, dicens;

TEXTVS. *Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatẽ subiugauerit, ilicò transformat se in diuersarũ specierum personarum, atque similitudinis: & mẽtem, quam captiuam tenet, in somnijs deludens; modò lætã, modo tristitia, modo cognitas personas ostendens; per deuia quæque deducit, & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur.*

a melius vt nis, ex Bu ch. Iuo. & Pseudo. Au gustin.

Causam duplicem illusionis proponit deludentem & delusam. Ex parte deludentis, quia hoc diabolo, qui vult deludere, non est difficile. Nam potest istis maiora. Modũ uerò quo deludere sit solitus ostendit, hæc eũ in spiritu facere. Sed quia hoc põt duob. modis cõtingere, 1. ijs qui dormiunt & nullatenus vigilant, 2. non planè dormientib. sed semiuigilantib. quando eis obijciũtur simulachra aut planè præstigiosa, aut apparentia in corporib. per dæmonem formatis uel assumptis: ideo quæri solet de quo istorum duorum modorum canon nunc loquatur? Spin. contẽdit loqui de posteriore tãtum. Probat quia si de priore loqueretur, frustratoria esset ratio. nam postmodum expergefacti animaduerterent sibi dormientibus illa per visionem duntaxat imaginariam accidisse, quemadmodum id animaduertũt post extasim, qui rapti fuere Atq; ita fieret vt istę in perfidiã non laberentur per falsam credulitatem. Verum hæc argumentatio parum stringit. Cur non & extasis, & in somnis illusio adeo vehemens esse queat, vt postmodum homo credat se vigilantem ea corporeo sensu passum fuisse? Quare malo dicere, c. de vtroq; modo intelligendũ, ac solũmodo excludi plenam & omnis somni expertẽ vigiliã: quæ interpretatio verbis cõtextus multo melius cõuenit. Et quocunq; modo, illud (*solus spiritus*) sumas: nõ docet semper id in solo spiritu fieri, nec vllũ hic verbũ reperias, quo id conuinci queat: tantummodò docet sic fieri solere., & cum ita fiat, adeo caute hunc impostorem irrepere, vt tamen, quibus illusi, ijn credant & pertinaciter contendant verè

verè hæc sibi vigilantibus euenisse.

Qui transfigurat se) qui solet nonnunquam se transfigurare in Angelum lucis. sumptum a D. Paulo. 2. *Cor.* 11. *v.* 14. qui vsus voce μετασχηματιζεται h.e. assumit similitudinem & quasi schema Angeli lucidi & glorioſi: ne putes de ipsa specie seu forma essentiali mẽtionem fieri, sed de externo tantum splendore, quo *Angeli lucis*, hoc est splendentis & religioſi, tenebrio iste lucifugus fulgorem & claritatem imitatur: qua de re consuli potest D. Athanasius *in vita Beati Antonij*. Est autem argumentũ a maiore ad minus. Si aliquãdo potest imitari & exhibere ipse miser & caliginosus speciem Angeli beati, cur non & alias species viliores & damnatorũ, vt Dianę, Herodiadis, &c. Hoc ergo facit primo: deinde postquã qualis apparet talis creditur esse a mulierecula quapiã (nã *cuiuscunque* positũ pro cuiusuis uel alicuius; quo pacto nõ crediderim locutũ B. Damasum, sed potiꝰ Burchar. vel Gratianũ) tũ illã perducit ex errore re in infidelit. infidelitatẽ, & ex illusa facit infidelẽ, s. persuadẽdo se vt Numen credi & coli. Postq̃ uero se mel hac infidelitate mentẽ imbuerit; procliue est frequẽtius atq; frequẽtius eã insomnis deludere. Hinc porro patet quæ sit cã ex parte delusorum, nempe infidelitatis propter quã Deus permittit sic eas deludi. Nisi enim crederent diuinitatis aliquid Dianæ ac Herodiadi competere, nũquam illas adorarent, vel sic comitarentur. Nunc cũ, vt Pagani, id credant; Deus permittit, sic illas a dæmone per insomnia & imaginarias species deludi; vt credant factum, quod nec fieri quidem potuit.

Cùm mentem cuiuscunque) non sic intelligas, quasi vocula *cùm*, inferat hoc necessario a dæmone fieri, ita ut neque at eas verè transportare: sed tantum inferri id, quod contingit: hoc est (ut loquuntur) *cùm*, non habere vim inferendæ necessitatis antecedentis huius dicti ad consequens, sed contingentiæ seu possibilitatis tantummodo. Solum enim vult probare, dæmoni possibile esse sic has deludere.

Species atque similitudines) coniunctio (atque) vim habet explicandi. nam ne de uera specie, seu essentiæ mutatione quis capiat, additur posterius, quasi dicat, species hoc est similitudines. (*Captiuam*) infidelitate (*Per deuia quæq; deducit*) hoc est fingit se corporaliter eas per inuios calles & varias semiras desertaque loca deducere. Nam si verẽ per deuia deduceret, iam sibi ipsi canõ repugnaret, concedens vigilãtium animas saltem deduci: quod esset absurdius, nec enim mẽs a diabolo extra corpus suum potest deduci.

Cùm solus spiritus hoc patitur) Burchar. etiam, Iuo, & Pseudo. Augustinus habẽt, *patitur*, quod positum pro, *patiatur*, sed restringitur ad sectam istarum mulierecularum, de quibus est sermo. Nã istæ non poterant, nisi in somnis, talia perpeti; nec possibile erat Diabolo illa re ipsa exhibere (nempe Dianam aut Herodiadem Numen, aut veras bestias tam celeriter se mouentes) quæ simulabar. Necessarium itaque fuit, hoc illis perpetuo contingere apparenter. Vnde etiam patet, quam inepte hinc Istrigum patroni colligant, ne nunc quidẽ vnquam mulierculas maleficas corporaliter hæc pati, hoc est uerè de loco in locum transferri, aut concumbere. Quin etiam de his ipsis Dianianis non affirmatur, quid fieri possit, uel non possit; sed tantum quid de facto fieri soleat. Sub sequitur in Canone.

TEXTVS. *Quis enim non in somnis & nocturnis obsessionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat nocturnis vigilando? Quis uerò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur?*

En primum argumentum, quo probat hæc mulierecularum dicta ex mera illusione manasse, & videri illis facta, quæ nunquam facta fuerunt. Probatio huiusmodi est: Nemo est cui nõ, concurrente sola vi naturali, frequenter accidat multa uidere somniantẽm, quæ putat se peruigilem videre: & ideo experrectus putat se non in somnis, sed in uigilia, hæc conspicatum. Quod si tantum naturalis causa, passio puta præcedens, languor, vel quid simile, potest, pollerque, quanto id facilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cilius erit virtuti causæ superioris, qualis est potentia diabolica, quæ naturalibus illis, non liberis, causis abuti, cum vult, potest? Igitur dementis ac stupidi foret hominis cõtendere, huiusmodi non potuisse nõ corporaliter simul contingere. (Hinc subinfert tacitè mulierculas istas fuisse delusas; quia quæ in spiritu tantum illis contingebant, ea sibi vigilantibus accidere corporeo sensu perceptа contendebant.) sicut hebes foret, qui naturales somniorum delusiones verarum rerum ac factorũ nomine cohonestaret; quia visus sibi vigilando ista perpetrare. Sensus ergo istorum uerborum; *Qui hæc omnia, quæ in solo spiritu* &cetera pendet a superiore membro. Scilicet, *hæc omnia* quæ nũquam uigilantes viderant, sed viderãt tantum cum dormiebant. Qui hunc sensum esse non videt, næ ille vigilans somniat, & oculis apertis nihil videt. Aduersarij autem nostri, sic interpretantur: In somnis homo sæpe videt, quæ nunquam viderat vigilans: ergo mulieres etiam istæ decipiũtur in omnibus, quæ fatentur a se facta vel visa. Nonne vitium consecutionis vel pueri viderent, nempe falsum assumi, aut saltem id quod prius fuit probandum, mulieres istas tantum somniasse quæ fatebantur. Aeque perperam exponũt quod sequitur; stultus & hebes est, qui quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitrantur: ergo stulti sunt & hebetes, qui credunt ista mulieribus his simul in corpore accidisse. Quis enim non cõtinuo excipiat: quin tu prior probas hæc in solo spiritu facta, & tum demum tibi corpus licebit excludere. Vt enim canonis honori consulatur, necessarium est hæc sic coniuncti m accipere; quæ in solo spiritu fiunt, ea simul in corpore contingere non posse: non verò quæ in spiritu fiũt etiam simul in spiritu & corpore contingere non posse; hoc est ea quæ quis somniat simul somnianti reuera contingere non posse; quo nihil foret absurdius.

TEXTVS. Ezech. 3. & 11. Apoc. 1. & 4. 2. Cor. 12.

*Cùm Ezechiel propheta uisiones Domini in spiritu, non in corpore vidit & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit? *Sicut ipse dicit: Fuit in me, inquit, fuit in spiritu. & Paulus non audet dicere se raptum in corpore.*

* Iuo scr. ipse fuit in me, inquit: fuit in spiritu.

Ecce S.S. Exempla, quibus probat nonnunquam aliqua contingere homini in solo spiritu, & non in corpore. hoc est imaginariè seu spiritualiter, & non re vera seu corporaliter. Hoc bene probat canon, nec eo amplius probare potuit: quare nec amplius probare voluisse credendus est: nisi quis auctorem canonis supini stuporis velit accusare. Omnes enim norunt exempla particularia, non nisi de aliquibus, & non de cunctis probare. ex particularibus enim vniuersalis conclusio non deducitur. Esto comigerint ista Ezechieli, Ioanni, Paulo in spiritu: ergone nihil alijs contigit in corpore? ergo quæ de CHRISTO & Habacuquo legimus, illis in solo spiritu contigerunt? quis hoc affirmans, non ad Anticyras relegetur? Audent tamen Ponzinibius, Alciatus, Duarenus ac similes, qui ea affirmant, vnde hoc quod diximus necessario consequitur.

In Pseudoaugustino aliter ista leguntur, nempe: *cùm Ezechiel & alij Prophetæ, Ioannes Euangelista etiam & Apostoli in spiritu non in corpore uisiones viderint.*) quibus verbis de Prophetis & Apostolis videtur voluisse uniuersim id affirmare, vt consecutio efficacior redderetur. si hoc voluit, & non quod canon tantum; vide mendacium audax. Quis credat talia vel Beato Damaso, vel Diuo Augustino in mentem uenire potuisse? Nulli Prophetæ, nulline Apostoli verè & corporaliter vllas uisiones viderunt? Dormiebat Princeps Apostolorum, quando excitatus Angelum vidit, & ab eo deductus ex carcere, solutis cathenis liberatus fuit? *Act. duodecimo. vesticulo septimo & octauo.* Somniabat CHRISTVS Dominus quando a Satana super templi pinnaculum, & supra montem excelsum translatus? *Matth. quarto.* Somniabat Abacuc quando ab Angelo a Iudæa translatus in Baby-

Babylonem, & Daniel in somnis cibũ comedit in leonum lacu? *Daniel. 14. v. 35.* Condemnent etiam isti Canonis Ancyrani suppletores, omnes illos Patres Doctissimos & sanctissimos, qui corporali visione in specie aliqua visibili contendunt ab Esaia. *cap. 6.* Domini gloriam visam; *D. Greg. Nyssenum orat. 6. de beatitudin. D. Chrysostom. in d. capit. 6. & hom. 4. de incomprehensib. Dei natura, & in Ioan. hom. 14. D. Cyrillum Alexandri. lib. 1. in Ioan. ca. 12. & horum sequaces Euthym. ac Theophylactum in 1. cap. Ioan.* Damnent D. Irenæum *lib. 4. c. 37.* Chrys. *d hom. 14.* & Theodoret. *in Dialo. Immutabilis*, sit accipientes illud Oseæ 12. v. 10. *Visiones multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum.* Falsus ergo potius ille auctor negans uniuersim. Brevius noster de tribus tantum; de quibus tamen ipsis hoc non admodum certum vel necessariũ. Ezechiel tantum asserit, *assumpsit me spiritus c. 3. v. 12 & 14.* Item, *spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me. c. 11. v. 1.* Sed non additur imaginariè, an cum corpore, ut Abacuk um. Quid quod probabilior, immò forte sola vera interpretatio est, spiritum illic vocari Angelũ, & dici prophetam in corpore, & quidem cunctantem ab Angelo translatũ de loco ad locum, nempe à fluuio Chobar in suburbia Babylonis, vbi Iudæi de transmigratione degebant *d. v. 12.* & v. 14. & postea inde Hierosolymam *d. c. 11. v. 1.* quę interpretatio melior est tum quia magis amica contextui; tum quia probata D. Hieronymo his verbis, *Transfertur que propheta non, vt quidam existimant, in spiritu, sed in corpore: quòd & de Abacuc, iuxta Theodotionem legimus.* assentitur Theodoretus, sed & Polychronius, & alius Scholiastes Græcus *in cathena*: quibus tutius assentiare, quã Rabbinizantibus; qui exponũt visum sibi vehementi uento rapi.

Apocalypsis scriptor B. Ioannes fatetur se, *in spiritu fuisse. c. 1. v. 10.* non tamen credendus est in somnis vidisse quæ narrant, sed vigil in extasim raptus: atque ita illa, quæ præsentia non erant, sed futura, corporaliter non vidit, sed in spiritu, ut rectè Ambr. Haymon, & alii eo loco interpretantur. Quare non satis aptè aduersarij ex hac D. Ioan. reuelatione colligunt, malefici s omnia quæ fatentur in somnis contingere: neque hoc canon ex isto B. Io. exemplo voluit, vel potuit probare. Tertium illud de B. Paulo, non cõtra nos, sed in seipso, plus habet difficultatis. Verba sunt. 2. Cor. 12. v. 14. *Noui hominẽ in CHRISTO ante annos quatuordecim (siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio Deus scit) raptũ huiusmodi usq; ad tertiũ cœlũ. Et scio huiusmodi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, quoniã raptus est in paradisũ: & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui.* In hoc toto testimonio non aliud põt canonis instituto accommodari: quam audaces nimirũ fuisse has mulierculas, quæ non formidarent de suis visionib. certi aliquid definire: nempe se tunc certo corporalibus sensibus ea percepisse; cum tamen Apostolus, neutram de sua visione partem audeat affirmare; sed dubius maneat, an in corpore, an extra corpus fuerit raptus. Verum (quæso Lector) attende primo, quam id pro aduersariis nihil habeat momenti. Quid enim? Diuus Paulus non auder profiteri, an tum fuerit in corpore, an extra corpus? ita sanè loquitur. Non igitur potuit mulierculis constare, an & ipsæ tum, quando putabant se cum Diana equitare, fuerint in corpore. Hæc enim tota vis argumenti est. Respondeo primum id non sequi. Non quia conferendæ vllo modo, sapientia uel solertia, hæc vasa ad ignominiam cum vase electionis (absit talis blasphemia) sed quia res valdè dissimilis est. habuerunt enim istæ mulierculæ, non solum unde possent, sed unde deberent intelligere, spiritu tantum & imaginariè hæc se passas. rei videlicet impossibilitatem, vt dixi; quam quia delusæ non intelligebant, nec veritatem docentibus auscultabant, meritò canon eas damnauit. Apostolus autem nihil habuit, cur se deberet in alterutram partem resoluere. Contra solet nostri æui strigibus accidere, quib. plurima suppetunt indicia, vnde queant & debeant intelligere se in facto nõ delusas, & corpora

liter se, quæ asserunt, egisse; quæ hoc eodem libro, & hæc sectione copiosè sú prosecutus. Vnde iam constat nec ab illis Dianæ comitibus ad nostras striges validum satis argumentum peti, quod fusius ostendã §. sequenti: nec D. Pauli exemplum istud plus probare, quã non semper visiones istas in corpore simul & spiritu accidere. Attende secũdo eos, qui ex hoc vers. 14 colligunt id quod aduersarij nostri contendunt, cogi dicere illud; *in corpore vel extra corpus*, sic accipiendum; quasi neget se scire, an visio illa reipsa & vera apparitione, an imaginaria tantum contigerit. Qui sensus est a canonis mente (nisi manifestum errorem canoni adscribas) plane alienus; sequeretur enim nescisse B. Paullum an verè in tertium cœlum & in Paradisum raptus fuerit, corpore & anima simul, sicut Abacuc in Babylonem; an vero secundum spiritum tantum, sicut B. Ioannes in Pathmos existens: quod dici nequit, quia B. Paulus scire poterat, corpus suum Damasci in terra mansisse, & hoc tenebatur credere socijs, qui eum deduxerant, & Iudæ qui hospitio eum exceperat. Et hunc sensum accuratè, & merito post D. Augustinum refellit D. Thomas, & ostendit esse sensum Iudaicum, a Diu. Hieronymo quoque explosum; verã autem sententiam verborum B. Pauli esse, quòd ignoret; non an in exstasi hoc sibi acciderit (quod satis sciebat, & non fuisse corpus loco motum) sed an durante illa exstasi & visione, anima modo extraordinario miraculoso fuerit, diuina quapiam operatione, ab ipso corpore separata; vel verum anima manserit in corpore illud informans, alienata tamen a corporeorum sensuum functione. *Sic ille 2.2. qu. 175. art. 6. & de verita. q. 16. art 6. & in 1. cap. 12. quo loco etiam D. Chrysost. hom. 28. Theophil. Haymon, Sedul. Caiet. Catarinus*, Aduerte tertio eos qui volunt hoc exemplo doceri, animam D. Paulli extra corpus raptam, facere canonis auctorem temerarium, qui præsumat affirmare id de quo negat Apostolus sibi liquere: affingunt etiam canoni, quod nullo modo dixit. Denique qui hinc eliciunt non posse aliquem corporaliter per angelos deferri, dissentiunt a D. Paulo nam putabat id fieri potuisse (secundum eorum interpretationem) alioqui non dubitasset, sed apertè pronuntiasset se extra corpus raptum, si in corpore credidisset se rapi non potuisse. Quomodocumque tamen has tres Ezechielis, B. Ioannis & B. Pauli exstases interpreteris: inde nec consequeretur mulierculas illas nequiuisse a dæmone corporaliter transferri; quia à non esse factum, ad non posse fieri, invalidum est argumentum: nec etiam consequetur, quia sic tribus illis contigerit; similiter, non aliter, mulierculis istis contigisse: multo minus consequetur, sic semper & vbique omnibus cõtingere: sed dumtaxat consequetur, decipi illas mulierculas potuisse, quia hæc illis non corporaliter, sed imaginariè dumtaxat contingere potuerũt. Sequitur in Canone.

Omnibus itaque publicè annunciandum est quod qui talia, & his similia credit, fidem perdit. TEXTVS

Concludit istas mulierculas debere iudicari hæreticas: de his enim, & qui qualia mulierculæ istæ credebant, credunt, hæc accipienda. Nam aduersarij quia hæc verba ad omnes nostrarum strigum confessiones porrigũt, iniqui sunt inquisitoribus fidei, & nimis in maleficia liberales, & errãt multis modis.

Primò quia istud, *quia talia credit* referunt absurdissimè ad proximè præcedentia: præcesit autem proxime de Paulo, Ioanne, & Ezechiele. Quæro igitur, An fidem perdit, qui hæc ita credit contigisse illis, vt canõ refert? manifesta quidem hæc foret ipsius canonis contradictio, & (vt scholæ loquuntur) implicantia in adiecto. An ergo volũt fidem perdere, qui non credit his tribus ista contigisse, sicut canon asserit, hoc est contendit hæc illis nõ tantum imaginatione, sed etiam in corpore contigisse.

Sed tunc iste sensus non aptè cohæret cum præcedentibus; & dicendum fuisset: *Quod qui talia non credit*. Deinde hoc non foret verum.

Nam

Nam etsi aliquis diceret B. Paulum in corpore raptum; non perderet idcirco fidem; sed temerarius tantum esset, qui asseueret, quod Paullus se professus nescire. Qui diceret Ezechielẽ corporaliter translatum, contra communiorem recentiorum sententiam loqueretur, sed fidem non perderet: quia probabiliorem veterum Patrum sententiam sequeretur; & alias canon Diuum Hieronymum, Theodoretum Polychronium, & Græcos alios ex eo capite solo hæreticos pronuntiaret; quod non est ferendum. Non igitur hic uersiculus & decretum de hæresi pertinet ad ea, quæ velut argumentando canonis authores inseruerunt; sed dumtaxat ad præcedentem canonis sanctionem, qua Sacerdotes iubebantur populum docere, hæc istarum mulierularum deliria (quæ sunt cõmemorata) esse omnino falsa, & nata ex Diaboli delusione; &, eos, qui mulierularum affirmationi fidem adhiberent, a recta fide aberrare, & errore paganorum inuolui.

Sensus ergo, *qui talia credit*, qualia hæ mulierculæ Dianianæ, de quib. canon agit.

Hoc autem quod sequitur; *Et his similia*; non est referendũ ad omnia quæ mulierculæ istæ credebant, sed ad quædam quæ credebant, & erant verè hæretica. Primò, aliquid esse Numinis præter verum Deum. Secundo, quod alteri quam vni Deo diuinum honorem liceat exhibere. Tertiò, quod talia suadens, aut ad talia hominem deuehens sit bonus spiritus. Quartò, quod nequeant eis talia contingere imaginariè seu in solo spiritu. Quintò, quod possit vllus immediatè, præter solum Deum, subitò vel sine rerum naturalium applicatione, speciem seu essentiam vllius creaturæ, in aliam, commutare; vel vera creatione aliquid producere. Nam hæc omnia eas credidisse partim expressè in canone habetur; partim non improbabiliter ex eo colligitur. Ad hæc ergo talia & similia, hoc est hæretica, illud est referendum.

Non potest autem referri ad cetera, in quibus decipiebantur quidem, non verò idcirco fidem perdebant. verbi gratiã, primò, quod putabant de facto hæc sibi vigilantibus accidere. Nã hæc inter delusæ tantum erant, non hæreticæ. secundò, quod putabant ueris se bestijs vehi. tertio veras bestias posse tam citò tam longa terrarũ spacia trajicere, & per aerem volare, sine spiritualis intelligentiæ opera. qui sunt errores contra philosophiam & rectam rationem, non contra fidem Catholicam. quarto quod opinabantur se conuenire & discurrere cum multitudine mulierum & hominum aliorum, partim viuorum, partim mortuorum, quę tantum erat delusio, & non hæresis. Si verò credidissent se dæmonum opera posse corporaliter deferri, etiam per aerem ualdè celeriter, successiuè tamen, & congruo actiuitati dæmonis, & earum conditioni tempore, id nec erat hæreticum, nec deceptio, sed dubia dũtaxat quibusdam opinio, re autem uera probabilior, & tantum non de fide sententia. Igitur quod ad hanc translationem attinet, non deciditur quid Diabolus facere possit, sed quid de facto cum istis mulierculis egerit.

Ex his iam perspicitis, quæ hoc canone definiantur esse hæretica? nempe quinque illa a me commemorata; Quorum 1. 2. 3. & 5. etiam Tostatus Episcopus Abulens. *postea citandus*, Cardinalis Turrecremata *ad d.c. episcopi* Siluester Sacri Palatii Mag. & alii obseruarunt: & quidem 1. 2. & 3. aperte satis colligitur, ex ijs quæ iam in textu sunt explicata. Quintum uero fuit significatum obscurius, quando dixit, *super quasdam bestias*: sed apertissimè decidetur sequentibus canonis uerbis. Equidem. Quartum addidi, videns aperte elici ex contextu, cum agit de exemplo reuelationis B. Ioannis. nam S. S. satis aperte docet eam merè spiritualem fuisse: & ideo ex S. S. satis aperte conuincitur, aliquam visionem merè spiritualem esse posse. Nunc pergit quintam illam probare.

Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius in quem credit, TEXTVS

id est dibboli. Nam de Dominonostro scriptū est, Omnia per ipsum facta sunt.

TEXTVS. Pergit ostendere has mulierculas fidem perdidisse. Quasi dicat, Dixi has miseras fidem perdidisse: quia nulla est fides, nisi quæ recta fertur in Deum vt in primum principium, & naturæ auctorem ac Dominum totius creaturæ. Qui ergo non habet huiusmodi rectam fidem (hoc est non erroneam, nec deortam aut diuisam ad alia Numina) *ille non est DEI* (vt legit Iuo & Burchard.) hoc est non pertinet ad DEVM; *sed est Diaboli*, cui se mancipauit, & ad quem pertinet, quia in eū credit. Nam ad eum confugit, post eum conuersus; eo ipso quod credit illum esse creatorem huiusmodi bestiarum, quibus per aera transferantur. Hæc enim opinatio eius contraria est S.S. attestanti; quæcunque creata sunt per Dominum nostrum, & non per bonos vel malos angelos esse facta: & sine DEO factum esse nihil, quod factū est. Cum itaque tam diserte hoc veritas Euangelica profiteatur, merito con cludit.

Ioann. 1.

TEXTVS. *Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut* * *aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem aut similitudinem; nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt: procul dubio infidelis est, & pagano deterior.*

**Sic Iuo & Burchard.*

En capitis totius anacephalæosin, in qua recolligens author multos Paganorum errores, eos omnes aperte damnat: & subindicat mulieres illas sceleratas, his omnibus assensum præbuisse. Nam alioquin hæc nihil omnino ad præcedentia pertinerent. Putabant ergo Gentiles 1. a suis numinib. quæ plurima & vanissima colebant: posse res aliquas de nouo fieri seu creari, sic enim existimarunt a Nepruno equum, a Minerua productam oleā quod esse hæreticum patet, quia creare est infinitæ potentiæ; & ideo soli Deo competit, vt probatum ex initio Euangelij secundum Ioannem. Sed credere, quod per applicationem actiuorum & passiuorum, aut per alterationem qualitatum, modo naturali generationis siue mutationis, quædam ex subiecta materia, dæmonum industria, gigni queant, non est hæreticum; sed verissimum, *vt docui lib. 2. disquisition.*

2. credebāt posse a Pseudotheis suis homines & animantia in cœlum transferri seu Deificari (quoad homines vocabant, *Indigitari*) quod Canon noster dicit, *mutari in melius*. Sic illi cœlum Dijs, & Semideis, Semonibus, Medioxumis, & Patellariis implerunt; quin etiam & aquilas & canes, & coruos, & asinos hoc honore dignati. quo nihil magis impium aut stolidius. 3. credebant posse ab illis bestiasin viliora bruta, vel homines in bestias vere trāsformari; hoc noster canon vocat, *in deterius immutari*; quibus narrationibus tota Naſonis Metamorphosis, & Diui Augustini libro decimooctauo de ciuitate DEI, redundant; quod etiam est plane erroneum. Sed erroneum non foret opinari, imperfecta quædam, ad eiusdem speciei perfectionem, naturæ consentaneam, a dæmonibus perduci; aut quæ perfecta sunt, ab ijsdem debilitari, aut viliora accidentarie (vt dici solet) reddi, ac effici posse: quod docet quotidiana experientia. 4. putabant illis Deificatis (vt sic loquar) animantibus, maiorem, quam cum in terris versabantur virtutem atque efficientiam inesse: qua de re multa Spineus. *q. destrigibus cap. 27.* post D. Thomam *in lib. 12. Metaphysic.*

Quinto censebant hæc fieri a bonis spiritibus, hoc est a Dijs suis; quos nō credebant esse cacodæmones. Quæ quinque merito cuncta tam graui censura notātur. Hæc ergo subindicat omnia credidisse mulierculas illas. primo posse a Diana vel Herodiade, de nouo fieri seu creari tales bestias. secundò, Herodiadem & Dianam factas Deas. tertiò, posse ab illis homines, in quas vellent, bestias commutari, vt de Circe gentiles crediderunt. quartò, bestias hasce, quasi Deificatas, posse per aerem volare, & minimo tempore ingētia terrarum spacia permeare; quod eiusdem speciei bestiæ adhuc terrenæ non valerent. quintò, hæc se obtinere bene-

beneficio bonorum spirituum (quales putabant Dianam & Herodiadē) existimabant. Hinc patet, ad quam & qualem credulitatem hæc canonis vltima verba sint referenda.

Duo hic quæri possunt. primò cur hoc versiculo solum mentio facta primi & secundi membri, hoc est creationis & transformationis? secundò, cur dicatur *Pagano deterior*, qui credit idem quod Paganus?

Ad primum respondeo, quia capitis huius intentio præcipua fuit, ostendere, quòd hæ mulierculæ incidant in idololatriam, & apostasiam: quia omnia illa capita errorum fidei, pluralitatem Deorum introducunt, & quoddam inferunt a Deo ad Dæmones transfugium. nihil verò apertius præsupponit Deorum pluralitatem, quam primus ille, & secundus error.

Ad secundum respondeo, quia loquitur de ijs, qui semel baptismo illuminati fuerunt, & ab eo apostatarunt, vt patet ex cap. initio. Nam finis capitis ipsi principio respondet. quia tales derelicto creatore suo, Diaboli suffragia quærunt. Quod subsequitur in contextu;

TEXTVS *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria &c.*

Hæc iam sunt parerga, & constat verba esse Gratiani, nec enim habentur in Burchardo, nec in Iuone, nec in Pseudo Augustino: & eorum summa desumpta fuit ex capit. 13. eiusdem quæstionis 5. quæ de alia specie facti agit.

Secutus sum in hac interpretatione præcipuè Tosta. *in capit. 4. Matthæi* Torquemadam supra, & alios, quos recentiorum plerique sequuntur.

III. §. *An hic canon aliquid ad hodiernas strigas pertinet, aut ad eas sit extendendus?*

Contendunt id Alciatus Ponzinibius, Duarenus, & Vvierus, & alij pauci nituntur argumentis hisce. Primò *in cap. Episcopi* dicitur, eas nocturnis horis cum Diana aut Herodiade super bestias equitasse: conueniſſe stati temporibus, & in conuentu præsidi conuentus obtemperasse: quæ cuncta nostris Lamijs conueniant: vt videretur sensisse Martinus Nauarrus. secundò, in vers. *omnibus* dicitur, quod, qui talia & his similia credunt &c. Lamiæ verò credunt his similia. tertiò, Lamiæ credunt se transformari in cattos, canes, anseres, & alia bruta; quod hic in vlt. vers. damnatur. quartò, sic videtur canonem accepisse Burchardus. *nam lib. 19. cap. de arte Magica vers. vlt.* hæc scribit: *credidisti ut aliqua fœmina sit, quæ hoc facere possit, quod quædam à Diabolo decepta se affirmant necessario & ex præcepto facere: id est cum dæmonum turba in similitudine mulierum * transformata (quam vulgaris stultitia HOLDAM vocat) certis noctibus equitare debere super bestias, & in eodem se consortio annumeratam esse? si particeps fuisti istius incredulitatis, annum vnum per legitimas ferias panitere debes.*

quibus verbis videtur expressè respicere ad nostrum c. Episcopi, & illud sui temporis strigibus accommodare. quintò, illæ mulierculæ dicuntur illusæ; sed & Lamiæ similia narrant. Similiter ergo ex illo capite credendæ sunt à dæmone delusæ talia confiteri.

Verūtamen cōmunis opinio Theologorum & Iurisconsultorum est, *capitulum Episcopi, ad Lamias nostras non pertinere*, tenent hoc Abulen. Turrecremata & alij mox citandi, & sic passim Romę, in Italia, Hispania, Gallia, Germania, fidei inquisitores à sede Apostolica deputati & confirmati, & Iudices sæculares, qui iustiores & doctiores, vnanimiter practicant: vt non obstante isto capitulo Lamiarum confessionibus credant, & contra easdem ad mortis vsque supplicium procedant. quod à me multis probatū *lib. 2. q. 16. & fusius lib. 5. hac sect. 16.*

Dico igitur *sententiam extendentium hunc canonem ad Lamias nostras primò Lamijs ipsis infructuosam esse: deinde perniciosam Ecclesiæ & reipub. tertiò, periculosam assertoribus. quartò, rationi & veritati parum consentaneam.* Probo singula. Primò est *infructuosa Lamijs*. quia per eam nō eripiuntur supplicio. nam adhuc

huc ex *d.c. Episcopi*, hæreseos conuincerẽtur. quoniam *c. Episcopi* tales mulierculas definiret esse infideles, & à Deo ad suffragia dæmonum desciscere. Et rectè definit. quia licet delusæ fuissent in somnis; tamen (vt optimè ratiocinatur Nicol. Iaquerius *Flagelli fascinarior. cap ult.*) postquam euigilarunt recordantes eorum, quæ in somnis egerãt, putantes ea verè & corporaliter à se gesta; ratificant pactum & cultum dæmoni exhibitum, & sollicitè sibi cauent ab ijs quæ in somnis dæmon prohibuit, & omnia sedulò exsequuntur, quæ iussit facere. Fouent etiam pertinaciter voluntatem ad similes coguentus reuertendi, & faciendi quæcumq; arbitrantur se illic commisisse, sacrilega, Sodomiam, incæstus, infanticidia, idololatriam &c. profitentur sæpè coram complicibus, etiam in iudicio se hæc nolle deserere. Quare sunt hæreticæ & apostatæ censendæ, licet hæc nequam voluntas & opinio ex delusione nasceretur. Ad cultũ enim & exercitium hæreticæ prauitatis sufficit, liberè in eam consentire, & eam acceptare. Sicut si aliquis Catholicus somniasset se audire aliquem docentẽ vel concionantem, Non esse Purgatoriũ: postea verò vigilans putaret se vigilãtem hæc audiuisse, & memor eorum quę somniarat argumentorum, huic hæreticæ propositioni fidem ac cõsensum præberet, & animo, dictisq; eam foueret; talis dubio procul haberetur & esset verus hæreticus, & vt talis puniri deberet. Item sicut qui (comparatio Bernard. Cumani *Lucerna nu. 9.*) in somnis passus est illusionem, quia somniabat sibi rem esse cum aliena vxore, si postea memor somnij complacet sibi de tali actu propter delectationem quãm inde sibi visus percipere ex spolio thalami alieni; licet non peccet ratione somnij, qua somnium fuit (quia iudicium rationis tum ligatum erat, & ideo tum peccare non potuit) mortale tamen adulterij peccatũ sibi conscisciit ratione complacentiæ subsecutæ, & cõsensus pleni in vigilia præstiti. Nam rectè D. Augustinus; delectari falso crimine verum est crimen. Deinde quis ignorat, has vigiles multa conari, ad hoc crimen: & conatus, qui ad cogitationem accessit, pœnam in atrocioribus criminibus meritò exigi? *l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiestat. l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler. l. uni. C. si quæ præditus potest. l. 1. D. de extraordin. crim. l. 1. D. ad leg. Pomp. de parricid. l. fi. gitiuus. D. de verb. signific.* Quis ignorat fautores & conscios eadem pœna cum maleficis puniendos? *l. 1. §. occisorum D. ad S. C. Syllan. l. vtrũ D. ad l. Pomp. de parricid. §. alia. de publi. iudic.* Deniq; patet in d. c. episcopi non obstante delusione hæreticas declarari. quia dicit *scelerատas &. retrò post Satanam conuersas*, quod est esse apostatas à fide. dicit, *alios secum ad infidelitatis interitum traxisse* (quod est dogmatizantium) *à recta fide deuasse, fidem perdidisse, in errorem Paganorũ deuolui, Diaboli esse non Dei, & Paganis esse deteriores.* Si ergo capitulũ istud pertineret ad striges, deberẽt ergo adhuc hodie striges tractari, vt hæreticæ, & à fide apostatantes. Quem igitur fructum ex hoc c. percipiunt, quod illas tam clare hereticas pronunciat, & proinde subdit pœnis hæreticorum?

Secundum, *quod hæc sententia sit perniciosa reip. & Ecclesiæ*, clarius probatur, quia strigum defensores conantur per hoc capitulum obtinere, ne Lamiæ interficiantur, vt patet ex Ponzinibij, Vvieri, & aliorum scriptis: & docet quotidiana experiẽtia impunitas isto prætextu, vel minus quãm oportet punitas dimitti: nec fidei Inquisitores inter Catholicos vllum maius impedimentum experiuntur, quam Legistas quosdam & rabulas hæc falsa imbutos opinione ab hoc canone definiri, hæc cuncta esse illusoria nec grauem mereri pœnam. Queruntur de hac re scriptores fere omnes ex Protestantibus Mollerus *comment. in consuet. Saxon.* & Bodinus *in Damonoman.* ex Catholicis viri pij & docti Remig. *in damonolatr.* Ludou. Richaume noster *lib. trium discursuum.* Pet. le Loyher. *lib. 2. de spectris.* Cresperus *discurs. 8. lib. de odio Satanæ. 1. discurs. 3.* vbi testatur iam Francisci I. tempore in Francia delatum numerum maiorem cẽtum millibus, sed plurima

plurima cum accessione adauctum postea, iudicum conniuentia, & magnatum clandestino fauore: & grauiter deplorat *discurs. 8.* multitudinem iam esse tantam, quanta nunquã visa fuit; & causam gliscentis mali esse iudicum perfidiam, deceptorũ Vvieri scriptis, & deceptorum à Diabolo, vel certè cõplicum Sortiariorum. *vide illum à fol. 118.* Sebastianus Michaelis *Pneumalog. fol. 53. & 55.* scribit à Geneuensibus solummodò puniri magos, qui hominibus vel brutis nocuerint, cetera illorum detestabilissima scelera insuper haberi, & vt illusoria prætermitti: non curari ab illis iniurias Deo illatas per idololatriam, blasphemias, Sodomiam &c. & ideò hodie Geneuam esse scaturiginem viuã atheismi & idolatrię. Hęc ille vicinus de vicinis suis potuit certò comperta habere. Conqueritur eadem de re Bartol. Spineus Sacri Palatij Magister, cùm scribit; *potissimam labem, cum sic inualescat illa pestis, esse quorundam iuristarum persecutionem; quibus principes Theologia imperiti facilè credunt, quasi sapientibus, licet in huiusmodi satis rudes existant; vtpoìe Dei prouidentiam, Diaboli potestatem atque malitiam, & plerunque alia Theologica, ad quæ præsens articulus deducitur, ignorantes; & implent allegationibus legum folia; quæ & in pluribus nõ faciunt ad propositum; ex quò quod pueros actus humanos possunt regulare leges humanæ, non autem Diabolicis colligatos possunt benè cognoscere; sed solum præsupposita cognitione superioris scientiæ, sacræ (inquam) Theologiæ, possunt pœnas determinare talibus conuenientes.* sic ille Apolog. 1. c. 3. postea cap. 4. sic scribit. *Hoc capitulum* Episcopi *malè intellectũ à iuristis, quatenus hęc quæ ad Theologiam pertinent pertractat, est causa illorum ruinæ, putantium ea quæ in corpore iuris Canonici redactum est, posse proprium sensum circa illud ita prodere, vt etiam Theologorum communi sensui se opponant* &c. Idem c. 9. *Adeoquè nunc inualuit ista pestis; ut dixerit in quadam concione diabolus, qui in forma Principis apparebat (ut retulerunt, qui ad fuerunt nonnulli ab inquisitore deprehensi) sibi omnes bono animo; Neque enim elaborant anni multi, quod numero superabatis CHRISTI fideles. quod optimè diabolus obtinet suffragio diaboli sibiq; similium, qui se patribus Inquisitoribus opponunt, dicentes hæc esse deliramenta, sicq; scelestis his apostatis fauent, & in hæresibus suis indirectè confirmant. Nisi enim præpediuntur patres Inquisitores horum molestijs; quorum fatò Principes, tanquam sapientiam persuasionibus inclinati, denegant auxilia Inquisitionis officio debita: iam eorumdem seruientium inquisitorum Zelo secta hæc esset penitus deleta, vel certè extra fines Christianorum penitus fugata.* Et his omnibus antiquior vnus Inquisitorum Nicolaus Iaquerius anno 1457. sic scriptum reliquit; *Quod quidem* c. Episcopi, *quidam incaute attendentes obstaculum non modicum præstant extirpationi secta, & hæresis fascinariorum, unde ipsa fauorem accepit, & incrementum.* Hactenus ille flagelli fascinar. c. 9. Verùm quid opus è Gallijs, Italia, & Germania coaceruare testimonia? Nonne in ipsa nostra Teuthonica Brabantia, quę solebat ab hoc crimine satis esse pura, hoc scelus videmus glisceré, ex quo multorũ in corda fallus d. c. Episcopi sensus se penetrauit, maximè Iudicum & causidicorũ quorumdam, quib. temerè vsurpata Vvieri lectio, & incautè auditi sermones Iooſei, & à quib. diuina iniuria, & Catholicæ religionis dehonestatio haut magni penditur. Minantur mihi Philippicas, & calami rigorem: exspecto, & reexspecto, sed nihil video nisi minas & inanes iactãtias. pergunt interea canes impedire, & caulas lupis reserare. sinunt malum proserpere, immò fouent dum non prohibent, quinetiã prohibentes ipsi prohibent. quid negligere, cum possis perdere peruersos, aliud quãm fouere? *error, cui nõ resistitur, approbatur: & veritas, quæ non defenditur, opprimitur.* Hi dominium tyrannicum dęmonis in CHRISTI Ecclesiam confirmant. horum opera salus reip. proditur. ab his de communi interitu priuata lucra comparãtur; quibus volupe est in vtramque aurem dormire, donec tortuosus draco se toto corpore insinuet; & venenum apostasię, idololatriæ, ac nefandissimarum libidinum, incredibilis crudelitatis, exectandorum sacrilegiorum, & quotidianarum cõtra tenellam ætatulam, contra

contra fuges & alimoniam mortaliũ, contra patriæ totiusq; generis humani salutem, machinationum, per totum paulatim CHRISTI corpus diffundat. Quis non hos de repub. & Ecclesia quam pessimè mereri pronunciet? quis non profliget, execretur? videmus, si quidquam videmus, impunitate striges fieri deteriores, & pedetentim plures pluresque sibi complices impigrè adiungere; nec quidquam illis optabilius esse, quã quod assiduè Diabolus inculcat, sincerã adhuc partem eodem carcinomate peruadere. Si de vllo crimine verum, de hoc sanè verissimum est vetus illud, *Parcendo nocentibus innocentium salutem conseruari non posse*. Deus ipse per Isaiam satis aperte Babylonis insinuat, se regioni in qua maleficis parcatur, propitium nũquam futurum, sed ab ea grauissimas pœnas exacturum: *Venient* (inquit) *tibi* (Babylon) *hæc duo subitoin die vna sterilitas & viduitas. Vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuarum, & propter duritiam incantatorum tuorũ vehementem. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te, veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quã non poteris expiare. Sta cum incantatoribus tuis, & multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua: si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorũ: stent & saluent te augures cæli.* &c. cap. 47. v. 9. 10. & 11. Confirmat B. Ioann. Chrysostom. deplorans quòd ab hoc nefario arsu vix orbis minima pars seruetur, & omnes ferè sint æternæ mortis periculo expositi; hæc Dei iram semper quidem prouocasse; sed nunc multo magis, post tot tam ingentis beneuolentiæ ac miserationis tam insignis indicia, postquam ille filium suum redemptioni nostræ impendit. *Lege illum hom. 10. in cap. 3. epist. 1. ad Thimo. sub fin.* Quid ergo fas sperare nobis, vbi tot quotidie pullulant maleficorum fasciariorum defensores, & in Scabinatus, Consulum, Fiscalium, Parlamentorum, & in ipsã Principum sacrariã irrepunt? Vtinam recogitarent annos antiquos & priora sæcula reuoluerẽt: deprehenderent, nulli vnquam Principi, Reip. Prouinciæ maleficia exitio non fuisse; quorum exempla quædam Monito. III. in fine ponantur. Vnde etiam probatur quod sequitur.

Dixi tertiò *hanc sententiam esse ipsis assertoribus valde periculosam*. probatur.

Primò quia, vt ex dictis Isaiæ verbis patet, Babylonicam sortem in vltione sibi conscisciunt, qui Babylonis scelus imitantur, & Diaboli contra DEVM partiarijs, ad diuinam iniuriam, & patriæ perniciem, & Ecclesiæ Catholicæ pestem, adeo sedulam atq; fidelem operam nauant, & Satanæ regnũ propagãt & Antichristi sunt metatores.

Secundò quia, dum non credunt assertioni Theologorum (ad quos spectat de peccato, sit vel non sit; itẽ quantum vel quale, iudicare) nec stant Pontificum declarationi, aut communiori Ecclesiæ iudicio, suæ nequiter, & incautè fidunt prudentiæ sapientiæque; & præter peccati noxam excommunicationis etiam se periculo exponũt; in eos latæ, Qui Inquisitores in hæreticorum inuestigatione & punitione impediunt.

Tertiò quia non immeritò se faciũt multorum criminum suspectos: in primis quod non sint alieni à crimine qd defendũt, vt Iaquerius notauit de Doctore Edelino, & Treuiri norũt de Doctore Flaet, & de Vviero testatur Cresperus *dist. 3.* & docuere Leloyher. Richeaumeus, & alij complures; & possem ipse quorundam nomina referre. item quod causa negãdi sit atheismus eò quod non credant esse dæmones; vel quia non benè sentiunt de diuina prouidentia; quam putant sinere, innoxios à dæmone infamari, repræsentari, & tãdem supplicio affici; vel quia pertinaciter tenent dæmonem nõ posse corpora localiter transferre, nec tẽpestates ciere, nec morbos hominib. immittere, quæ cõtra fidem sunt, quia S.S. repugnant, vt docui *lib. 2. Disquisit. q. 11. 12. & 16. & lib. 3. q. 4. sect. 4. sect. 2.* & quia sentiunt aliter quam Ecclesia. Nam caput Ecclesiæ, & (vt sic dicam) eius lingua seu os est Pontifex Romanus:

nus: Pontificum verò Romanorum multi d. capit. Episcopi adhortati sunt Inquisitores, vt contra striges seu Lamias, sedulò & seueriter procedant, & pestem hanc exterminent; & harum crimina, se non pro illusionibus, sed pro veris ac nefandis excessibus habere manifestè profitẽtur, vt patet ex Pontificum Bullis Innocentij VI. ad Inquisitores Germaniæ, Iulij III. ad Inquisitorem Cremonensem, Hadriani VI. ad Inquisitores Lombardiæ, & Clementis Septimi ad Episcopũ Bolensem de strigibus Mirandulanis; quas bullas referunt & scripris suis inserunt Sprengerus, *in princip. mallei maleficæ*. Spineus *quæst. de strigibus cap. 15. & Apolog. 1. capit. 11.* & integras ponit Pet. Binsfeldius *lib. de confess. maleficor. edit. vltima*. Sic etiam sentiunt cuncta tribunalia Ecclesiastica Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Galliæ: sic semper Apostolici Inquisitores in praxi obseruarunt: ergo hic est sensus, hoc iudiciũ Ecclesiæ; à quo dissentire non est cordis sincerè Catholici, sed hæresim sapit. Mihi quidem, qui Ecclesiam non audiunt aliquid definitem, pro Ethnicis sunt & profanis 4. tales si à malitia, certè nequeunt excusari à stupore ac stolida temeritate ac præsumptione. Non à stupore & stoliditate; quia negant posse fieri, quæ recta philosophia & Theologia fieri posse conuincit (*vt ostensum lib. 2. & 3.*) vt quia negant facta, quę vbique, & omnes ferè se fieri vidisse, & esse expertos, homines fide dignissimi contestantur: quod sapientum iudicio desipere ac insanire est: quia nihil velle credere, nisi quod proprijs oculis adspexeris, signũ est stoliditatis, vel proteruæ obstinationis, quæ, qualis ipsa est, ceteros putat, mendaces, fungos, & leues in credendo. Leuis est corde qui citò credit, sed cordis nullius & frontis ferreæ qui communi virorum proborum & sapientum assertioni non credit. Nec à præsumptione queunt excusari; quia ipsi ius vsurpant definiendi an aliquid sit hæreticum, necne; quod non ad Iuristas, sed ad Thologos; non ad Parlamenta aut subsellia laicorum, sed ad Episcoporum conuentus & Synodos pertinet: immò præferunt suam sententiam sententiæ Inquisitorum fidei, & Pontificũ Romanorum. Nam cum isti censeant nõ esse illusoria quæ striges confitentur: nostri aduersarij Vvierani contendũt, deceptiones esse & pro illusionibus habenda. Planè vltra crepidam sutores: & perinde faciunt, ac si lictores & alij iudicum executores, iudici diceret eum male iudicasse, & se sententiæ opponerent. Nam in causa hæreseos Iudices laici reuera tantum sunt executores sententiæ per Ecclesiasticos iudices latæ. Quando enim Ecclesia definiit, verbi gratia, qui negat transsubstãtiationem panis in veram carnem & sanguinem IESV CHRISTI in Eucharistia, hæreticus est, & pœnis hæreticorum plectendus. Tum rudex sæcularis tantùm cognoscit de facto, an Petrus hoc neget. Si Petrus dicat se negare, partes iudicis sæcularis non sunt aliæ, quam exsequi in hoc homine, quod Ecclesiæ decreto statutum: & tenetur credere, talem verè hæreticum esse. Sic quando Ecclesia definit striges nostras vt verè crimine fas puniendas; non licet laico magistratui hanc sententiam eludere, dicendo hanc quæ fatetur delusam; sed ritè confitentem debet condemnare.

Nec etiam effugiunt notam temeritatis, tum iisdem ex causis; tum quia, cùm nudi iuristæ, vel medici sint, tamen audent sibi arrogare declarationem determinationis conciliorũ circa fidem; quæ auctoritas non competit nisi prælatis Ecclesiarum, idque de consilio Theologorum; quib. Prælatis solis concessa facultas canones fidei condendi. Aduersarij verò contendunt d. canonem Episcopi pertinere ad striges nostras, & ideo illo Canone decidi has deludi: Pontifices autem, quos nominaui, declarant illas non deludi, nam iubent Inquisitoribus, vt in striges, tanquam verorum criminum reas rigorem legum contra hæreticos latarum exerceant; nec tamen Canonem Episcopi antiquant, nec vllus eum ex Decreto tollendum

iudicat:

iudicat: ergo satis declarant se censuisse, nihil hunc canonem ad striges pertinere, alioquin eum abrogassent. Eodem modo eum intelligunt Inquisitores fidei, qui semper ex doctissimorum Theologorum & Canonistarum numero deliguntur. Nonne temerarium est contra hos omnes suo iudicio, in re tam graui, & adeò periculosa sibi & reip. niti?

Vltimam denique conclusionis nostræ partem; *videlicet sententiam aduersariorum nec veritati, nec rectæ rationi esse consentaneam*; probo, quia veritati consentaneum esse nequit, quod iudicio Ecclesiæ, & Pontificum declarationi repugnat, vt facit sententia aduersariorum. Nam Ecclesia est columna veritatis, & Pontifex Romanus est lingua seu os Ecclesiæ, cui est promissum à veritate, *Non deficiet fides tua*. Quod verò veritati consentaneum non est, id rectæ rationi nequit esse consentaneum. Præterea ex ipsis sectæ illarum Dianarum circumstantijs; non prorsus excæcatis; statim apparet, quàm diuersa fuerit illarum secta, à nostrarum strigum secta. 1. illæ credebant plures esse DEOS, Dianam, Herodiadem &c. nostræ strigæ non nesciunt se Diabolum venerari, & ei debitũ vni DEO se honorẽ deferre. 2. illæ profitebantur quædam prorsus impossibilia, vt equitare cum Herodiade, quę nequit ex inferno egredi; & cum Diana Dea, quę nulla est: nostræ nihil fermè confitentur, nisi quod, citra miraculum, fit possibile. Si dicas, Seuer. Sulpitius *lib. 1. de vita D. Martini* scribit ei vmbram tetram Latronis, quæ ex inferno prodierat apparuisse: sic ergo posset Herodias inde prodire. Resp. non rectè id inferri. Nã quoad Latronis animã potuit id Deus permittere ad falsi cultus destructionem: si verò inde Herodias prodijsset (quã illæ misellæ credebant esse veram Herodiadem) id foret ad falsi cultus cõfirmationem, quod Deus nũquã permitteret. 3. illæ credebant quòd cum Diana proficiscerentur: nostræ quod cũ suo magistello seu martinetto dæmone: in quo illæ fallebantur, nostræ non falluntur. 4. illæ omnes putabant aliquid veri Numinis & diuinitatis inesse creaturæ (nam in hac re diserte canonis decisio fundatur, dũ ait; *quia huiusmodi mulieres aliquid Numinis & diuinitatis, extra vnum Deum arbitrantur*) nostræ striges vix vllæ hac ignoratione vel errore ducuntur. 5. nostræ expresse renunciant Deo, & professioni fidei, quam in baptismo ediderunt, offerunt dæmoni asseruatã eucharistiã: cõculcant cruces, & alia multa faciũt sacrilegia; quorum nihil illis alijs mulierculis impingitur. 6. miseceri se carnaliter cum dæmonibus fatẽtur; quod non aliæ. 7. nostræ conficiunt & vtuntur maleficia; pecudes, hominesquè, præsertim infantulos necant; & fruges procellis perdunt. quorum nihil de alijs illis legitur. 8. nostræ conspirant cum Satana in humani generis perniciem; qua de re nihil est in d. cap. Episcopi. 9. nostræ baculo, vel olla, vel quo alio vtensili inter tibias sumpto, per aerem vehuntur, & interdum pedibus iter conficiunt in itu ad conuentum, & reditu domum; secus ac illæ quæ tantum super bestias se dicebant omnes equitare. has & similes alias differentias facilè quilibet colliget, ex confessione illarum, in d. c. episcopi, & nostrarum strigum in actis iudiciarijs, vnde appareat sine iusta ratione aduersarios ad nostras d. c. porrigere. 10. argumentatur Bernar. Comens. *in Lucerna inquisitorum in c.* 4. tẽpore cõcil. Ancyrani secta strigum videtur nondum nata fuisse; ac fortassis nec Gratiani tempore, qui anno demũ 1150. vel circiter (*Sic glos. c. cum post appellationem §. forma uero. 2 q. 6.*) decretum compilauit. Nam prædicta secta strigum videtur pullulare cæpisse, paulo plus quàm à centum quinquaginta annis, vt ex Iaquerio & antiquis Inquisitorũ processibus apparet: idem asserit eo loco Franc. Pegna *in addition.* Sanè vetustiorem Iaquerio, de strigibus in terminis ac clarè loquẽtem, haut scio an alium inuenias: ille autem nondũ centum quinquaginta annis deuixit. Quo igitur pacto *c. Episcopi.* de tam diuersis, tam diu post secuturis hæreticis egisset?

set? nam easdem non esse illas mulierculas cum nostris; sed in multis multum discrepantes, iam ostensum.

Vnde etiam fit manifestum, veritati ac rationi consentaneam esse sententiam contrariam eorum, qui *d. c. episcopi*, volunt non pertinere ad eas de quib. nunc agimus strigas: quę est planè cõmunis Catholicorum sentẽtia, in primis eorum quos citauit Pontificũ Romanorum, *Innocentij, Hadriani, Iulij & Clementis*; & Episcoporum vel Cardinalium, *Turrecremata in d. c. Episcopi Alph. Tostati, in Matth. c. 4. q. 47. Simancæ Episcop. Zamorensis Cathol. institution. tit. 27.* & fidei Catholicę inquisitorũ *Iaquerij flag. Fascin Sprengeri Mallei malefic. p. 2. Nideri in Præceptorio præcep. 1. cap. 11. q. 4. Bernard. Comens. in Lucern. Inquisitor.* & magistrorum sacri Palatij *Siluestri Prieratis, de strigimag. lib. 1. c. 14. & lib. 2. c. 1. & 4. & Spinæ, de strigib. c. 1. cum seqq.* & aliorũ grauissimorum tam Iurisconsultorũ quã Theologorum, si non omnium, certè tot ac tantorum, vt eorũ comparatione aduersarij meritò nulli censeantur, nonnullos nominabo, *sic Ioann. Grassus cons. de strigibus Augustin. Botta de Saulliano, de eadem re alio cons. Bernard. Basinus select. de artib. Magic. propositio. 9. Paulus Girland. de sortileg. q. 7. & post accuratam disputationem Arnold. Albertin. de agnoscendis assertionib. haret q. 24. à nu. 13. maximè nu. 24. qui multa argumenta in contrarium adducit, quibus egregie ipsemet respondet. Francis. Pegna commentar. 68 in directorium Eymerici, & idem in Annotat. ad Ambrosium de Vignate tract. de hæres. q. 12. ubi etiam accuratè ostendit, Ambrosium illum à nobis non dissentire, & si dissentiret eius opinioni nõ stãdum: Marquardus de Susanis tract. de indeis & alijs infidelibus cap. 13. nu. 28. Io. Maior. in 2. c. 14. q. 3. Barthol. Sibyllanus. 3. Decad. Mirabilium, c. 7. q. 4. Franc. Victoria relect. de Magia q. 7. Alfonsus à Castro lib. 1. de iusta hæret. punit c. 16. Sixtus Senens. lib. 1. bibliothe. Sancta, annotat. 73. Pet. Binsfeldius Suffragan. Treuirens. de confessio. maleficar. an solutione argum. ad primum mihi fol. 347. Michaelius in Pneumatolog. & Franc. Picus lib. 3. dialo. strix, & omnes quos citauimus superius hac sect. 16. lit. V.*

Restat respondeamus obiectionibus aduersariorum supra allatis.

Ad primum dico quædam esse similia mulierculis illis cum nostris strigibus; sed in præcipuis, maximè quæ sunt fundamenta & bases *dicti c. episcopi* discrepare. immò nec in his, quæ ponit argumẽtum conueniunt. nam nostræ non tantum noctu, vt illæ; sed etiã interdiu vadunt ad cursum, nec vnquã cum Diana vel Herodiade se putant, nec super veras bestias vehi, nec semper equitant, nec Dianæ, vel Herodiadi obtemperant: nec ignorant præsidem conuentus esse Satanã *ui. sup. uers. vltimam denique*. Ideo hic non procedit argum. à simili, nec extensio Canonis, cuius verba non conueniunt nostris strigibus, nec dispositio, quia nostræ non credunt totum quod illæ asserebant: quod totum complexum in canone illo damnatur; nõ verò credulitas, quod à dæmone in alium locum corporaliter queant trãsferri, quę nihil habet commune cum opinione infidelitũ, vt dicti auctores optime ostendunt, maximè Albertin. *d. loco num.* 25. & ex hac extensione magnum contra philosophiam sacram prophanamq; absurdum sequeretur, vt doctũ abundè. Nauarri auctoritati iam respondi, eum aliter intelligendum, *vide lib. 2. q. 16. lit. A.*

In 2. obiectione supponitur minor falsa: nam falsum esse ostendi nostras strigas credere similia his, quæ in d. c. Episcopi damnantur.

Ad 3. quoq; resp. vel nullas, vel vix vllas Lamias hoc credere. Solet enim in cõfessionibus suis dicere, se alijs videri tales; ipsę autem sciunt se trãsformatas non esse. Quod si rudiores aliquæ id, vt Lycanthropi quidam faciũt putent: fateor tales à dæmone, quo ad hoc punctum, delusas esse: tamen si hoc pertinaciter teneant, dico ex hoc c. Episcopi, illas vt hæreticas debere damnari: vt rectè censent Ambrosius de Vinante, Albertinus, Pegna & alij.

Ad 4. Resp. primò, incertum esse, de qua secta mulierum Burchardus loquatur. Nam Burchardianæ eodem modo, quo illæ Gratiani, deludebantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, nempe circa præsentiã Herodiadis aut Dianæ: nostræ verò circa sui dæmonis, tam vectoris, quàm incubi, & Præsidis in conuentu, non decipiũtur: sciunt. n. ipsummet esse. Pleræque ét norunt discernere, quando id vigilantibus verè, & quando somniantibus per imaginationem contingat. Deniq; notant loca, personas, & reliquas omnes circumstantias, & de his in confessionibus suis tam noxij, quam innoxij, in testimonijs conueniunt: quod delusionem oẽm excludere satis vberrum ostensum. Nostræ quoque quoad transformationem, non credunt se cũ hominibus veris rem habere, sed cum dæmonibus in corpore formato vel assumpto. Item sciunt distinguere inter veros homines qui choræis intersunt, & inter dæmones illis permixtos. Iõ possumus negare Burchardum de strigibus nostris loqui; quarum secta diu post adhuc ignota mansit. Secũdo dubium est quo pacto Burchard. accipiat illud; *necessariò*. Nã si de necessitate absoluta, vt velint nolint cogantur eò in bestijs aduolare; perspicuum est eũ de nostris non agere; quæ, si nolint, eò non deuehuntur, sed domi manẽt, sed postea pœnam aliquã absentiæ luunt. Si verò intelligit necessitatem conditionatam, v. g. debent ire, si nolint affligi: malè id adscribit infidelitati. nã res ita se habet de facto. Si capit de necessitate morali, v. g. quòd putent se peccare nõ eundo, & ideo ire debere: hoc nihil attinet ad nostras, quæ sciũt se peccare eundo, non verò remanendo. Et sanè toto illo capite nihil proponit Burchardus has sentire, qđ rectè fidei repugnet, iuxta iam à nobis demonstrata. Nec mirũ hac in re illũ errasse, qui in eodem capite halucinatur circa tempestates ciendas, & maleficium amoris odijque, vt ostensum *lib. 2. & 3.*

Ad 5. arg. ex resp. ad 4. patet solutio.

Habent aduersarij plenam (ni fallor) *d. c. Episcopi* explicationem quam velim eos perpendere, sine proteruia aut pertinacia; quæ faciunt, vt videntes nihil videant.

SECTIO XVII.

De libris Magicis.

NEc possunt ad hæredes transmitti, nec legi, nec retineri; sed sunt igni tradendi; *a* Vt iure antiquo cautum, & in primitiua Ecclesia obseruari solitum; *b* & hoc renouatum edicto Pij IIII. & Clementis VIII. Pontif. in regg. quas præfixerunt Indici *lib. prohib. Reg. 9.* INTELIGE præterquã ab illis; quibus prohibitorum librorũ generalis lectio, in bonum publicum, Põtificis Max. auctoritate fuerit concessa. *c* Solis Pontificibus reseruatum est, hanc licentiam largiri, *d* & quib. ipsi hoc permiserunt; vt nominatim omnibus Inquisitoribus fidei, & eorũ commissarijs, pro tempore existentibus: Episcopis verò, eo solo quod Episcopi sunt, hæc licentia legendi libros prohibitos non cõpetit, vt docet Penna, *e* & hoc fuit à Pio V. quibusdam Episcopis diserte responsum. Sunt autẽ tales libri, non auctoritate propria comburendi, sed potius deferendi ad inquisitores. Qui eos retinent, nisi deferre parati sint, non sunt absoluendi: & hæc absolutio reseruata est habentibus potestatem absoluendi à casibus bullæ cœnæ Domini; & ab aliis impẽsa absolutio, nulla est & inualida. sunt etiam tales retinentes vehementer de eadem hæresi suspecti; *f* si libri sint ab alijs compositi. Nam si ab ipsismet compositi forent, plenè conuincerentur, & dãnari possent vt hæretici magi; *g* si tamen faterentur à se compositos, vel à se scriptos, vel ab alio se dictante scriptos, nec quicquam causari possent quod eos ab hæresis crimine tueretur. *vide de hac re bene loquentem Siman. in prax à nu. 3 tit. 39.*

Idem quod inquisitorib. fidei, quo ad librorum horum vsum puto esse publicis Librorum Censoribus Ecclesiasticis: non verò DD. quia Doctores sunt, nec Parochis quia Parochi. quod diligẽter notandum, etsi in multis locis periculosè Parochi & DD. hoc ius sibi vsurpent.

a *l. ceteri. D. fam. herc. l. manife. C. de mat. C. de episc. audit.*

b *Alex. 19. n. 19. fol. segq. & D. Aug. tolle. tur in fol. LXI. in fi. Damasc. de Barbam et Iosa c. 32.*

c *Eymer. c. 43. nu. 1. & Peña in comment. lit. C.*

d *Iul. III. in bulla, cui meditatio cordis.*

e *Ad Dian. rect. Inquisit. p. 2. cap. 6. Comment. 5. fol. 91.*

f *Hæc omnia sunt dicenda post Ignatij Franc. Marchi & alios ipsi Gom. & Clarus. locis dictis, Couarr. lib. 2. resol. c. 1. Siman. d. tit. 62.*

g *Arch. in And. Diac. c. filij de hæret. vet. in 6. Sylu. man. fol. 323. Carer. de hæret. me. 125.*

SECTIO XVIII.

De Eucharistia morituris prabenda.

COnsuetudo multis locis est maleficis ad mortem damnatis denegare viaticum corporis Dominici; quæ consuetudo tolerari potest, propter Sacramenti reuerentiam, illis locis; vbi post sententiam statim reus morti traditur. Locis alijs, vbi pridie sententia fertur, & postridie reus interficitur, etiam consuetudinẽ hanc admittit Nauarrus. *a* Sed oino putarim, tunc reis præbẽdam cõionem, nisi quid aliud obstet: nempe dummodò Catholici sint, & verè pœniteant. probatur hæc sententia iure Pontificio, *b* & ciuili, *c* & DD. auctoritate, *d* probatur & ratione. qa consulendum eius animæ, cuius corpus traditur ad mortem: neque hoc est dare Sanctum canibus. pœnitens enim iam Deo amicus est, & non canis. Nec dedignatur Christus eum inuisere, pro quo mori dignatus fuit in cruce.

Item ad hoc requiritur, vt reus sit ieiunus. non enim idem obtinet in ægro morituro, & sano morituro, vt optimè docet Nauarrus: *e* & vt tantum temporis inter supplicium & cõmunionem intercedat, vt species sacramentales sint verisimiliter cõsumptæ, ad quod non dubito cum Nauarro, *f* quatuor horas sufficere. confessio Sacramentalis nunquam reo, ne immediatè quidem ante mortem, deneganda: *g* contra vnctio extrema reis nunquam concedenda. *h* Semper autem cauendum, ne post Eucharistiam, vel cõfessionem quilibet reũ inuisat, & inebrietur, vel alia fiãt piam mortem & seriam pœnitentiam impedientia; qua in re hic in Belgio, & Germania superiore multum & frequenter peccatur.

a *lib. 5. consil. 16.*

b *c. quæsitum. 13. q. 2. c. super eod. de hæret. in 6 Matth. Petrus Pius V. super hoc edito.*

c *Sãctione criminu. Caroli V. a. 79*

d *gloss. & DD. in Clem. 1. de pœnit. Turrecrema. in d. quæsitum. Anfrer. de potest. Eccl. super Iure. Sal. Clar. d. q. 99. nu. 3. Bimfeld. tit. 2. dub. 3. multes elegantè. Rod. cas. 16. Manual. c. 25. n. 23. & Nau. nu. 23.*

e *Clar. d. nu. 3.*

SECTIO XIX.

An corpus sepeliendum?

SEquenda in hoc regionis consuetudo, quoad illos, qui à Carnifice iuxta tenorem sententiæ sunt interfecti. *i* Quoad alios, qui sententiæ executionem morte præuenerunt, notandum primò huius (vt & hæresis) excepti criminis naturam esse, vt morte non finiatur, sed contra mortuũ procedi in eo possit; *k* & in locis vbi bona confiscantur, potest etiã post mortem agi ad bonorum confiscationem; sed vbi talis consuetudo non est, saltẽ ad memoriæ damnationem; *l* & corpus sepultum cõdemnatum posset exhumari, & ossa comburi. Qui duranre reatu sibi mortem conscíuerunt; ij non sunt sepeliendi Ecclesiastica sepultura, *m* sed cadauer deberet à iudicibus in furcam agi. Si objcias cõtrariam sententiam communiorem, quoad vltimum membrum, nempe non posse iudices in corpus in carcere mortui sæuire, illud suspendendo, vel cremando. quia crimina & eorũ pœna morte extinguuntur. *n* Respondeo hanc rationem locum nõ habere, quando moriendo nouum crimen cõmittitur, & ipsa mors crimen est: crimine enim nec crimen, nec criminis pœna potest extingui. Hæc me causa impellit, vt à communi sententia recedam. Deinde plerique censuerũt, & optimè, in atrocioribus criminib^s, rectiùs esse adhuc cadauera puniri, cũ grauissimo cum scelere, se debitæ pœnæ reus conatus fuit subtrahere; & cõsuetudo ferè generalis comprobauit hanc praxim cadauera talium puniẽdi, ad aliorum necessarium exemplũ.

i Eos autem consanguineos, & amicos, qui reis in carcere venenum, vel cultros suppeditant; vt violentas sibi manus inferant ad ignominiam euitandam, in quos meritò DD. inuehuntur, *p* nõ dubito teneri lege Cornelia de Sicarijs.

1 *Gome. to. 3. c. 14. nu. 8. Clar. §. vlt. q. 100. num. 1.*

k *Gome. d. tom. 3. c. 1. nu. 80.*

l *Gomes. sup. Clarus q. 52. n. 14. Siman. in prax. tit. 62 & titu. 56.*

m *c. placuit 23. q. 5. & ibi gloss. & DD.*

n *vide Clarum. d. §. fi. q. 51. n. 15 & Gomez. supra n. 71. & Menoch. de arbi. iud. cas. 285.*

o *latè hæc ostendunt post Ignatij, Frã Marchi & alios ipsi Gom. & Clarus. locis dictis, Couarr. lib. 2. resol. c. 1. Siman. d. tit. 62.*

p *Marsil. singula. 150. Menochi. d. cas. 285.*

Si verò non vi sibi illata, sed ægritudine, vel debilitate, aut incommoditatibus carceris morerentur ante sententiam; in his ego prorsus sequerer communem illam sententiam; adeo vt si in talem, non legitime cõfessum aut conuictum, iudex sæuiens, eum non patiatur Ecclesiasticæ tradi sepulturæ, peccet Mortaliter, & actione in iuriarũ cõueniri à proprinquis defuncti possit. *a* Poterit tamen iudex fine re corpus sepeliri cum protestatione, & litê cæptam contra mortuum prosequi, cuius ad defensionem ijs, quorum interest; vt in hæresis crimine seruatur. *b* Sed quot annorũ spacio curri ius contra mortuum agendi? putarim in hoc crimine quoad bonorum confiscationem non posse agi, post annũ quadragesimum; ad memoriam tamen damnandam, adhuc agi posse, *c* iuxta ius Canonicum; sed ciuile videtur quinquennij tantum spacium exigere; *d* cui in foro ciuili standum.

a d. c. plaut. & c. ex parte de sepult. Alleuic. Ang. & alij in l. 1. §. quitiet. D. de minor. neq; hac in re praxim cõtrariam proferunt DD. supracitati: sed omnes volunt vna nimiter quo ad hoc iura seruari.

b Aegid. Bellamera decis. 677. & 678. cũ seqq. Alberti. rubr. de har. Simanca. d. tit. 62.

c Bruna de haret lib. 5. c. 17. Simanc. supra nu. 7. ex. vlt. de præscrip. in 6

d l. 2. C. de apostat. & ita glos. in l. Manichæos. in verb. subire. C. de hær. & est commun. teste Gomes. supra n. 81. quem sequitur Clarus d. num. 14.

APPENDIX AD LIB. V.

HI Saddã, quæ ad me V. Cl. Petr⁹ Oranus scripsit quinto Kal. Decemb. 1599. & adiungam ex rebus alibi iudicatis nonnulla, quæ sõlius Parisiensis Curiæ iudicatis non immeritò præferantur: quamquam nec Duareno (cuius in scholis, quam in subsellijs, maior laus) satis credam hoc Parlamenti illius cõstans esse indicium, sed fors illum arresta aliqua decepere; quæ alijs, ipsi nõ notis, fundamentis innitebantur. Orani verba sunt:

In Magicarũ Disquisitionum Tomo primo, aduersus Alciatum nostrum, strenuè decertasti, depulsionẽque plena atque solida, errorẽ notasti, & confutasti. demiror doctissimum Alciatum nõ tantum in Parergis, verum etiam in Recitationibus ad Decretales Pontificum in eo errore perstitisse, sic autem scribit. *a*

a in c. pernicioſa. nu. 66. de offic. & poteſt. ordinarij.

In contingentia facti vidi quamplurimũ dubitari, Inquisitor pronunciauerat contra quandam mulierem ac tradiderat Iudici seculari; hic ad partis inflantiam vidit processum, in quo continebatur, quod hæc mulier confecerat pocula quædam amatoria; & sibi contra eam erant indicia quarundam mulierum; quæ dicebant quod in quodam luſu nocturno cũ dæmonibus viderant ipſam mulierem ludentem, ac ducentem choreas; ipſa verò negauerat omnia, & fatebatur se esse catholicam: sibi dictum quod Iudex secularis non deberet exequi Inquisitoris sententiam ex defectu iurisdictionis, quod in illo processu Inquisitor non poterat cognoscere. nã quod ad pocula amatoria; clarum, illud delictum non esse hæreticum, nec eius cognitionem ad Inquisitorem spectare. b *neque enim est credẽdũ quod ẽt ipſa vere fuiſſet in luſu nã quãuis credatur ſocijs criminis in tali delicto; attamen illud non est trahendum ad ea, quæ vere non videntur, sed per illuſionem dæmonũ,* c *præsertim cũ illa participes criminis essent mulieres, quæ regulariter nẽ admittuntur in causa sanguinis;* d hæc Alciat⁹.

b *Paurm. in c. 1. de ſortilog. per totũ. accuſat⁹ de hæreſ. in v.*

c *c. epiſcopi 26. q. 5.*

d *cap. 3. de teſtib. 8. libro. & Sueton. multa Auguſt. c. 33.*

MI DELRIE, ex vno errore, in alium labitur Alciatus, siquidẽ Pontifex Maxi. *e* in accusatione etiã mulieres audiri rescripsit, nõ quaslibet; sed conscias, & participes eius criminis, ac facinoris; & audiri non tãquã accusatrices, sed tanquam testes; certum enim est conscias haberi pro testibus, audiri, & examinari tanquam testes: quin etiam generali consuetudine comparatum, vsurpatum atque receptum, vt eiusdem criminis, & facinoris socijs credatur, si sanguine suo, id est morte, accusationem suam signauerint, & roborauerint.

e *in d. c. 5. F in l. regia. ti. §. 1. de quæſtionib. & in l. vlt. C. de accuſat. & in c. nullus. 15. q. 3.*

Et quod traditur *f* Reum criminis non interrogari de cõscientia alio rum; quod qui sibi non pepercit, multo minus alteri parciturus sit: *g* id intelligendum est de cofessis, non cõuictis; hos enim aduersus conscios, socios,

f *in l. regia. §. 1. de quæſtionib. & in l. vlt. C. de accuſat. & in c. nullus. 15. q. 3.*

g *l. vlt. & fin ante. C. de bonis eorum qui ante ſententiã &c. Emilius decisione 292.*

a in l. d. Hadrianus §. 1 decuſſo duarorum. b c. 1. de cõfeſſis.

eios, & participes criminis interrogari manifesto iure probatur: *a* immo & confessum interrogari in criminis læsæ Maiestatis *b* in aperto est tale autem crimen est sortilegij, & magiæ. Tu dices rerum capitalium apud Stabulẽ ses, sortilegas conuictas, nec cõfessas, proscribendas, non damnandas capitis vel ad rogum contendebant; ac ne quidem, si in flagranti crimine comprehensæ essent; sicq; apud eos more maiorum vsurparum: verum auctorã te Principe iactatam consuetudinem, & abusum abrogauimus. hoc enim nec ius admittit, altero contentum; vt vel cõsiteatur vel cõuincatur Reus. *c*

c l. qui ſententiam. de pœn.

Scio asperrimum *crimen paricidium* (quod Seneca, *d* & Quintilianus *e* *nefas vltimum* vocant; eoq; sensu in Regem adtentatũ, *vltimum facinus*, Quintus Curtius appellat) *f* non vindicatum acerbissimo illo supplicio, more maiorum ẽt in cõuictum & manifesti paricidij Reum; nisi si vltrò confitere tur, nec confessionẽ fuisse extortã tormentis; *g* tñ nihilominus conuictus, capitali pœna vti homicida coerceba tur, ea fuit lenitas Augusti, nolens paricidij pœna plecti nisi confessos, nec Augustus sua interrogatione, CERTE PATREM TVVM NON OCCIDISTI? viã salutis, & liber tatis Reo aperuit, vt voluit Casaubonus; *h* sed benigna interrogatione ab nutiuũ responsum elicere voluit; ne conuictus, non tñ confessus, pœnã paricidij sustineret. tam horrendum facinus paricidij vix credidere patratũ veteres; nisi si paricida se suo iudicio, & iudicio conuinceret.

d l. 1. de Clement. c. 23. e decla. 377. libro. 8. hiſto. f Sueton. multa Auguſt. c. 33.

g in no. ad Suetonium d. c. 33.

Quod verò Alciatus scribit, aduersus diuinationes, & incantationes, Inquisitores incongruos, & incompetẽtes esse iudices, qð diuinationes, sortilegia, ac alia id genus, species sint falsæ Religionis, nulla tñ dogmata fidei Catholicæ contraria contineant; hoc simpliciter verum non est, si enim Diuinator, sortilegus, inuocauerit, & adorauerit dæmones, spem in eos ac fiduciam posuerit; sacrificia ac preces eis obtulerit (quod vtrq; faciunt sortilegi, & venenarij) recte pro sua iurisdictione inquisitor inqrit, & ita post Oldradum, *i* & Iasonem *k* resoluit Conradus Brunus.

i cõſ. 208. k in l. huiuſmodi de legat. 1.

Demiror Gallos doctissimos errationem Alciati insectatos. Franciscus Duarenus, *l* sic de sortilegis scribit: *de amicidis horum temporum quæ uolitare per aera, & nocturno tempore saltare, & choreas agere dicuntur, quæritur? Et solent plerique Quæstores in eas acerbius animaduertere, & ius & ratio postulet, cum Synodus Ancyrana desiuerit quædam esse quæ à cacodæmone multarum mulierum mentibus irrogantur; itaque Curia Parisiensis (si nihil aliud admiserint) eas absoluere ac dimittere merito consueuit*, hæc ille.

l in tit. ad legẽ Corne. de Sicarijs.

In eandẽ sententiã ita quoq; Petr⁹ Erodius; *m* *nuper exciture apud Valeſes, & Cenomanos vltimos nostrorum Audium; qui ex hoc maleficio damnati sunt, & quos in tormẽtis audio confessos; se satris (quæ sabbata nuncupant) vrituatim initiari, tũ Christianissimum abiurare & profiteri paganismũ, deinde à tergo notari signis, postremò donari pulueribus & medicamentis, quibus & brutis & hominibus officiant; itaque alios tale quid conficere, nonnullos urinam sistere, quosdam arceri à cœnubitu, an id effici possit, ut persuadere uelint hominibus intactis, nidebimus prout res incidet, durat in hodiernum diem hæc, seu magorum, seu sortilegorum pernicioſa factio, nisi quod ea non amplius philoſophorum aut honestorum uirorum sit, sed rusticorum & idiotarum; quæ res (inquit) iuuenili vanitatem adiecit.*

m lib. 5. rerum Iudicatarum. tit. de male. c. 11. editio. 2

I. ẽ alio loci *n* à sanguine sortilegorũ, ex Ammiano Marcellino abstinendũ contendit, quod multa in hoc genere vana sint, multa non nociua, multa infaniæ coniuncta, multa miserãda; & si hæc deliria humana aliquã pœnam merentur, mitiorẽ vult adhibendã, vt n. furiosus satis ipso furore punitur, ita sortilegus vana indagine.

n lib. 3. rerũ iudicatarum. tit. de male. c. 14. editione poſtrema. Nihil neceſſe. nã nõ probat quicquã ſed Hippiã tantũ agit, et, cuius causam rei ignorat, contendit eam nõ fuiſſe.

In eundẽ errorem delatus Michael Montanus libro tertio *periclorum*, seu *tentamentorum*, (Lipsius noster *gustus*, Auctor verò operis, *Essais* vocat) *capite undecimo*, tit. *des Boteux*: Curassem ab Amanuensi meo describi, nisi Lipsius in libraria sua haberet; à quo, si voles, legendum accipies.

Contra Matthæus Cognerus, Sena

tor Regius, *a* sortilegos tanquam homicidis nequiores, naturæ humanæ inimicos omnimodo puniendos cõtẽdit. & dirius, seueriusq; in eos á Magistratu animaduertendũ: quod & ipsum firmat doctissimꝰ Theologꝰ Claudius Espenceius; *b* magiam proscribere (inquit) sceptri magistri, quã stili, & eo loci multa de magis, prestigijs & incãtationibus.

Quin etiam Franciscus Hotomannus in sortilegos animaduertendum consultus respondit. *c* Et si forte nõ fit plene probatũ delictũ sortilegi, tñ sufficere publicã vocem, & famam in loco, vt possit quæstionibus subijci; quod omnium impietatũ atq; scelerũ a Satana repertũ scelꝰ & maxime abominandũ sit, propter expressam abnegationem & renunciationẽ Christianæ Religionis: deinde propter fidem & hominũ quod diabolo præstatur: & propter exitiũ quod ista maledicta diaboli mancipia mortalibus inferũt; cuius rei causa, leges ciuiles humani generis inimicos, & hostes communis salutis appellant. *d*

Idẽ Hotomãnus, *e* in morbis curandis magã qua de consulebatur non modo circulo, verum etiam certa hac verborum formula vsam fuisse refert, *d' ainsi que Dieu a vn, & charite a foy, & le pain n'a faim, & l'eau n'a soif, & le feu n'a froid fais, sau, en oisy parte d'icy dedãs*, quod magicum carmẽ (exorcismi formulam impie Hotomannus vocat) *f* Constitutionibus Imperatorum damnatum legimus. *g* eos enim qui susurris, & carminibus istis vruntur, quam pernegent, testibus tamen grauatos eculeo dedendos, vnguliſq; sulcantibus eorum latera tondenda, pœnas proprio dignas facinore.

Quod vero Alciatus, Brodius, & alij; sortilegos ad sabbata proficisci, ferri per caminũ, nigrum hominẽ vel hircum adorare, tripudiare vnà, atq; vngueta pulueresue dari quibus aut transferãtur, aut solo etiam flatu alios tabe conficiant; deridicula & insomnia esse putant, & ad sui dicti cõfirmationem, aduocant Decretum Patrum in Concilio Ancyrano; solide abs te confutatũ est, vt & hoc ipsum præstitit Sebastianus Michaelis Theologiæ Doctor: *h* neq; adhibẽdam magẽ fidem Ioanni Baptistæ Neapolitano, *i* quã Apuleio Africano, vtrũq; enim fieri posse reipsa, & opinione, ideoq; a particulari ad vniuersale nullã esse consequentiam.

Ioãnes de Vaux Stabulensis monachus, inter alia recitabat indicendæ congregationis (ita enim vocabat) flatos condictos dies; vbi nocte intempesta ad destinata loca sodalitas comparebat; quæ dæmoni in forma hirci adparẽti adorationes genibus submissis faciebat; ijsq; in locis exstrui mensas epulis & cibis bonis, beneq; sapidis (neque enim inanes mensas fuisse) & primę mesę honoratiores cum vxoribus (quos *les braues hommes* adpellari referebat) accubuisse; primæ mensæ maiora subsellia, Belzebub, Astarot (hæc est Venus, & Ioannis ipsius succuba) & Leuiatan occupasse; secũdis & tertijs mensis interfuisse ẽt plures dæmones sine nomine; bibi ad sanitatẽ Belzebub, epulis exepta fame, mensisque remotis, in promiscuos cõcubitus & amplexꝰ ruit; in recessu accipi á dæmone pulueres spargẽdos in aera, ad fruges, vineas & segetes inficiendas, & ipsarũ pulueribus, ventorũ turbines & tempestates spurcissimas excitatas.

Non ignoro Senecam, *k* hæc nõ probare, sic enim ille, *Apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantassit: rudis adhuc antiquitas credebat fructus posse excantari, adtrahi imbres, & repelli carminibus; quorum nihil posse fieri tã palã est, vt huius rei causa nullius sit hic sophistæ Schola intranda sit*: sed hoc Senecæ dictum, vt erroneum conuicijs.

Florimundus de Remundis, *l* refert apud Burdigalẽses capitulum generale per sortilegos indici tolere diebus Mercurij & Veneris mensis cuiusliber, ita enim confessos sortilegij criminis Reos.

Sebastianus Michaelis in *Pneumalogia*, seu, *en son discours, des Esprits, scholastique*, scribit; *les sorcieres estre, trãsportez a vn lieu en l'oultre par Sathan pour leurs & heures le tendy enuiron la minuict; auquel*

seulemẽt ils sont transportez comme treslous ont conuenu en cela & confessé. Pentestre, (hanc rationem ille subijcit) *pour ce que le diable veut auoir les premieres, & estre recognu au premier rang de la semaine. Car les Turcs celebrent le vendredy, le Iuifs le Samedy, les Chrestiens le dimanche; & quãd a luy ils' est mis deuant tous pour auoir la premiere celebration.*

Quod de Pasete, natura molli, sed magia omnes superante ex Sudæ historicis refers, idipsum inter adagia sua Brasmus retulit, ad quem, cum quid emeret, & rei pretium venditori numerasset, nummus perpetuo redibat. idem carmine magico, conuiuũ repente partibus omnibus instructũ ac sumptuosum exhibebat, quod statim si libuisset euanescebat: potuit conuiuium fuisse verum non simulatum, fascinatum & imaginarium; cuius rei fidem faciunt conuiuia quibus adfuit Ioannes de Vaux interfuit; cuius confessio ab alijs quoque magicis & sortilegis probata.

Tempore Reuerendiss. *Georgij Auscriaci Epis. Leodicens.* (bonæ memorię) magister Hugo Burlettus chirurgus insignis, & a medicis laudatus, multum similia factitabat; vtuaque extraria Roma, ex Hispania, & alijs ex locis reipsa in mensa omnibus demirantibus repræsentatis poculis exhibebat: vtuunt adhuc horum actuum testes compertæ fidei, ac ille postea ad meliorem mentem reuersus, maleficijs abstinuit, & ex impio factus pius; quique diebus singulis sacris operabatur. Reuerendiss. Cardinalis á Groesbeeck, eum in familiam suam recepit. obiit autem valde piè, & Catholicè, ab annis octo, & quod excurrit.

Verissimum est, quod in secunda parte operis tui scribis; Constantium Imperatorem ad Bassum Præfectum vrbi rescribentem, *a* non vsum verbo, *Coegisse*: quod vero ais vsum verbo *defixisse*; ipse apud te dispice, anne *defixisse* legendum sit. ita enim Theodosianus Codex habet. *defigere* sortilegorum verbum est; apud Ciceronem, *b* QVAECVNQVE Augur, iniusta, nefasta, vitiosa, dira, defixerit, (sic in melioribus Codicibus & ita quoque Lambinus) *irrita infectaque sunto*. Plinius, *c* defigi diris deprecationibus, nemo non (inquit) metuet. Ouidius (abs te etiã laudatus) *Deuouet absentes simulachraque cerea figit*, & alibi; *Sagaque Phœnicia defixit nomina cera*. Quod ipsum nõ ignorauit Accursius noster in exemplo abs se posito *infigendo ceræ imaginem*, *d* & in glossis Philoxeni *defixiones Necromantię* leguntur.

Vnde apud Paulum *e* I. C. minus recte legitur *Interficerent* aut *deficerent*, legendum enim vt ex Codice Vesontino Cuiacius noster restituit *defigerent*: qui autem defixiones faciebant *curiosi* vocabantur, vnde apud Horatium, *curiosus* pro malefico seu mago accipitur. qua de re videri poterit Cuiacius. *f*

Quod tu de puella Ioanna Lotaringia, idem plane censeo, eius gesta, & stratagemata, non sub Carolo *sexto* (vti scribis) sed sub Carolo *septimo* contigerunt (cuius rei testes aduoco Paulum Aemilium, Mõstreletum, Micquellum, Girardum, & alios) Virago illa obscuri generis in Barrensi Ducatu Iacobo Dareo patre, ac Isabella matre nata, Diuino afflata numine rem inclinatam fortiter restituit; Anglos vbique perfidos, FRANCIA eiecit; Carolum Septimum Remos vngendum sacrandumque perduxit; illique, vt ratum firmumque Imperium more maiorũ esset, effecit; Aurelianẽsem vrbẽ graui obsidione liberauit: vidi eius statuam æneã Aureliæ in põte ad Ligerim seruatæa vi ragine, & virgine vrbis monimẽtum. cæterum dum in Compendij obsidione ex vrbe erupit ab hostibus comprehensa; & Rothomagum producta ad palum damnata, viua exusta est; non absq; ęterno Anglici nominis probro qui se magicis illius artibus Francia profugere falsò querebantur.

Admirandum sane est quod de illa adfirmatur, *g* pirũ arborem, sub qua illa sedebat dũ patris gregẽminabat, oueſque ruri pascebat, cũm vt Regem Carolum VII. adiret, primo cælesti

a *en ses discours politiques, ca. 42.*

b *in cõmentarijs ad postrẽ. Epist. D. Pauli ad Timotheum cap. 3.*

c *cons. 98.*

d *in l. etsi, & in l. vlt. C. de malef.*

e *consil. 99 num. 2.*

f *d. cõs. 99.*

g *in l. nullus & in l. eorum C. de malef.*

h *in sua Pneumalog.*

i *in libelli ei. clus.*

i *li. de magia c. 26.*

k *li. 4. naturalium q. c. 7.*

l *en son discours susdict. num. 3.*

a *in l. eorũ. C. de malefic.*

b *li. 2. de legib.*

c *lib. 28. Historiarũ, cap. 4.*

d *in l. 6. in verbo nõ dubitauit C. de malef.*

e *lib. 5. sententiarũ ad l. Corneliã de sicar. §. 9*

f *lib. 20. observat. c. 22. & li. 27 c. 17.*

g *per Micquellum, qui Aurelianæ vrbis, ab Anglis obsidionẽ, & Ioannæ res gestas scripsit.*

voce monita est, neque cariem, neque vetustatem sentire, neque fulmine tangi, neque pluuia, grandineue, aut niue intingi.

Inquisitor, in Prouincia Stabulensi apud acta probatum reperi malum, sub qua maleficæ duxerant choreas, & saltatorium orbem versauerant, in quaque earum Aulœdus Tybicenue confederat, fœlicem ac frugiferam, factam infœlicem ac infrugiferam, *arborem vidi*.

Redeo ad Ioannam, quam ab Anglis flammis feralibus quasi maleficã ambustam refers; an eo sensu exaudis hæc verba Constantini ad populũ

a *in l. mul. C. de malef.* a FERALIS PESTIS ABSVMAT?

b *lib. 5. variorum c. 3.* Iacobus Reuardus, *b* existimat per illa verba nihil aliud voluisse Cõstantinum, quam maleficos esse, sed quia de Dijs manibus, quibus feralia sacrabantur accitis arte magica locutus sit; ideoque *ferali peste* potius quàm *igne* huiusmodi homines absumendos rescripserit. *quanquam* (inquit) *non ignorem pestem feralem de supremo supplicio accipi posse, & veteres pro morte ac interitu pestem posuisse, vnde apud Festum; pestiferum fulgur, quo mors exilium ue significatur.*

c *in notis add. l. mul ti.* Dionysius Gothofredus, *c* ignis quoque supplicium intelligit, quod magi Dijs manibus consecrarentur: vt quemadmodum in feralibus pecudes absumebantur, & ipsa cadauera, ita manibus consecrarentur quos in carminibus suis inuocassent.

Ego vero, per hæc verba *pestis feralis absumat*, intelligo maleficos & præstigiatores bestijs obijciendos: quod ipsum Græcus interpres notauit, *d* probarunt quoque antiqui nostri iuris Interpretes, & maxime Odofredus; *e magos* (ait) *feralis pestis absumat, quia sunt obijciendi feris bestijs lacerãdi.* sic quoq; notauit Cuiacius: *f feralis* (inquit) *pestis absumat, id est: bestijs obijciatur; &, vt ego interpretor, feralis pastus absumat.*

d *lib. 60. basili kõti. 39.*

e *in dict. l. multi.*

f *in notis add. l. multi.*

g *d. c. 42.* Matthæus Coignetus *g* vtitur hac interpretatione, *si la peste cruelle les pui' est aindre, & consumer, & pour telles sorcelleries Iehu fit mãger au chiẽ, la Royne Iesabel.*

Neronis tempore de Christianis tã quam sortilegis, supplicium sumptũ legimus, & hi aut feris, aut canibus obijciebantur, aut crucibus figebantur, aut flammabantur, ad palum destinatis vnco (ne motatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi suffixo, è lamina ardente pix aut vnguentum in caput liquifiebat; ita, vt riui pinguedinis humanę per arenam amphiteatri sulcum facerent, eoque pertinet locus ille Iuuenalis Satyra prima.

Pone Trigillinum, tæda lucebis in illa;
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumãt,
Et latus mediam sulcus deducit arenam,

(Ita legendũ contendit Schaliger)

h *lib. 5. de emẽdatione tẽporũ c. de Roma sub Nerone, concessa.*

h non vero,

Et latum media sulcum deducit arena:

Hactenus Oranus.

In his quod de Ioannæ quo me monet amicus, verissimum, & memoriæ lapsum agnosco lubens. De duobus alijs nõ video causam cur sententiam mutem.

Nam illud de Constantini rescripto, *i deflectendi* voce vsum, nõ *cogendi*; verũ est. nec facile hic admiserim correctionem illam *defigendi:* tum quia libri omnes Codicis Instinianæi quos vidi, continent *pudicos ad libidinem deflexisse animos:* tum quia C. Theodosian⁹ a Ioanne Tilio K primũ editus hanc lectionem confirmat: tum quia Constantinus Harmenopulus, *l* in huius legis breuiario legit, *qui magicis artibus pudicos animos ad libidinem deflectunt, publicatione & exilio puniuntur.* tum quia *de fixio magica* deuotionis & exsecrationis quoddam genus fuit, & non animæ permouendæ, vel peruertendæ, sed sanitati corporis perdendæ instituta. nec satis Latinè dicas *animum defigi*; sed deflecti, *in libidinem.*

i *l. eorũ C. de mal.*

k *l. 9. tit. 16. l. 3.*

l *lib. 6. Basilic. tit. 10. πρόστιμον.*

De *Ferali* flamma, cum scriberem; nulla mihi cogitatio fuit legis illius Constantini, cuius initium, *multi.* m Sed *feralis flammas*, funestas atque lethales nuncupabam, vt Minucius *feralia ligna*; Symmachus *feralia commenta*; Saluianus *peccatũ feralissimum*; notter ille decus orchestræ *ignem feralem, ratem feralem, locum feralem, saxum ferale, turbam feralem*; alij alia, quos olim laudauj; *a* quæ vox à, *Fera*; siue mortem siue Parcam ita vocarunt. De Constantini tamen verbis, nondum mihi liquet, quid ille per *pestem feralem* potissimum supplicij vltimi indixerit. illud quidem quod adiungitur fauet explicationi Græcorum; *quoniam natura peregrini sunt*, quasi dicat; quoniam alieni ab humanitate, ideo belluis cedãt. Sed ego *ferale* pro *ferino*, nondũ reperi apud classicos scriptores. repugnat etiã syllabæ modulus, in hoc citatus, in illo productior ac statari⁹. Ergo cẽ seo potius, Constantinum eo loco dũ taxat definiuisse, vt vltimo supplicio de medio tollantur, quàm pœnæ genus exprimere voluisse. Nec arbitror semper eadem morte damnatos. Facit Vlpianus *b* vt credam, lib. 7. de officio Proconsulis, sub titulo de Mathematicis & vaticinatoribus dũ ait: *varie puniti sunt ij, qui id exercuerunt, pro mensura scilicet & consultationis.* vt vides lacuna subest, expleo; *& modo cõsultat.* quamquam Vlpianus de certo tãtum mathesis huius vetitæ genere id dicat, constat tamẽ nõ idem semper supplicium in alijs quoque generibus obtinuisse; vt nec in Christianos, qui non infrequentius a tyrannis exusti, quin & frequentius, quã feris obiecti. docent Tigillini tædæ, & Tertullianici *Semaxij.* Cuperem doceri, Constantini tẽpore maleficos ferino pastu absumptos, nam de concrematione facile docuero. Lege Gregoriani codicis libr. 7. tit. de malef. & Manichæis; inuenies a Diocletiano & Maximiano eos addici, vt loquuntur *flammeis iguibus exurendos.* Lege C. Theodosiani legem primam, quæ Iustinianæi tertia est: reperies haruspices *concremandos* ab ipso Constãtino ad Maximum rescribi. Quid ergo vetat quominus *feralem pestem*, ita sumamus? Nam Accursij, Odofredi, & Græcorum in iudicio Latinitatis non opinor sontica planè auctoritas: nec in Cuiacij verba iurarim libens, aut cuiuspiã alterius. hic quidem Rœuardo & Gotofredo accedo procliuius, vt & Per. Fabro, qui idem asserit *Semestri. lib. 2. c. 7.* Nam & apud Iul. Paullum *lib. 5. sent. cap. 23.* quamuis magicæ artis conscij iubeantur summo supplicio affici (hoc est bestijs obijci, vel in crucem agi) ipsi tamen Magi viui iubentur concremari. Sed res non tanti, vt plura putẽ verba commutanda.

m *l. mulieres 6. C. de malef.*

Addã ex Gallicanarũ curiarũ actis nõnulla, q̃ nec in Francia quidẽ, Parlamenti Parisiensis illud iudicium receptum passim, aut omni tempore, satis ostendant. describam verba Gallica, ne quis meo quid affinxisse, vel perperam transtulisse suspicetur.

Ex actis iudiciarijs Episcopi Belluacensis, contra Iohannam Daream vulgo vocatã Iehenne la pucelle (*hæc acta exstant in Monasterio S. Victoris Canonicorum Regularium Parisijs*) *quæ fusè referunt, Bernard. du Girard in Annalib. Frãcia sub Carolo VII. & Fran. Belleforestus in eiusdem Caroli VII. vita à fol. 345.*

An. 143• CVm prope Compendium potita essset hostiũ, Parisiẽsis Vniuersitas litteris publicis eã apud Hericum Angliæ regẽ accusauit sortilegij, & maleficij: causæ prætensæ fuere sequentes, q̃ etsi falsò ꝓtexebantur, ostendunt tñ sensum Ecclesiasticæ Curiæ, & almæ Academiæ illius temporis: Promotor itaq; fiscalis, quidam Guilh. *e* de Estiuel, aut, vt in Actis *d* & in sentẽtia Delegati *e* Apostolici vocatur, Ioannes de Estiuet; vbi in art. 4. dicitur arbor quædam fuisse apud Dompreũ, vbi solitę conuenire maleficæ & misceri dæmonibus; *que pres de Dõpreinya vn grand & vieux arbre, qu'on nomme l'Arbrecharnime Fee de Bourlement, & que apres de ceft arbre y a vne fontaine laquelle on dict que frequẽtẽt les malins esprits auecq lesquels se mesient de nuict les sorciers dansans & gambadans autour desd Elz arbre & fontaine.* Artic. 5. *que le susdictz arbre & fontaine, sont fort emmex des Fees. Aussi luy demandoyent, si elle auoit cognoissance de ceux ou celles, qui certains iours de la semaine vont au Sabbat auec les Fees. Respondit, auoir ouy dire, qu'on y alloyt le ieudi.* Artic. 6.

c *sic vocatur in Bulla Calisti III. apud Belleforest. fol. 386. pag. 2.*

d *ibid. fol. 346.*

e *fol. 393.*

tic. 6. quelle alloyt au dict arbre les heures qu'on celebroit le diuin seruice, affin que estant lors seulle elle peut à son aise danser & caroler autour des lieux susdictis, ou elle fayſoit pluſieurs bouquets & chapeaux des fleurs & herbes plus soefues, quelle trouuoit es enuirons, & en couronnoit ledict arbre en chantant certains vers & disant quelques mots de sortilege: & y retournāt lendemain, quoy que le soir elle y euſt mis leſdict chapelets & guirlandes, ſi eſt ce qu'elle ny trouuoyt choſe quelconque. Artic. 7. Qu'elle ſoulloyt porter en ſon ſein de la mandragore, eſperāt par ce moyen en auoir bonne fortune, tant en richeſſes, qu'en autres choſes temporelles: comme ſi la mādragore auoit en ſoy telle efficace. Artic. 19. auoir pris conſeil des malins eſprits, & que par enchantemens, & moyens non permis, & illicites, elle auoit deſcouuerte cerceine eſpee, qui eſtoit en l'egliſe de S. Catharine du Eſerbois. Artic. 20. Auoir eu des anneaux charmez, & qu'elle dit quelques paroles ſortilegues ſur ſon enſeigne, & ſur les guidons que portoient les ſiens, diſant que cela ſeruoit pour leur donner bonne fortune en guerre, vſant de grandes coniurations, afin que par ce ſort elle bien heuraſt leurs entrepriſes: tenant pour tout certain, que tāt qu'ils porteroient ces drapeaux ainſi coniurez, ils ne pourroient receuoir aucune deffaicte par leurs aduerſaires. Et qu'elle ſe plaignit publiquement à Compiegne lors qu'elle fuſt priſe, de ce que les ſiens auoyent oublie d'aporter ſes enſeignes, & que pource elle eſtoyt tombee en ce malheur. Pource que ceulx qui s'aidāt d'artz defenduz, & ſoubs bon pretexte pretendent authoriſer leur peruerſite, ont de couſtume de conſecrer les inſtrumens deſquels ils s'aydent. Artic 36. Que par quelque ſort & inuocation elle auoit faict paroiſtre quelque malings eſprits au Roy & Ducq de Bourbon pour les ſeduire. Propter hæc Vniuerſitas Pariſienſis, & Iudices illi priores, iudicarunt Ioannam ſortiariam fuiſſe, & maleficam, apertè docentes ſe arbitrari, huiuſmodi crimina, non illuſione aliqua, ſed verè à criminoſis huiuſcemodi committi ſolita.

Idem ceſuit Eps Ebroicēſis in cauſa Guilhelmi Edelini, vt ſuperius docuit. a Idē Inquiſitio Auinionēſis in cauſa plurimorū, quorū dānationis formulā ſuo loco exhibui paulò ān. b

a lib. 5. ſec. 12.

b ſect. vlt.

Idē eſt iudicium Parlamenti Burdegalenſ. & fuit Conſilij Atrebarenſem curiā appellabant; vtriuſque rei probationi clariſſimæ ſunt quæ ſubiū gam, Remundi, & Mōſtreleti verbis.

Extractum ex libro Viri Clariſs. Florimundi de Remundis Conſiliarij Regij in Senatu Burdegalenſi, cuius libri hæc eſt Epitheſis & inſcriptio, *l'Antichriſt. cap. 7. num. 5.*

TOus ceux qui ont laiſſé quoiques marques du temps que l'Antichriſt doit arriuer, eſcriuent que la ſorcelerie ſera lors eſpādue par tout; euſt elle iamais de vogue qu'en ce malheureux ſiecle icy? les ſelletres de noſtre Parlamēt en ſont toutes noircies. Il n'en y à pas aſſez pour les ouir. Noz contiergeries en regorgent, & ne ſe paſſe iuor que noz iugemens n'en ſoient enſanglantez, & que nous ne reuenions triſtes en noz maiſons, eſmouuentez des choſes hideuſes, & effroy qu'elles confeſſent. Et le diable eſt ſi bon maiſtre, que nous ne pouuons enuoyer ſi grand nombre au feu que de leur cendres il n'en renaiſſe de nouueau d'autres. Ie me contenteray de ceſte hiſtoire prodigieuſe, aduenue l'annee 1594. laquelle ſurmonte toutes celles que Bodin a remarquees dans ſa Demonomanie; voila pourquoy i'en ay voulu faire le recit particulier.

Vne Ieune femme, nommee Ieanne Beſdeau, appellante du Iuge ordinaire de la Chaſtellenie de Sallignac en Lymoſin, qui l'auoit condamnee a la mort, eſtant ouye en la chambre criminelle, ſans peine ne tourment, confeſſa (comme elle auoit faict pardeuant le Iuge:) Qu'en ſon ieune ange vn Italien l'auoit deſbauchee & amenee la veille de S. Iean ſur la minuict dans vn champ, ouil fit auec vne verge de bois vn grand cerne, a marmotant quelques paroles, qu'illiſoit dans vn liure noir. Surquoy ſuruint, vn bouc grand & cornu, tout noir, accompagne de deux femmes, & tout auſſy toſt vt homme habillé en preſtre. Le bouc s'eſtant enquis de l'Italien qui eſtoit ceſte fille, & luy ayant reſpondu, qu'il l'auoit amenee pour eſtre des ſiennes, il luy fit faire de la croix de la main gauche,

che, puis commanda a tous de le venir ſaluer. Ce qu'ilz firent luy baiſant le derrier.

Ce bouc auoit entre les deux cornes vne chandelle noire allumee, a laquelle les aultres alloient allumer les leurs. Et lors qu'ilz l'adoroient on iettoit dans vn baſſin de l'argent. Ceſte femme s'eſtant depuis retiree au meſme lieu, le bouc luy demanda vn bouquet de ſes cheueux, leſquels l'Italien coupa, & les luy bailla. Le bouc l'ayant retiree à part, la coucha dans le bois, & la cognut charnellement, à quoy elle prennoit vn extreme deplaiſir, ſouffroit beaucoup de douleurs, ſentant la ſemence auſſi froide que glace.

Tous les mercredis & vendredis *de chaſque mois, le chapitre general ſe tenoit au Puy de Dome, ou elle s'eſtoit trouuee vne infinité de fois, auec plus de ſoixante autres perſonnes, tous leſquels portoient, vne* chandelle noire, *qu'ils allumoient à celle que le bouc auoit entre ſes cornes, à laquelle il auoit donne le feu, le tirant au deſſoubs de ſa queue. Apres cela tous ſe mettoient en dance en rond, le dos tourné' vn a l'autre. En ceſte aſſemblee on diſoit la meſſe a leur mode, tournant le dos a l'autel. Celluy qui fayſoit l'office, (qu'elle nomma) eſtoit reueſtu d'vne chuppe noire ſans croix, eſleuant vne tranche ou rond de raue teinte en noir, au lieu de l'hoſtie, criant tout lors de l'eleuation,* Maiſtre, ayde nous. *On mettoit de l'eau dans le calice au lieu de vin, & pour faire* l'eau benite, *le bouc piſſoit dans vn trou a terre, & celluy qui faiſoit l'office en arrouſoit les aſſiſtant auec vn aſperges noir.*

En ceſte aſſemblee on diſtribuoit les meſtiers de ſorcelleries, & chaſcun rendoit compte de ce qui auoit faict, les eſtats eſtoient pour empoiſonner, enſorceler, luer, guerir maladies auec charmes, faire perdre les fruicts de la terre, & telles autres meſchancetez, ceſte miſerable confeſſa tout cela, auec vne merueilleuſe franchiſe & naifueté: car pour vne femme ruſtiq, elle auoit bon eſprit, perſiſtans touſiours meſmes dans le feu, auquel par arreſt elle fuſt condemnee. Beza n'eſtoit pas bien informé, lors qu'en ſa chaire il taxa nagueres noſtre Parlement d'Incredulite, & de peu de foy, par ce, diſoit il (& cecy tien ie d'vn Gentilhomme d'honneur, qui l'ouyt) que nous n'oſions, condamner les ſorcieres a la mort, nos Regiſtres teſmoignent le contraire.

Aliud ex lib. 2. Hiſtoriarum D. Enguerran de Monſtrelet.

EN ceſte annee (1459.) en la Ville d'Arras, ou Pays d'Artois, aduint vn terrible cas & pitoyable, que lon nommoit Vaudoiſie, ne ſcay pourquoy: mais lon diſoit que ce eſtoient aucunes gens, hommes & femmes, qui de nuict ſe tranſportoient par vertu du diable des places, ou ilz eſtoient, & ſoubdainement ſe trouuoient en aucuns lieux des gens, & bois, ou es deſerts, la ou ils ſe trouuoient en treſgrand nombre hommes & femmes: & trouuoient illec vn diable en forma d'homme, duquel ils ne veoient iamais le viſage, & ce diable leur liſoit, ou diſoit ſes commandemens, & ordonnances, & comment & par quelle maniere ils le deuoient adorer, & ſeruir, puis faiſoit par chacun deux, baiſer ſon derriere, & puis il bailloit à chacun vn peu d'argent, & finablement leur adminiſtroit vins, & viandes en grand largeſſe, dont ils ſe repaiſoient: & puis tout à coup chacun prenoit ſa chacune: & en ce point s'eſtaindroit la lumiere & cognoiſſoient l'vn l'autre charnellement: & ce fait, tout ſoubdainement ſe retrouuoit chacun en ſa place, dont ils eſtoient partis premierement.

Pour ceſte folle fureent prins & empriſonnez pluſieurs notables gens de la dicte Ville d'Arras, & autres moindres gens, femmes folieuſes & autres: & furent tellement gehinez, & ſi terriblement tormentez, que les vns confeſſerent le cas leur eſtre tout ainſi aduenu, comme dit eſt: & oultre plus confeſſerent auoir veu & cogneu en leur aſſemblee pluſieurs gens notables, Prelats, Seigneurs, & autres Gouuerneurs de Bailliages, & de villes: voire telz ſelon commune renommee, que lex examinateurs, & les iuges leur nommoient, & mettoient en bouche: ſi que par force de peines, & de tormens ils les accuſoient, & diſoient que voirement ils les y auoient veuz. Et les aucuns ainſi nōmez eſtoient tantoſt apres prins, & empriſonnez & mis a torture, tant & ſi treſlonguement, & par tant de fois que cōfeſſion

ser le leur conuenoit, & furent ceux cy qui estoient des moindres gens executez, & brulez inhumainement, aucuns autres plus riches et plus puissans, se rachepterent par force d'argent, pour euiter les peines, & les hontes que l'on leur fayſoit. Et de tels y eust des plus grans, qui furent prechez & seduits par les Examinateurs, qui leur donnoient à entendre & leur promettoient s'ils confessoient le cas, qu'ils ne perderoient ne corps ne biens. Tels y eust qui souffrirent en merueilleuse patience, & constance les peines & les tormẽs, mais ne voulurent riens confesser à leur preiudice, trop bien donnerent argent largement aux Iuges, & a ceux, qui les pouuoient releuer de leur peines. autres y eust qui se absenterent & vuyderent du Pais & prouuerent leur innocence, si qu'ils demourerent paisibles, Et ne faict icy a taire ce que plusieurs gens de bien cogneurent assez, que ceste maniere de accusation fut vne chose controuuee par aucunes mauuaises personnes, pour greuer & destruire, ou deshonorer par ardeur de cõuoitise aucũes notables personnes, que ceulx hayoient des vielle haine: & que malicieusement ils firent meschantes gens tout premierement, ausquels ils faisoient par force de peine de tourmens, nommer aucunes notables gens, tels que l'on leur mettoit à bouche: lesquels ainsi accusez, estoient prins & tourmentez, comme dit est. qui fust pour veoir au iugement de toutes gens de bien vne chose moult peruerse & inhumaine au grand deshonneur de ceux qui en furent notez, & au tresgrand peril des ames de ceux, qui par telz moyens vouloient deshonnorer gens de bien: & a tant fin de ceste matiere.

Ad hanc narrationem Monstreleti respexit Franc. Balduinus Atrebas Cõment. in tit. 18. lib. 4. Instit. Iustiniani, fol. 774. his verbis; *sed quo grauius & ab hominis ingenio magis alienum est hoc malum, eo maior adhibenda est cautio, ne quis eius prætextu ab aduersarijs temerè obruatur. Facilè enim hic quiduis confingere potest ingeniosa simultas, vt & multitudinem credulã statim commoueat, & attonitos iudices irritet aduersus eum, quem cum damonibus rem habere mentietur. Ante annos sexaginta sensit infelix nostra patria, magno suo malo huiusce generis calumniæ. Magna erat Valdensium mentio, quos aduersarij iactabant nescio quid commercij habere cum immundis spiritibus. Huius criminis prætextu optimi quique statum opprimebantur. Sed tandem Parisiensis Senatus causa cognita, vidit meras esse sycophantias: infelices reos liberauit, improbos sycophantas cum iniquis iudicibus damnauit. Exstat adhuc eius hac de re memorabile arrestum editum vicesimo die mensis Maij anno 1491.* Ita Franc. Balduinus, & fieri potest, vt in Atrebatẽsiũ iudicum processu iudiciario odij, calumniæ, crudelitatis, aut præcipitationis indicia nonnulla repererint; propter quæ malè iudicatum, ritè verò prouocatum, sententiã emendantes, Patres Parisienses pronunciarint. Et ideò nõ tam declararint Arresto suo, hæc quæ magis attribuuntur, & propria confessione illorum confirmantur, etiam cessante omni Quæstionũ timore, inania & delusarum mẽtium esse (quæ declaratio temeritatis plenissima foret) quàm Iudices illos, à quibus appellatum, improbe & vi in nocentiam oppressisse. De Vualdensium quidem secta (quorum Albigenses ex ilicis pe fructicarunt) graues scriptores testantur, non immunem à fascinariorum hæresi & crimine pessimo illam fuisse, & nomen Gallicum fascinarijs commune confirmat. Sed Balduinus ex Meiero sumpserat, qui ex Monstreleto fermè verbotenus in hunc modum; *Anno 1459. Atrebati horrendum quid contigisse legimus. Complures fuisse inhumaniter igne crematos, qui de nocte occultas coitiones habuere cum diabolo. tum de magnam accepere pecuniam. Viri primarij mulieresq; complures in dictis crematorum deprehensi pars capti & saniſſimis tormentis admoti, alij vi pecuniæ redempti, nonnulli solum verterunt, quidam verò adeò in pœnis cõstantes fuerunt, vt nihil confiterentur. Fuisse referuntur quidam ex iudicibus adeò detestabiles, vt quosdam sibi inimicos indicari curauerint, tanquam conscios, reis in tormentis ad hoc coactis. Addunt in nocturnis illis conuentibus, ex omni ordine statuque mortaliũ viros mulieresque interfuisse, eosque ibi diabolum in * humanam effigiem transformatũ adorasse; cuius tamen nunquam videbant faciem. In illius verba mandataque iurasse. Conuiuio ab illo parato largiter epulatos, inde exstincto omni lumine quemque cum sibi pro-*

* non sequitur ergo è hircina.

proximè oblata promiscuè concubuisse, sine ope diabolica in sua vnde exierant loca restitutos. Hæc ille: arbitror in verbis vltimis negatiuam deesse, *non sine ope diabol.* Sanè ex Meiero patet, non opinionem conuelli de maleficiorum solitis sceleribus, sed iudicum istorum crudeliratem & iniustitiam auaritiamq; damnari: atque hoc arresti Parisiensis esse fundamentum. Quæso nonne Parisiense Parlamentum iniustè iudicasset, nisi talium Iudicum vel Tyrannorum potiùs decreta rescidisset? Nã de quæstione nostra, possintnè perfici à Lamijs opera dæmonum ea, quæ solitæ sunt fateri? id non à Iurisconsultis, sed à Theologis; nõ à sæcularibus subsellijs, sed ab Ecclesiasticis Tribunalibus fuit decidendum. Habetis ea de re apud Ioan Gerſonem Paris. Cã cellarium, almæ Theologicæ Parisiorum facultatis articulos, eruditione, & veritate plenos, nobis fauentes. Accipite & aliud grauissimũ Curiæ spiritualis Treuerorum iudicium.

Denique quia mentio à me facta supra sect. 4. indicio 2. Losei Callidij, q. librum in Lamiarum Patrocinium conscriptum, mille machinis conat⁹ fuit in publicum protrudere; & metuunt nonnulli, ne tandem cacodæmon aliquis id perficiat; duxi pro antidoto PALINODIAM eius adscribẽdam, cuius authenticum & originale (vt vocãt) exemplum est penes piũ, & honestissimum virum, I. V. Licent. Ioannem Baxium (cuius studium atque zelus contra nefariam hanc hæresim Deum aliquando remuneratorẽ experietur) ab eo acceptum transumptũ fidi Notarij manu est huiusmodi.

Ego *Cornelius Losens Callidius* Goudæ oppido Hollandiæ natus, nunc ob tractatus aliquot, *de vera & falsa Magia*, sine scitu & permissione superiorum huius loci, temerè & præsumptuosè scriptos, à me communicatos, deinde ad imprimendum Coloniam missos; in *Imperiali Monasterio S. Maximini* propè *Treuiros*, ex mandato Reuerendiss. ac Illustriss. Domini Nuncij Apostolici, Domini *Octauij Tricaricensis Episcopi*, arrestatus, atque detentus: cùm certò sim informatus in supradictis libris, necnon in Epistolis quibusdam meis, eadem de re ad clerum & Senatum Treuirensem, aliosque clam missis (ad impediendum executionẽ Iustitiæ; contra magos & veneficas) cõtineri multos articulos: qui non solũ erronei sunt & scandalosi, sed etiam suspecti de hæresi, crimenq; læsæ Maiestatis sapiant; vtpote seditiosi & temerarij, contra communem Doctorũ Theologorum sentẽtiam, decisiones ac bullas summorum Pontificum, cõtra praxim & statuta legesq; magistratuum ac iudiciorum, tum huius Archidiocesis Treuirensis, tum aliarum Prouinciarum & Principatuum: idcirco eosdem articulos, prout ordine hic subnectũtur, reuoco, damno, reijcio, & pro non dictis atque assertis à me haberi volo.

1. In primis reuoco, damno, reijcio ac improbo (quod sæpè scriptis verbisq; pertinaciter apud multos asserui, quodq; tanquam huius disputationis meæ caput ac palmarium esse volui) nimirum phantasticam esse, & tanquam superstitionem vanam profigmentis habendam, quę de corporali magorum, & sagarum euectione siue translatione scribuntur: tum quod hæreticam prauitatem prorsus suboleat; tum quod seditionibus hæc opinio admixta, proindeque læsæ Maiestatis crimen sapiat.

2. Nam (quod secũdo loco reuoco) missis ad diuersos clam litteris, cõtra magistratum pertinaciter absque solidis rõnibus diuulgaui, cursum magicum falsum esse & imaginarium; asserẽdo insuper torturę acerbitate miseras cogi ea fateri, quæ nunquam fecerũt, dura laniena sanguinẽ innoxiũ fundi, noua alchimia ex humano sanguine aurum & argentum elici.

3. Ex quibus & id genus alijs, partim in vulgus per priuata colloquia, partim diuersis ad vtrumq; magistratũ datis epistolis, superiores ac Iudices apud subditos Tyrãnidis notaui.

4. Et consequenter cùm Reuerẽdissimus & Illustrissimus Archiepiscopus & Princeps Elector Treuir. non solùm

solùm magos & sagas in sua dioecesi supplicijs dignis affici sinat; sed etiã leges de ordine sumptibusque iudiciarijs maleficarum ediderit; inconsulta temeritate præfatum Electorem Treuirensem Tyrannidis tacitè insimulaui.

5. Reuoco præterea ac damno cõclusiones hasce meas; non esse maleficos, qui Deo abrenuncient, dæmoni cultum exhibeant, tempestates inducant opera diaboli, & similia opera perpetrant, sed omnia esse somnia.

6. Ad hæc magiam non dici maleficium, nec magos maleficos, & locum *Exod. xxij.* (MALEFICOS NON PATIERIS VIVERE) intelligi de ijs, qui veneno naturali naturaliter applicato occidant.

7. Pactum nullum esse, nec existere posse inter dæmonem & hominẽ.

8. Dæmones nõ assumere corpora.

9. Vitam *Hilarion. à D. Hieron.* scriptam non esse authenticam.

10. Nullum concubitum dæmonis cum homine.

11. Nec dæmones nec magos posse tempestates, pluuias, grandinem &c. ciere, & mera esse somnia, quæ de his dicuntur.

12. Spiritus & formam à materia separatam posse videri ab homine.

13. Temerarium esse adfirmare, qđ quidquid dæmones possunt etiam magi possint eorum opera.

14. Sententiam illam, quod dæmõ superior inferiorem possit expellere, esse erroneam, & inferre iniuriam CHRISTO. Luc. xi.

15. Pontifices in suis bullis non dicere, quod Magi & Malefici talia opera (vt supra dictum est) perpetrent.

16. Pontifices Romanos dedisse facultatem inquirendi in maleficos; ne si contra fecissent, ficte magiæ insimularentur, quemadmodum antecessores eorum aliquot verè magiæ fuerũt insimulati.

Has omnes & singulas assertiones cum plurimis calumnijs, mendacijs, & sycophantijs, in magistratus tã sæculares quã Ecclesiasticos, petulãter, & impudenter, falsoq; profusis; qb. scripta mea de magicis scatẽt: expressè, scienterq; condemno, reuoco, atq; reijcio: veniam de commissis a Deo & superioribus obnixè petens, & sanctè promittens, quod in posterum nihil horum docebo, promulgabo, defendam, vel asseram, nec verbo, nec scriptis, per me vel alios, quocumq; locorum me venire contigerit. Si contra fecero, subijcio me, exinde prout ex nunc, omnibus pœnis iuris contra relapsos hæreticos, refractarios, seditiosos, reos læsæ Maiestatis, iniuriosos, sycophantas publicè conuictos, necnon & in periuros statutas. Submitto me quoque correctioni arbitrariæ, tam Archiepiscopi Treuirensis, quam aliorum quorumcunq; magistratuum, sub quibus me degere cõtigerit, quique de meo relapsu & violata fide certiores facti fuerint, vt me pro meritis puniant in honore ac fama, bonis ac corpore.

In quorum omnium fidem hanc meã præfatorum articulorum renocationem propria manu subscripsi, in præsentia Notarij & testium.

Sic subscriptum.

Cornelius Looseus Callidius.

Et demũ subscriptum.

Acta sunt hæc *in Imperiali Monasterij S. Maximini* extra prope Treuirim *in Stuba Abbatiali*, ibidem coram Reuerendissimo, Reuerendis, Venerabilibus & eximijs Dominis, Domino *Petro Binsfeldio* Episcopo Azotensi, Reuerẽdis. Archiepiscopi Treuir. Domini nostri clementijs. in spiritualibus Vicario generali, & *Reinero* dicti Monasterij Abbate, *Bartholomeo Bodegemio* Delpho I.V.L. Curiæ Ecclesiasticæ Treuir. Officiali, *Georgio Helffensterio* SS. Theolog. Doct. Ecclesiæ Collegiatæ S. Simeonis, in ciuitate Treuiren. Decano, & *Ioanne Gelmanno* I. V. Doctore, dictæ Ecclesiæ Canonico, & curiæ Treuir. sigillifero &c. *sub anno Domini* 1592. *more Treuir. die Lunæ* 15. *mensis Martij* in præsentia mei Notarij

tarij infrascripti, & honestorum *Nicolai Dolert, & Danielis Maier* Reuerendi Domini Abbatis respectiue secretarij & scribæ, testium ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum.

Subscriptum.

Adamus hæc Tectonius, Notarius.

Et inferius,

Collatum cum suo originali repertũ concordari per me infrascriptum Secretarium oppidi Antuerpiẽsis.
G. Kieffel.

Habetis integram PALINODIAM: postea tamen iterum Bruxellæ vicepastorem agens in Ecclesia S. Mariæ de Capella, accusatus fuit de relapsu, & post diuturnum carcerem dimissus, & (vt pertinacem dementiã intelligas) tertiam accusationem, denuò suspectus, morte præreptus, euasit, sed (quod dolendum) nõ paucos, homines tamen Physiologię & Theologiæ solidæ non satis gnaros, stolditatis huius reliquit sectatores. Quis vtinam saperent, & quam temerariũ atque noxium sit, Ecclesiæ iudicio, vni' Vueri hæretici deliria præferre, tandem serio intelligerent.

MAGI-

MAGICARVM DISQVISITIONVM

QVI EST

DE OFFICIO CONFESSARII.

CAP. I. De officio confessarij, qua iudex est. A

Sect. I. *Peccatorum catalogus quæ illi inuestiganda.*

Quæ ex primo libro. Quæ ex 2. libro, Quæ ex 3. Quæ ex 4. & 5. B

Sect. II. *De sigillo confessionis in hac materia.*

Quid quoad delictum commissum? C

de promisso secreti sigillo.

Quid quoad delicta committenda? refutati quidam Iurisconsulti. & vtrũ quis possit vti ad prudentem gubernationem scientia in confessione accepta.

Quomodo se debeat gerere cum complice cuius per confessionem socij peccatum cognouit?

Quid respondendum iudicibus à confessario.

Quomodo iudex aliquid cognoscat sub sigillo confessionis, & illud teneatur seruare.

Casus quibus licet reuelare sub sigillo accepta.

De licentia reuelandi multa.

De eo qui etiam extra cõfessionem idẽ cognouit. De pœna reuelantis.

Sect. III. *De modo confessionis.*

Quæ obseruanda in interrogatorijs? D

Quæ in animi præparatione necessaria? E

A quo sententia intimanda?

Quãdo confessarius debeat adire reũ?

An confessarius præsens esse debeat ad banchum?

Vtrum possit confessarius petere, vt sacculus pulvereus collo rei appendatur, vt stranguletur prius &c.

Quomodo procuranda contritio?

Quæ ad eam solita occurrere impedimenta, quomodo remoueri queãt?

An signum impœnitentiæ certum sit, non posse lacrymari? disputatur de hoc signo, & Iudicium quorumdam opinio refellitur.

De obligatione restitutionis in hoc crimine. F

De absolutione, quædam particularia. Exemplum mirabile mulierculæ Aquitanæ, ex Florimundo Raemondo. Missæ Sacrificium dæmon quomodo æmuletur. G

Quid reseruatum in hoc crimine.

Vtrum mendicantibus religiosis liceat absoluere ab hoc crimine, quando Episcopi illud sibi reseruarunt? Respondetur argumentis Vivaldi, & cuiusdam recentioris. H

CAP. II. De officio confessarij, qua medicus est.

Anacephaleosis remediorum. A

Sect. I. *De remedijs superstitiosis.*

Q. I. De exemplis superstitiosarũ curationum, siue magicorum remediorum.

Chaldæorum Mysteris. Hebræorum Theophilim & alia huiusmodi. Paracelsi remedia impia proponuntur. De imaginibus superstitiosis. de incisione arboris. de collocatione in foco. de nominibus Ephesijs. de conuicijs & blasphemijs. de exagonis Paracelsi.

racelsi. de quodam exemplo miro, quod refert Grillandus. de canum mactatione. Gallicantus, an & quo pacto maleficia possit dissipare? De lotione matutina manuũ & faciei. de latio humano, veterum sententia. Exemplum Pharaonis Regis Aegyptij. aliud ex Martyrio S. Luciæ. aliud fragmentum S. Althelmi, de S. Chrysantho.

Quiνεκρομαντεῖαι, & γυτευται, B *φυλακτηριοι, in Sinodo Trullana, quid σοῦγγια.*

De gestatoribus galeæ seu amnij infantilis. Exemplum subulci sortilegi cuius porcos diabolus custodiebat. & de alio opilione Traiectensi.

Plinij, Varronis, & Constantini vana remedia. de Marsilij Ficini quodam libro periculoso. De Cicorij radice effodienda. de criminibus vel dente euulso abijciendis. de ouis cõfringendis. de Sereni Abacadabra. de sale profano. de loci mutatione. de nominis mutatione contra Laur. Ananiam.

De precario vel furto sublatis rebus ex maleficij domo. de crepidis, lacinijs &c. de canibus, equis, stricti gladij vibratione.

Virgilij locus & exempla varia. De circuli circumductione.

Superstitio opinari non futura remedia, si priùs confessarius vel medicus fuerit adhibitus. C

An debeat maleficia prius libertati restitui. De scopis in ostio ponendis, de acubus aut crinibus in ollam cõijciendis.

De cogendis sagis per minas, vim, & verbera. Quod soleant in alios sortem transferre, probatur exemplis. Euripidis & Senecæ loca. Remediũ quoddam Salisberiensis. & alia Saeuleæ, vt de plumbo, verbena, columbo.

Semper dæmon in his lucratur, & quomodo. Exemplis probatur translatio mali in alios. D

Interdum futilibus planè dæmoné cõperari probatur exemplo studiosi et vetulæ. Examinata quædam dicta Cardinalis Cusani.

Quæst. II. An liceat remedium petere à maleficis.

Quod non liceat iure ciuili maleficijs vti in bonum finem, contra multos. Leonis Imp. Constitutio, qua abrogata lex Constantini. eadem explicata. Ecclesiastica lege idem prohibitum esse. Locus ad Rom. 3. v. 8. E

Non posse cogi maleficas vt benedicant. Et de hac benedictione inquisitum. Articulus Parisiensis. dictum impium Paracelsi. Remigij sententia reiecta.

An liceat tollere maleficium per res superstitiosas? An liceat per vana remedia tollere? Discutitur exemplum Sum. Rosellæ.

Contra Aureolum nõ licere à maleficio parato petere vt maleficium tollat maleficio? Exemplum Nideri. Soluuntur argumenta Remigij. Explicantur l. nullus. C. de maleficijs. & locus Photij in Nomocanone. Potest maleficus induci vt per modum licitum tollat maleficium. Et induci potest tam precibus quam coactione, contra Remigium. & examinatur dictum Brianzoni, quod liceat hoc petere ab ipso Diabolo. An liceat petere, vt tollat ab alio, quã ab auctoremet maleficij; Quid quando dubito an sit sublaturus per maleficium? F

Praxis qua in hac re vsus B. Theodorus. Quibus verberibus cogere liceat? Quando sit necessaria cautela Caietani? Exemplum S. Godoleuæ, quæ vsa hac cautela. G

Alia cautela noua petere quo vsurus sit remedio? Praxis & vsus huius cautelæ.

Quæst. III. An liceat maleficium destruere, vt, eo destructo, seu sublato signo, Diabolus nocere desinat? H

De

De his signis, qualia esse soleant; exemplum de fera clausa. Status quæstionis.

Argumenta sententiæ negatiuę (Non licere) Ioannis Hesselij.

Sententia communis affirmatiua (licere explicatur, & fusè probatur. Auctores huius sententiæ, qui & quales.

Exempla eorum, qui hac vsi. Examinantur singuli actus, qui possunt interuenire.

Dissoluuntur argumenta omnia primæ sententiæ. Quem effectum à demone liceat exspectare? Quomodo quis vetetur declinare ad Magos? Quod teneantur malefici signum positum tollere? Aliquando non absoluendus nisi faciat.

De fagarum depilatione. Quomodo intelligendum dictum IESV CHRISTI? hoc genus non ejcitur, nisi in oratione & ieiunio. De exemplo S. Hilarionis. Explic. c. si per sortiarias. 33. 1. Quomodo Diabolus est alligatus signis?

Sect. II. *De remedijs naturalibus contra maleficia.*

§. 1. *De remedijs plerisque N. L. vt Nde baaras. de hyperico. de thapsia, rhamno, spina, verbasco & simil.*

De remedijs ex lupi corpore. item ex hyena, ex catulo nigro. ex dromada, ex mustela. ex Leone, ex pardo. ex asino siluestri, domesticoque. ex alijs. ex hydrargyro. ex adamate. ex Chrysolitho. ex corallio. ex gagate. ex iaspide, ex onyche, ex sardio. ex Cameleonte. ex asino. Quomodo hæc possint prodesse ex sententia Theologorum.

Quando maleficia nàturalib. remedijs tolli possint, quando non possint? Explicat. c. vlt. 26 q. 7.

§. 2. *de signis seu indicijs maleficis.*

§. 3. *de remedijs medicorum præcepta.*

Sect. III. *De remedijs supranaturalibus, diuinis, seu Ecclesiasticis.*

Primum vera & viua fides. observatio mandatorũ Dei. Exempla Petri Iudicis, D. Antonij. fœminæ Christianæ apud Epiphanium, & alterius in vita S. Cipriani, & alia quædam.

2. *Legitimus in Ecclesia Catholica Sacramentorum vsus.*

De Baptismo, *Exempla Tyridatis. Armeniæ Regis. item aliud de Chami Regis Tartarorum filiolo.*

De confirmatione. *Ex Lactantio Q probantur, et exemplo Iuliani Apostatæ apud Prudentium.*

De confessione *seu exomologesi ua R ria narrantur exempla, Bedę, Ioannis Diaconi, & Petri Cluniacensis, & Ioann. Cesarij. Item ex Theodorico de Appoldia, Metaphraste, & Lisiardo.*

Nota autem hic duo exempla de efficacia recitatæ Salutationis Angelicę. Explicatum consilium B. Catharinę Suecicę.

De uenerabilis Eucharistiæ vi. S exempla, unum Eremitę apud Cassianum. Puellę Arabę apud B. Prosperum. Vxoris cuiusdam à D. Bernardo. alterius à S. Auxentio. item aliud in Indijs frequens. item in Gallijs tempore Albigeensium, item aliud in Teuthonia (Et nota Lector Magica hæreticorum miracula) Aliud simile ferè in Alpibus Rhetijs, item aliud de uisione Prędicatorum Neapoli in conuentu S. Dominici. & aliud Salernitanum recentius, necnon aliud D. Macarij.

De missæ sacrificio. T

Exemplum Hesperij apud D. Augustinum. aliud D. Bernardi. aliud D. Theodori. confessio sagarum, & ratio cur tam longas in Catholicorum templis ante meridiem moras trahant.

De

De oleo infirmorum.

Exempla Sanctorum.
- *Sacerdotis apud Bedam.*
- *Theodosij monachi.*
- *Launomari.*
- *Parthenij.*
- *Auxentij Archimandritæ.*
- *Vvinvualoci.*
- *Eutychij Patriarchæ.*
- *Paterni Abrincensis.*

3. De petendo Sanctorum hominum auxilio. X

Cur hoc remedium minus hodie frequens, quam olim? Erant diuersi exorcistæ, & isti Sancti. Exempla SS. Macarij vtriusque, Cuthberti, Ruffici, Basilij, Paphnutij, Engendi, Greg. Thaumaturgi. Pauli simplicis, Theodori, & Vrsmari.

4. De exorcismo Ecclesiastico. Y

Antiquitas ordinis exorcistarum. Ritus quidam veteres in exorcismo adhiberi soliti. Nomẽ dæmonis peti solebat; cibi soliti exorcisari. cauendum à ludicris sermonibus, probatũ exemplo. Serium exemplum S. Vrsmari. in quo notandæ eædem ante octingentos annos, quæ nunc cerimoniæ. Exempla S. Adelelini, & S. Maurilij. Cur exorcismus aliquando sit irritus? Contraque veneficia non soleat prodesse, ex Tostato.

5. De operibus satisfactorijs. Z

De eleemosina. de ieiunio, exempla S. Auxentij & S. Procopij. de Oratione. 1. de communi Ecclesię. 2. de priuata in his præcipua symbolum Apostolicum & oratio Dominica. item Rosarium, & Litanię.

6. Imploratum nomen IESV AA Saluatoris, & CHRISTI, & Sanctorum.

Exempla & auctoritates Patrum remissiuè Nomen MARIAE virginis, tria exempla. Auxilium Angeli Custodis. S. Gouladuch.

7. Signaculum Sanctæ Crucis. BB

Probatur testimonijs & exemplis plurimis: quę propter multitudinem hic in summario omittuntur.

Mos Sanctorum, tegendi miracula, additis aliquibus rebus naturalibus.

8. Sanctorum reliquiæ. CC

Probatur plurimis auctoritatibus. & exemplis, vt S. Philippi, S. Dympnæ in Brabantia, & plurimorum aliorum. honorandi Sancti peregrinationibus & donarijs. Cauendum à superstitioso eorum cultu. quem odere, vt probatur exẽplo quodam S. Glycerię.

9. De aqua benedicta. DD

Antiquitas huius ritus. Efficacitas probatur variis exemplis.

Et præcipua quædam, contra spectrum Apameense. & contra aliud Tentaedium lapides iaciens. & D. Huberti. &c. Vvieri impudens siue mendacium, siue calumnia.

10. Res aliæ benedictæ ritu Catholico. EE

De agnis Dei. de cereis & sale benedicto. de pane benedicto. antiquitas ritus. exempla quędam.

11. Pia amuleta collo suspensa.

Quę requirantur ne sint superstitiosa?

12. Pulsatio campanarum. FF

Experientia quotidiana. Exemplum mirabile ex Petro Cluniacensi. confessiones maleficarum.

Cauendum à duobus Lamiarum mendacijs, vt illic. Refellitur vulgi opinio de campanarum baptismo. Hæreticorum strophæ quotidianæ.

Capitularis Caroli Magni locus explicatus. Benedictioni aliquando tributũ nomen baptismi, vt apud Iuonem Carnutens.

Benedictionis Campanarum ritus defensus contra hæreticos.

De efficacitate earum contra dæmones in quo hæc sit sita? Petri Mexię error. Cur hæc remedia non semper efficacia? GG

CAP. III. Quorumdam remediorum Ecclesiasticorum, cõtra calumnias hæreticorum; maxime Georg. Godelmanni, defensio.

Quidam non Iurisconsulti, sed rabulæ in cæremonias petulantes. A
Defensio exorcismi *Ecclesiæ Catholicæ. Ostenditur ineptia & imperitia aduersarij. Colliguntur multa eius mendacia. Ostenditur in exorcismo nihil magicum reperiri.* B
Singillatim omnes eius ritus probantur & explicantur.
Defensio salis benedicti. *mēdacia aduersarij & fraus. Defensio aquæ benedictæ. Benedictiones herbarū. Noua iterum aduersarij mendacia.* C
Defensio Agnorum Dei. alia iterum mendacia. Defenditur benedictio balsami & olei. Ineptia aduersarij formulam dicentis esse Magicam detegitur. D
Verbum exorciso, & vsus defenditur. Vsi eo Apostoli. Cur non Christus? baptismo peccata remitti.
Defenditur Extrema vnctio, & benedictio olei infirmorum. E
Smidelini & Lerchemeri vaesania conuicia.
Ex antiquitate probantur benedictiones variarum rerum. herbarum seu fructuum. Aquæ benedictæ. Chrismatis. Panis & salis.
Quæ vis sit rerum Sacramentalium. F
Aliud iterum mendacium. Item alia & alia. G
Respondetur argumētis quibusdam Godelmanni. Ostenditur exorcistarum ordinem in Ecclesia olim fuisse. D. Clementis Rom. locus explicatus. H
Defenditur cultus Venerabilis Eucharistiæ, & in ea esse verum corpus Saluatoris Nostri. Ostenditur nihil in consecratione nec cultu Magicum esse. I
Contra Ioseph. Scaligerum defenditur, opera D. Dionysio Areopagitæ ascripta non esse Pseudepigrapha. Superbia eius ante oculos ponitur ipsiusmet verbis, & monetur resipiscere, seque deinceps gerere modestius, & sapere humilius. K
Monita quædam pro Confessarijs & pœnitentibus. L

MAR-

MARTINI DEL RIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERI DISQVISITIONVM MAGICARVM LIBER SEXTVS

QVI EST

DE OFFICIO CONFESSARII.

QVVM duplicē personā gerat cōfessarius, iudicis & medici; facilē intelligitur vtriusq; munere fungi debere. Iudicis quidem personam sustinet, quando confessiones excipit, tantùm: tum enim Dei vices gerit in ligando & absoluendo; Medici gerit non tum solūmodò, sed etiam extra tribunal illud poli; quando consulitur; idque vel à reis, vel à læsis, vel à iustitiæ exsecutoribus, & administris, vel denique ab alijs quibuslibet. De duplici hoc officio nunc nobis agendum.

CAPVT I.

De officio Confessarij, qua Iudex est.

AD Iudicē pertinet nosse delicta, & de illis in foro suo iudicare. vt ea cognoscat iudex; opere pretiū fuerit principio hic quasi in tabella seu breuiculo, ante oculos ponere, quæ in quinque præcedentibus libris peccata, seu delicta, noster iudex debeat animaduertere, & explorare: vt, cum necesse reum iuuet interrogando.

SECTIO I.

EX *Primi* itaque *libri Proloquio*, discet; licere examinare hæreticos, an sint etiam magi seu malefici.

Ex 1. & 2. cap. discet, discernere super stitionis & Magiæ species.

- qui libri ratione magię prohibiti sunt.
- q. 1. quantum astrorum influxui citra errorem possit tribui?
- q. 2. vitare errores malè Christianorũ circa complexionis tẽperamẽtum.
- q. 3. errores vitare circa vim imaginandi.

Ex c. 3. discet.

- q. 4. Quid sentiendũ de sanatione per aspectũ, contactum, vocẽ. de salutatoribꝰ, de gẽtilibus S. Paulli & S. Catarinæ, & similibus circumforaneis, & de curationibus militaribꝰ &c. & q̃ in hac re peccata interuenire soleat?

Princ. quæ peccata occurrãt in Magia naturali & artificiali.

- q. 1. Peccata sigillorũ & caracterum magicorum.
- q. 2. Magorũ fraudes de numeris, & quid tribuendũ illis.

Ex c. 4. discet. in

- q. 3. Quo pecceẽt credulitate & viu incantationum?
- q. 4. Quæ amuleta seu periapta licita, quæ non?

Ex c. 5. discet.

- Quæ in pirotechnia seu alchimia peccata reperiantur, & quo se pacto cũ alchimicis cõfessariꝰ gerere, & quæ illos debeat interrogare? q. 3. & 4.

Ex libro secundo discitur de quibus Magi sint examinandi.

1. De artis auctore, & efficiente cautela quid sentiant? *vt habes. q. 2.*

2. quos habeant libros? iuxta *q. 3.*

3. circa pactum, quas illi adhibuerint solemnitates? *iuxta q. 4. præcipuè litteram E.* & hic an sint rebaptizati &c.

4. circa effectus, an eos ediderint præstigiatorios? quia hoc est mendacium. *vide q. 6. & 8.*

5. An putauerint diabolum vera miracula facere posse? quia est error. *vide q. 7*

6. an imagines sacras inhonorarint, conspuendo, verberando, trahẽdo, mergendoue? *vt q. 11.*

7. an alteri pauperiem fecerint, vel damnum dederint in bonis fortunæ? *d. q. 11 & 12.*

8. an thesauros arte magica quæsierint, aut aliter diuitias, honores, vel victoriã à dæmone expetierint? *d. q. 12.*

9 an incantarint animalia & quomodo? *q. 13.*

10. an cum bestijs rem habuerint? iuxta *q. 14.*

11. an cum dæmone corpus miscuerint, & quomodo? *q. 15.*

12. an ad conuentus iuerint, & ibi fecerint, quæ fieri solere narrantur? *q. 16.* vbi & illud notandum aliquãdo non cum dæmonibus, sed existincto lumine, promiscuè cum quouis vel quauis oblatis proximis sibi concubuerint: qđ de Lamijs & maleficis Attrebatensibus anno 1459. narrat Meierꝰ in Annal. Flandriæ, & de alijs alij.

13. Quoad lycanthropos; examinãdi, an sibi dumtaxat tales videbãtur, an etiam alijs? quia secundo casu adest semper pactum. *iuxta q. 18.*

14. an aliquibus vsi contra vulnera ac tormenta? & quibus? *q. 21.*

15. an conati animas euocare? an cõuenerint de apparendo post mortem? *vide q. 27.*

16. an finxerint spectra? *q. 17.*

17. an spectris cultum aliquẽ exhibuerint, & quem, & qualibus? an pacti cum illis aliquid fuerint, an familiaria colloquia superflua cum his habuerint? iux *q. 28.*

18. an procurauerint spectrorum apparitionem? *q. 29.*

19. an exorcismis vetitis vsus? quæ adhibuerit, & quam adhibitorum vim esse putarit? an habuerit dæmonẽ inclusum, vel includere sit conatꝰ? an paredrum habuerit, & sub quo pacto, quam diu, ad quid &c. *q. 30.*

Ex libro tertio.

1. interrogent, quæ sint instrumenta quibus vsæ? nam grauius subest peccatum vnguentis; eò quòd solet præcedere anthropofagia & infanticidium. *vide q. 1.*

2. an

2. an somnificum maleficium intulerint naturali medicamento, an verò accesserit sepulcri violatio, & cadaueris iniuria? & quem in finem? *q. 2.*

3. quibus philtris vsæ, an miscuerint sacramenta, aut alias res sacratas, & quas? *q. 3. sect. 2.*

4. an sic aliquem egerint in amentiam, occiderint, læserint? *d. sect. 2.*

5. an contra philtrum sint vsi remedijs illicitis? an capti illicito amore, fecerint quæ ex sua parte necessaria? *d. q. 3. sect. 3.* item quę consilia dare possit tali amore irretitis? *ibid.*

6. ob quam causam philtrum præbuerit; cælebs, an vt matrimonio iungeretur: coniugata, an vt amorem mariti recuperaret; vtrique, an ad libidinem illicitam? *q. 3. sect. 2.* an odij vel obliuionis maleficio vsus? item an incendij? *sect. pen. & ult.*

7. Quid existimarit de fascinatione, & an aliquam fascinarint: quibus vsi remedijs vel antidotis contra fascinationem? *q. 4. sect. 1.*

8. An cadauera laniarint, & quę dãna venenis intulerint? quo pacto illa damna viuentibus dederint? item an aliquid defoderint, cui sola remotione queat occurri. *d. q. 4. sect. 2.*

9. *In sect. 3.* notet confessarius singula, vt norit distinguere in aborsu, an nocuerint iã viuo, an antè animationem? item an sic distenderint prægnãtem, vera, an simulata prægnatione? quia priore casu accedit prolis periculum. item quoties hæc facta: denique in 3. casu, an propter hanc deficcationem, fœtus fame perierit, & quot &c.

10. Attendat qui homicidæ sint excommunicati? *sect. 4.* Interroget an sagittariam exercuerit magus? an huiusmodi imagines confecerint, an baptizarint: & in quarum personarum interitum?

11. *Sect. 5. & 6.* quos animi, corporisvè morbos intulerint?

12. *Sect. 7.* an aliquos deuouerint? & qua imprecationis formula?

13. *Sect. 8.* an maleficiarint aliquem ligaminibus, & ad quod tempus? item an ad euitandum vel sanandum illud, aliquid superstitionis adhibuerint.

14. *Ex. 5 q.* discet habere rationem personarum, quib. nocitum fuit. hinc enim atrocitas peccati crescit. nam ceteris paribus contra publicam personam peccatur grauius, quàm contra priuatã. atrocissimũ quoq; est omniũ, necare infantulos nõdum baptizatos.

Ex q. 6. & 7. discet ob quæ peccata maximè, quis tradatur maleficis puniendus: quibus etiam abstinendum sit ijs, qui cupiunt esse tuti, vel liberari à maleficijs.

Ex q. 8. poterit confessarius proponere miseriam maleficorum, & peccati enormitatem.

Ex libri verò huius parte posteriore; discere poterit.

1. Naturã vanę obseruãtię. *q. 1. & 3.*

2. quando, & quale sit peccatũ? *q. 2.*

3. modos præcipuos vanæ obseruãtiæ, & ex eorum similitudine, quando in hoc peccatũ quis ruerit? *q. 4. sect. 1.*

4. de precibus & verbis sacræ scripturæ, de ieiunijs & alijs operib. bonis secundum se. *sect. 2.*

5. de ligaturis & periãmatis. *sect. 3.*

6. de obseruatione omnium. *sect. 4.*

7. de strenis initio anni. *sect. 5.*

8. quando liceat obseruare dies, quando non. *sect 6.*

9. quæ sint licita media sanandorũ morborum, & quæ non, & de militari vulnerum curatione. *sect. 7.*

10. fundamenta vanarum obseruationum quæ adhibentur ex S. S. &c. refutata. Quod est necessarium scitu, vt idiotis possit persuaderi, esse impia illa, quæ habent pro pijs. *sect. 8.*

Contra Felicem Malleolum Tigurinũ.

- De formula, si Deus incarnatus &c.
- Dæmonũ ministerio an ad bonum liceat vti.
- De rythmo seu versu.
- De ritibus & cerimonijs quæ adhibitæ.
- De dubio in quo benignior sequẽda sit interpretatio, tam de dubio personæ, quam rei.

11. Ex formulis positis *in sect. 9.* futurum ei non difficile, iudicium ferre,

de ceteris, quę sunt innumeræ, & in singulis locis diuersæ; sed in ipsa ratione formali superstitionis cõueniũt.

Ex libro Quarto.

1. Discet naturam prophetiæ. & quando sit peccatum prophetæ, non credere inspirationi. *c.1.q.1.&* 2.

2. Quibus instructum esse oporteat ad dandum consilium in reuelationibus? qui abusus & errata hic possint accidere ex parte confessarij; quæ ex parte habentis reuelationem? quomodo fraudes & peccata huiusmodi deprehendantur? de scrutanda intentione. *q.3.*

3. Regulas discet ad cognoscendũ quando peccent astrologi & similes diuinatores. quando sors, omen, vel signi petitio sit licita *c.2.q.3.*

4. Qualiter peccẽt diuinatione vtentes, & quæ excusent vel minuant peccatum. *q.4.*

5. Quale peccatum sit oracula dæmonum consulere? *q.6. sect.1.*

6. In necromantia quibus vsæ mediis seu instrumentis, quorum ratione potest accedere infanticidium, & similia peccata. *sect.2.*

Ex seqq. sectionibus discet species diuinationis cum pacto expresso. In specie quoq; illarũ vltima de oculi excussione, nota incidere in obligationẽ restituendi, ratione damni iniustè illati.

8. *in q.7.* discet varias species pacti impliciti; ex quibus poterit decidere casus similes, vt de saltantibus per pyras, de asseruantibus ἄμιον, de ferentibus amethystum vt somnient, de offerentibus candelam S. Antonio, vt furem indicet; & in quibusdam potest accedere obligatio famę restituendæ, vt in Parthenomantia.

9. Quomodo liceat niti ominibus, prodigijs & portentis? quando peccetur in huiusmodi obseruãdis? *sect.2.*

10. Quando sit sors diuinatoria & prohibita? maximè de illa quæ fit per inspectionem libri sacri. *sect.3.*

11. Ad naturam peccati huius intelligendam planè necessaria est. *sect.4.*

12. Discet peccata astrologorum, Genethliacorum, & cæterorum iudiciariorum etiam medicorum & chirurgorum. *c.3.q.1.*

13. Quæ liceat diuinare ex elementis & mixtis insensibilibus, vt cometis, halonibus &c. quæ non? *q.2.*

14. Quid liceat medicis diuinare. *q.3.*

15. Quando peccent physiognomi? *q.4.*

16. Quale peccatum sit chiromantia? *q.5.*

17. Quæ somnia licet obseruare & interpretationem quærere? *q.6.* In fine quæstionis habebit exemplum faciendæ in similibus disquisitionis.

18. Quæ occurrant hodie peccata in sorte diuisoria, & quibus casibus sit licita? *c.4.q.1.*

19. Quæ peccata contingant in cõtractu sortis, quem vocãt ollæ seu Lotheryæ? quæ quoad venditorem, quæ quoad emptores, quæ quoad ministros seu assistentes, quæ quoad remp. vel Principem? *q.2.*

20. Quæ peccata sint canonicæ purgationis: an quis eam cum mendacio vsurparit? *q.3.*

21. An vsus sit vulgaribus purgationibus interroget; tam subeundo, quàm exigendo. Notet quæ dicta de prouocatione ad diuinum iudicium; quomodo in ea peccetur. itẽ de duello publico & priuato propter adiunctã excommunicationem: & notet quę ad explicationem censurę illius hic addita. *sect.1. & 2.*

22. De peccatis purgationum variarum per ignem. *sect.3.*

23. Peccata probationis aquę frigidæ vel feruentis. *sect.4.*

24. Discet, cur & quomodo peccet iudex probatione illa vulgari, qua sagæ in aquam proiectæ creduntur supernatare: & quid respondendum nitentibus consuetudine seu corruptela quorumdam iudicum. *q.5.*

25. Notet quę hic dicuntur, vt communia omnibus vulgaribus purgationib.

26. Item notet, quæ de excusatione ex capite ignorantiæ aliquando iudices prætexunt; vt sciat quando bona intentio excusationem illis præbeat, quando verò non præbeat.

27. Item, quale sit peccatum error sine dolo?

28. Peccare iudices, qui, semota lege & ratione, arbitrij liberam plenitudinem sequuntur: & quo modo omnis iudex legi sit subiectus? *sect.2. litt.I.*

29. Peccare quando canonibus non obtemperant? *sect.3.*

30. Quando liceat signum petere? & quæ fides requisita ad editionem miraculorum?

31. Quomodo peccet torquens vel damnans eum, cui hæc purgatio fuit adhibita? *d. sect.3.*

33. De peccato purgantis per pondera & lancem. *q.6.*

34. De peccato purgantis per crucẽ.

35. Peccata in quibusdam alijs generibus, quæ rariora. *ibid.*

Ex libro Quinto discet.

1. Quando iudex peccet arbitrando temerè circa criminis grauitatem?

2. Quando peccet minuendo vel augendo pœnam legis?

3. Quem iuris ordinem contemnendo iudex peccet? *sect.1.*

4. Quomodo peccet in inquisitione? 1. circa corpus delicti. 2. ratione accusationis præcedentis. 3. in forma inquisitionis. 4. quoad præcedẽtia indicia. 5. quoad famam præcedentem. 6. quoad absolutionem præcedentem. 7. quoad transactionem. 8. quoad gratiam Principis. *sect.2.*

5. Discet de indicijs, quæ vis præcipuorũ? 2. quod iudex tenetur aliquando ad damnorum restitutionem, si nõ interrogauit de socijs. 3. quando propterea reo deneganda sit absolutio? 4. alia in hac re tam rei quam iudicis peccata. 5. peccata iudicis ex defectu indiciorum ad torturam sufficiẽtium. 6. quomodo distinguenda iactantia à minis? 7. quod mens scrutanda in minantis æquiuoca locutione. *sect.3.*

6. *Sect.4.* docet vim minus certorum indiciorum. 2. quod ex non impedito damno iudex teneatur restituere. 3. Peccari in sortiariorum, defensione, fauore, patrocinio & occultatione. 4. qui mortaliter peccent non defendendo. 5. qui teneatur restituere.

7. Discet multiplices abusus iudicum in receptione testium. *sect.5.*

8. Peccata accusatorum, & onus restituendi. *sect.6.*

9. Varia peccata in reis comprehendendis, carcerandis, & postea ibi asseruandis. *sect.7.*

10. Multa grauia peccata circà modum torturæ, in quantitate & qualitate.

11. Quosdam ritus superstitiosos contra maleficium (vt vocant vulgo) Taciturnitatis. *sect.9.*

12. Peccare iudices qui mendacio doloue reum decipiunt. *sect.10.*

13. Quando iudex peccet condemnando reum ex sua confessione. *sect.11.*

14. Quomodo discernendæ; suspicio, opinio, & præsumptio.

15. Cui possit iniungi abiuratio, & quo pacto is ad eam inuitus adigi possit? *sect.12.*

16. Varia in quibus iudices circa canonicam purgationem queant peccare. *sect.13.*

17. Quo modo iudex peccet, interdum etiam cum onere restituendi, eo quòd cùm deberet absolutè absoluere, tantùm absoluit reum à iudicij instantia? *sect.14.*

18. Quo modo qualificanda sortilegia? item quę sint hæreticalia, quę nõ? & proinde, quibus excommunicatio accedat? *sect.15.*

19. Quando iudex peccet in pœnæ irrogatione? *sect.16.*

20. Peccata quędam propria Sacerdotum & clericorum in hac materia, de quibus illi interrogandi. *ibid.*

21. Quando iudex remittens pœnam teneatur ad restitutionem & peccet? *ibid.*

22. Peccatum legentium vel retinentium libros Magicos. *sect.17.*

23. An prębenda maleficis ad mortẽ damnatis Eucharistia; & vnctio, & quid in Eucharistia prębenda sit obseruandum. *sect.18.*

24. Peccetne iudex sepulturam denegando. *sect.19.*

25. Peccatum eorum qui subministrant

strant instrumenta necis, vt reus euadat pœnam publicam. *ibidem.*

SECTIO II.

De Sigillo confessionis in hac materia.

HAnc sectionẽ addo, propter quorumdam confessariorum simplicitatem, & quorumdam Iudicum temeritatem atq; malitiam; qui, quantũ possunt, conantur ex confessarijs, directè, indirectève, tum ante Rei mortẽ, tum post eam, exsculpere, nũ reus fuerit peccati illius conscius. Adeò vt alicubi audiuerim solitos quodam loco cõfessarios à iudice post latam sententiam mortis in reum interrogari; sitnè iustè damnatus reus; necne? & religiosos quosdam, eò quod hanc Iudicum iniquam importunitatem, vt sacrilegam, graui oratione repressissent, in posterum ad reos audiẽdos vocari desijsse. Notandum primò sigillum confessionis vim æqualem habere in omni crimine etiam maximè enormi; vt in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & hæresis; *a* vnde patet falsum & erroneũ esse versiculum illum vulgatẽ;

Est hæresis crimen, quod nec confessio celat.

Notandum secundò, ex communi sententia, seruandum sigillum, vt ante rei mortem, sic & eo mortuo. quia moriendo ius famæ suæ non amisit: nec confessio eius propterea minus confessio esse cæpit, quàm prius. Notandum tertiò, Doctores quando concedunt veniam detegendi, seu narrandi aliqua accepta in confessione; numquam loqui de expressione delicti in specie, vel personæ nominatione; sed omnes tantum agere, de quadam generali reuelatione delicti, sic facta, vt per eam nequeat ad personarum cognitionẽ deueniri. *b* Notandum 4. aliud esse si agatur de delicto committendo, aliud si de iam commisso.

Quoad delictum commissum; imprimis est sententia quorumdam, quæ communis videtur Canonistarum, *c* posse Sacerdotem delictum iam commissum reuelare, quod non in Sacramento pœnitentiæ; sed extra illud, sub promissione secreti & sigilli cõfessionis accepti; immo, si in testem producatur, debere illud reuelare in iudicio; hæc sententia reijcitur ab alijs, *d* volẽtibus veram esse de crimine committendo, non de crimine commisso. probabilem puto vtramque, sed posteriorem esse tutiorem: in rigore quidẽ, qui se obligat sub secreto tali, æquè se obligat quoad commissa & committenda; sed censetur Ecclesia propter publicum bonum, velle irritare promissionem illam quo ad crimen committendum; qui fauor boni publici cessat ordinarie, quoad crimen commissum. ideò si graue damnum inferretur celatione illius criminis commissi; teneri tum quoque illud sic reuelari fatẽtur Menoch. & Farinacius, doctissimi duo Iurisconsulti. Sanè promissio illa sub secreto sigilli facere nequit, vt qd sigillum non est, id tale fiat: sed obligat solummodò more promissionum aliarum de secreto seruando: quarum vis se in detrimentũ reip. contra æquũ & bonum nequit porrigere. Quoad delicta committenda; quando quis non vult abstinere aut se emendare, sed crimen statuit perficere, fuere nõnulli Iuristæ, qui censuerint, ea posse à confessario reuelari. *e* hæc sententia periculosa est, & retrahit homines à confessione. Excusari possent auctores eius, si dumtaxat locuti forent, de eo qui specie confitentis accederet, reuera tamen non haberet animum cõfitendi; sed vel consilij petendi tantũ, vel accipiendi confessarium, aut pertrahendi in societatem criminis; tunc enim non est verum sigillum, nec res sub sigillo credita. Quod si quis animo confitendi accederet, seque clauibus subijciendi, & absolutionem consequendi, & sic, confessionis sigillo rem subijceret: sequenda omnino cõmunis opinio contraria, quæ pluribus Iuristis & Theologis placuit, non esse tum licitum detegere, ne reip. quidem

a Gig. de cri. læs. Mai. lib. 2. rub. qui accusa. pos. q. 18. Ant. Gabr. lib. 7. concl. vlt. nu. 17. Albertin. de cognosc. assertio. Cath. q. 25. Scot. & Ricar. in 4. d. 21.

b sic post Angelũ, Albertin. Gig. & Gabrielem docuit Fasin. to. 1. q. 51. n. 110.

c testib. Compostellæ 3. p. c. 13. nu. 9. & Gabrielis sup. nu. 16.

d sic Menochius lib. 1. de præsumpt. q. 89. n. 11. & Farinac. sup. n. 111.

e post Angel. & Albert. Gabriel. & alios citat. Menoch. d. casu 9. nu. 7. Navarrus cap. 27. nu. 180. n. 21.

a D. Thom. Rich. & cum Theologis Nauarr. in ca. sacerdos n. 120. & seq. Farinacius citat Iuristas, sed videtur non satis rem assecutus.

b Ex. D. Thom. Aug. ad Angelũ, uerf. che hai tradito la tua patria, post nu. 18.

c sic post alios quos allegant Anton. & Gigas. sup. & Farinac. sup. nu. 102.

d ut Inno. Alb. Anch. & qui eos sequ. Gabri. & Menoch. sup. Gig. sup. n. 18. Aug. ad Aug. sup. Bonacos. p. 2. com. opin. ver. sacerdos non potest reuelare.

dem proditionem. *a* Hanc sententiã limitant, primo quoad veram reuelationem: volunt enim posse Sacerdotem tunc ipsos confitentes diligenter monere, vt abstineant, & obuient; tum etiam monere magistratus, & Episcopum, vt super gregem suum vigilent, ciuitatem custodiant, & similia, quibus & malo subuenitur, & confessio non reuelatur. *b* 2. limitant, si pœnitens habeat socios complices, & ipse quidem pœniteat, & emendationem spondeat; indicat tamen adhuc esse periculum, ne per complices, ipso desistente, scelus committatur: tunc enim putant, vt occurratur damno futuro, posse Sacerdotem reuelare delictum futurum; etiam confitente non consentiente. *c* 3. limitant multi Iuristæ si pœniteat pœnitentrem, & velit se emendare ac desistere; quod si nolit desistere, nec obuiare vt potest, sed perficere maiult tunc inquiunt non teneri sacerdotem ad sigillum, quæ putatur communior sententia canonistarum. *d* fundamẽtum eorum est, quia non putant hanc esse veram cõfessionem, nec sigillo hic locum esse. Sed falluntur, quia uera cõfessio est, si animum accedentis & confitentis consideres; licet non sit perfecta confessio & valida. Et ad hoc ut qs sigilli secreto ligetur, nihil necesse est (*e* quod benè docuit Nauarrus) confessionem esse perfectam & validam. si hoc enim requireretur, quanta quæso porta panderetur malis Sacerdotibus, ad reuelanda secreta: quibus sufficeret minima aliqua causa denegandæ absolutionis? sed satis est, si pœnitẽs animo accedat confitendi, seque clauibus subijciendi, vt absolutionem consequatur, & cum hoc animo sincere peccata narret, ac numeratò promat; nihil quod meminerit, sitque dicendum, prætermittens sponte sua: obligatus enim hoc ipso manet Sacerdos ad sigillum seruandum: nec æquitas aut religio sacramenti huius patitur, ut qui fidem habuit, suaque arcana credidit confessario, ulla ex causa decipiatur. sunt enim permulti, qui licet animo sint satis præparato & forti ad confitendum; infirmiores tamen adhuc se putant, quam ut queant abstinere, & imaginaria quadam necessitate se trahi raptarique ad perficiendum putant; quod dolenter tamen se non penitus abominari, & a Deo postulant uires roborque sibi ad hoc præstari, & ignosci infirmitati suæ. Quare tertia hæc limitatio merito a Theologis plerisque hodie explodituꝛ: & miror Farinacium eam amplexum; cum rectè D. Thom. Ipaullo ante fuerit secutus.

Quoad 2. limitationem, simul & primam, dependent a quæstione, V. *Sacerdos possit uti aliquando scientia, ex confessione parta; saltem ad gubernationem, & mala imminentia auertenda?* verbi gratia, confitetur maleficus se vel alium posuisse puluereꝛ, vel quid aliud sub tali limine; & nisi tollantur, domum comburendam, Principem interiturum, quotquot urbem ingredientur egredienturque in magnam perniciem aut periculum venturos. Qua in quæstione consentiunt omnes fere DD. paucis exceptis, licere seruata circumspectione ut nec directè, nec indirectè ad suspicionem peccati confitentis quisquam deueniat. *e* Sed probabilior est contraria sententia & tutior, & magis consentanea religioni ac reuerentiæ huic Sacramento debitæ; quam tenuisse uidetur Henricus Gandens. *f* Tutiorem dixi, quia ut illa contraria practicetur sine periculo, tanta & tam multiplici est opus circumspectione, ut difficile sit plerumque eam seruantem non incidere in sigilli violationem. 2. quia fauet ipsi Sacramento, cum inuitet ad illud ipsa silentij & arcani necessitate, & securitate, ac libertate confitentium. 3. quia S. D. N. Clemens VIII. anno 1592. die 26. Maij, decreto quodam, præcepit superioribus regularium, vt diligentissimè caueant, ne notitia de peccatis in confessione habita ad exteriorem gubernationem utatur. Quæ sanctio etsi liget dumtaxat eos ad quos scripta; satis tamen indicat Pontifici Maxim. magis probari eam sententiam; quæ vult ita prorsus se confessarios gerere, ac si in cõfessione nihil

e citat multos Sotus de rat. secre. tegendi mẽb. 3. q. 4. Nau. in d. c. Sacerdos n. 144. & seqq. d. 6. & est omnium illorũ quos citaui litt. c.

f n. §. 1. & præterea Cardinalis Toleti in summ. Casuum, & Emanuelis Saa in Aphorismis.

f quodlib. 8. q. 29. & 31.

nihil penitus audiuissent: sibique persuadere, nullatenus humanarum rerũ regimen ab hoc Sacramento dependere, vt quod ab eo quam longissimè distat. Cùm tamẽ hęc prohibitio in illo casu sit iuris humani; & periculum a republica, vel proximis, cum citra dãnum tuum & sigilli violationẽ queas, propulsare, sit iuris diuini; hautdubiè casus posset incidere; quo quis teneretur hac scientia ad malum, quemadmodum diximus propulsandum auertendumque vti. præsertim cum sententia illa communis sit probabilis, & nullũ ius humanũ valeat impedire; ne quis; cùm necessitas postulat, ad malum ingens impediendum, sententia probabili vtatur. *a* Et hoc casu admitti posset prima illa limitatio; sed & 2. si per omnia prospiciatur & caueatur sigilli integritati. Nec enim putandum, Pontificem de huiusmodi extraordinarijs planè casibus agere voluisse; qui in religiosis congregationibus vix unquam cueniunt.

a vide Di. Th. in add. 3 q. 11. a. 1. ad 1. & 4.

Ex hac autem sententia illud sequitur; si Petrus magus mihi confitens interer circumstantias peccati complicem indicarit; isque mox mihi quoque confiteatur, sed peccatum illud sibi cum Petro commune reticeat; nõ posse me hac scientia vti, ad illum de hoc peccato examinandum; sed tantum posse me in genere inuestigare, num sit aliud qđ conscientiam eius grauet, & persistentem in silentio, teneri me simpliciter absoluere. Sequitur secundo, Non posse Sacerdotem ne metu quidem mortis proposito, cuiquam hoc crimen reuelare, *b* & posse eo casu dicere nescire sese, nec de tali peccato se quidquam audiuisse. quia reuera non scit, nec audiuit, vt homo, seu vt pars reip. Immò si mente subintelligat, (scilicet, vt possim reuelare) posset dicere se hoc in cõfessione non audiuisse, vel reum sibi hoc confessum non fuisse, & hæc omnia posset iuramento confirmare. *c* Nec potest ad reuelandum Sacerdos a quoquam cogi, nec a Papa quidem; multo minus a quouis alio, vt fusè docent Augustin. Berous & Hieronym. Gigas. *d* Quod si iudex inuenisset peccatum malefici scripto commendatum, vt id confiteretur; vel ab aliquo auscultante pœnitentem, vel a sacrilego Sacerdote sigilli violatore id intellexisset; non posset iudex his testibus, nec illi scedulæ, nec ipsi Sacerdoti credere, nec propterea reum capere, vel torquere: *e* immò etiamsi iam illum condemnasset testibus conuictum; & postea intelligeret totam delationem vel accusationem ortam ex sigilli violatione, deberet damnatum absoluere & dimittere. *f*

b ca. Sacerdos de pœ. d. 6. & ibi Nauar. a n. 13. & est commu.

c Nau. Manual. c. 8. n. 19. cõm of se docent Gigas d. q. 18. nu. 4. Gom. de cri. c. 13. nu. 9. Masc. li. 1. de prob. inpræsat. q. 5. nu. 51.

d Berous q. 12. n. 2. Gig. d. q. 18. nu. 5.

e Ant. Gom. f. d. n. 9. Masc. d. quæstionis lib. 2. cl. 377. n. 1. & 3. Mart. lib. 1. de pœnit. q. 89. n. 26. et 27. f est cõis, vt de Sotum in 4. d. 18. q. 4. a. 5. g Schol. in d. 18. et 21. h in c. Matthæus de simonia. et in c. significauit de adulter. Fari. supra nu. 111. i post Hadam. Scot. Dur. Gabr. & Major in 4. d. 21.

Duo denique sunt casus soli, quib. liceat reuelare in confessione audita. *primus est* quando pœnitens Sacerdoti licentiam reuelandi concessit, consentiunt in hanc Theologi, *g* & Iuristæ *h* propter tex. clarum *in ca. significasti de adulter.* & quia licet pœnitenti renuntiare iuri in fauorem tuum introducto. Quidam tamen requirunt, vt hæc licentia detur extra confessionem, & rursus tunc reus narret suum peccatum. *i* Sed hoc non est necessarium, vt melius ceteri censent. nam si extra confessionem iterum ei narret; iam poterit ex alio capite referre, nempe iuxta limitationem sequentem. Deinde quid interest, dicatne in cõfessione, do tibi licentiam, hoc quod modo narrauit reuelãdi; an post confessionem hoc dicat, & iterum narret? Veriores ergo conditiones sunt, 1. non sufficere ratihabitionem, neque licentiam interpretatiuam, vel implicitam; sed requiri explicitam. 2. debere eam esse merè liberam & nullatenus coactam. 3. debere subesse causam iustam & magni momenti; vt puta boni publici, aut corporalis vel spiritualis boni pœnitentis. Nam ioco vel ex causa leui reuelare, & habita permissione confitentis sacrilegium foret. K

Secundus casus est, si Sacerdos idẽ aliunde seu alia via extra confessionem, ante vel post eam, resciuerit; quẽ admittunt, in delictis committendis, Abbas & alij; *a* sed idem in commissis censent communiter Theologi. *b* & ratio efficax id persuadet. nec enim per cõfessionem sacerdos amittit ius quod ante habebat; neque id quod postea aliunde illi comparatum. Quod si amitteret, cõfessio vergerer in damnum publicum. nam fraudibus patrocinaretur & iudicia euerteret verbi gratia, si qs, coram duobus Sacerdotibus tantum, maleficium cõmisisset, & postea vtrique confiteretur. iste enim tum nec deferri nec accusari à quoquam posset: quod, quam sit reipu. perniciosum, nemo non intelligit. Cauendum tamen Sacerdoti, ne hac licentia utatur, nisi in re grauissima: nam facile scãdalum sequeretur, si frequenter & in leuibus rebus ea uteretur. item cauendum, ne quid amplius dicat, quam quod extra confessionem cognouit. Sacerdoti verò dicenti se extra confessionem id resciuisse non credi, nisi id probet, &, si non probat, extra ordinem puniendũ arbitrio iudicis, communiter censent Canonistæ, *c* sed hoc arbitror de sacerdote malæ famę intelligendum. Nã in eo qui bonæ famæ est, putarim sufficere iusiurandum pro probatione, si testes desint: cur enim non hic sufficiat, quod in priore casu sufficere fatentur?

a vide Austriacum de decoma ad dec. ubi supra & Fari. supra.

b D. Bonau. d. 21. ar. 2. q. 3. Palud. lib. q. 3. a. 3. Sot. d. 18. q. 4. art. 6. Nauar. in d. c. Sacerdos, nu. 161.

c Nauar. & alij quos sequuntur Masc. supra. q. 5. & 6. & Farinac. supra. nu. 107.

Denique, extra hos casus licitos, sacerdos reuelando violans sigilli (quod ex iure diuino positiuo fluxit) secretũ, hodie deponendus, & in carcerem perpetuum monasterii cuiuspiam detrudendus est. *vide Concil. Lateran. cap. 21. & capitul. omnis de pœn. & remiss. & Farinac. pract. crimin. q. 51. num. 93.* aliquando tales iussi fuere a Pontificibus degradari & pœna mortis affici, & merito, exemplum ponit Felicianus, *lib. de degradat. cap. 14.*

K *vide Mascard. de probation. conclus. 1286.*

SECTIO III.

De modo confessionis.

PRæter ea, quæ cõmunia sunt in hoc crimine & in ceteris, peculiariter obseruare oportet confessarium non-

nulla. Quædam pertinent ad interrogatoria; quędam ad præparationem animi, quædam ad obligationem restituendi, quædam ad absolutionem impartiendam.

Quoad interrogatoria, multa fuerunt a me dicta *sect.* 1. his adde primò quod quia sagæ uix vnquam faciunt integrã confessionem, idque dæmoni promittunt: rogandæ sunt de hac re, & sacrilegæ seu mutilatę cõfessiones omnes reperendæ: deinde ut tunc omnia prodant, inducendæ bonis rationibus, vt velint; & interrogatorijs illis Sect. 1. iuuandæ, vt possint. Interrogãdæ quoque, an ex animo renunciarint fidei. nã tunc est apostasia, an aliquid animo crediderint contra fidem? tunc est hæresis. an abusæ rebus sacris? & est sacrilegium. an diabolum adorauerint, siue in specie aliqua visilem, siue quem nõ videbant (vt testatur Meierus de sagis Artebatensibus anno 1459.) item quãdiu in hoc crimine hæserint an aliquãdo animo pœnituerint &cet. propter volitiones eiusdem criminis diuersas & earum interpolationes. 3. interrogãdæ sunt; an adhuc retineant libros aut alia magica instrumenta; quia retentis illis absolui nequeũt. 4. utrum alios talia docuerint aut seduxerint. quia non debent absolui, nisi quantum in se est conuertere illos conentur; & si conuerti noluerint, eos ad superiores magistratumue deferant, aut accusent. Si tamen confessio fiat in articulo mortis, sufficiet tum, qui præsentes fuerint in genere monere & horrari, ut a deceptione & hæresi tali recedant, sibique in posterum caueant &c. 5. videndum vt occasiones relabendi euitentur, & tollãtur, verbi gratia si habitat, vel versatur inter maleficos; quando fieri põt, loci mutatio, & separatio, iniungenda. 6. interrogandæ diligenter de veritate confessionis iudiciariæ; horrandę, si cũcta uera, quæ dixerunt? ne mutent, sed ueritatem tueantur, si falsa, ut retractẽt, si quos innocentes (vt fit non rarò) detulerint, eos exculpent: si quos noxios complices sciant non emendatos, eos deferãt iudici. neq; ex hac generali admonitione irregularitatis periculũ est.

Quo-

Quoad animi præparationem, magna in hoc crimine confessarijs se difficultas offert. In primis cauendum puto Iudicibus, ne reis mortis sententiam per quos uis denuncient: deligendi potius viri pij & prudentes, qui hoc indicent verbis prudentibus, & simul adhortẽtur ad bonam & seriam præparationẽ docet autem, in hoc maximè crimine, experientia, non expedire eos, qui confessarij sunt futuri, ante sententiæ pronunciationem ad reos accedere, vt eorum confessionem excipiãt: vix enim verum fatentur, dum sibi timent a delatione: item docet eadem experientia, non esse vtile, immò sæpius noxiũ esse, si ipsemet confessarius mortis sententiam reo intimet. sic enim a tali nuncio vt plurimũ abhorrent, vt rarò post modum rectas & sinceras admonitiones in animum admittant. Illud quoq; memini a me quæsitum aliquando; *An dum in tormentis reus versatur, liceat uel expediat, quæstioni confessarium interesse?* scio id latrunculatores a sacerdotibus aliquando petere: sed, impudentiores illi an imprudentiores isti qui faciunt, nescio. abusus est certè, propter irregularitatis multa quæ se hic ingerunt pericula. quæ ibi necessitas confessarij? immò, quæ utilitas? hortetur ad silẽtium? causa est cruciatus augendi. hortetur ad confessionem veritatis? mortis sententiam accelerat. absit potius, & fugiat à tam acerbo & ferali spectaculo sacerdos; seque contaminari putet, si propior adsistat, & oculis hauriat hãc carnificinam. fateor illud vtile futurũ, si in vicino quopiam cubiculo sit; vt, si in mortis periculum reus incideret, iuuare possit celeriter, & deficienti venire suppetias. Morienti adesse confessarium necesse est, propter Diaboli insidias, qui *cadaneo insidiatur,* hoc est ultimo vitæ humanæ actui. Hic quæri audio *num liceat à iudice petere; vt, si reus vinctus rogo tradendus sit exurendus: sacculus pulueris pectori appendatur, accelerandæ mortis gratia; vel, cum appensus est, a carnifice, vt ignem illi admoueat: vel a iudice, ut strangulari iubeat eum, qui lento igne consumitur?* vulgus Doctorum talem putat incidere in irregularitatis notam. Si incideret, foret ea, quam vocant, *ob defectum lenitatis.* at mihi hic lenitas exuberare videtur potius, quam deesse: & opus meritorium puto, quodque non sacerdotem modo, sed & quemuis Prælatum deceat maximè. non tam mors accelleratur, quam cruciatuum finis accersitur. moriturus ille certò: agitur, ne per tot supplicia. Sed ad confessionem retamur.

In contritione procuranda, hoc opus hic labor est, non ex parte Dei, sed ex parte ipsius maleficij; quem ordinariè duo impediunt, error, & metus. Error quidem multiplex. Nam postquam captæ sunt maleficæ, vt ipsæmet sæpè fassæ, *tunc Diabolus* (verba sunt Grillandi *a*) *nihil aliud satagit, nec laborat in alio, nisi in persuadendo, at persistant in sententia & usq; in vitæ finem perseuerent.* adducantur licet in supplicij locum, igniſque succendatur, se illarum corpora, & laqueo, & flammis palam erepturum, factumque, ut flammarum contactu nullum dolorem percipiant. Quod si mori illas contingat incendio, mortem illam cruciatus expertem fore; migraturas ex huius vitæ miserijs absque supplicij sensu, ut in futuræ vitæ beatitudinẽ transferantur. illic eas dæmonibus similes fore; eodem robore, scientia, diuitiis, potentia, voluptate, quibus ipse dæmon potitur ac pollet, donandas. Sic mendax decipit. Alius error est; quia persuadet impossibile esse ipsis ad Deum conuerti, & veniam cõsequi peccatorum, propter pactum secum initum, & Dei abnegationem. aliaque quibus se contaminarũt scelera nefandissima. Sic illas, dum vel desperatione deiicit, vel spe lactat & extollit, semper conatur obdurare; vt cuncta negent, respuant confiteri, non se resipiscãt nihil pœniteat deliquisse. Hic in promptu Sacerdos habeat, & sacræ scripturæ testimonia, & Patrum sententias, & exempla omnis æui; quibus clarè demonstret vtroque dæmonem mentiri; serio conuersos nunquam a Deo reijci: nihil eorum, quæ pollicetur, iactatorem illum præstare posse, neque si posset uelle. Grauitatem quoque criminis poterit proponere; ex circumstantijs hæ-

a de sortil. q. 9. n. 2.

hæresis, idololatriæ, Apostasiæ, homicidij, parricidij, rapinæ, Sodomiæ, & sacrilegij. Impœnitentiæ verò illius signum idem Grillandus; *a* maximè quoad mulieres; certum esse dicit: si lacrymas nullas emittant, cum tamen flere, gemere, suspirare que videantur, & omni conatu lacrymari conentur. Hanc ipse cum alijs Iurisconsultis verissimam notam putat, qua constet eas nõ uere, sed fictè tantum pœnitere. cuius rei, cũ videat se rationẽ nullã naturalẽ idoneam reddere posse; confugit ad supernaturalem, vultque id fieri a diuina prouidentia in pœnitentiæ fauorẽ. Censent itaque Grillandus & socijs; si saga lacrymetur, verè illam pœnitere ex animo; si non lacrymetur, fingere pœnitentiam. Nunquam iudici auctor fuerim huic coniecturæ inniti, vt certæ uel idoneæ. Nam experientia illa, quam ex aliquibus ait Grillandus se collegisse, fallax est & incerta: tũ quia nonnunquam ipsa doloris magnitudo lacrymas deficcet, & plane tollat, iuxta illud orchestræ, *b*

a sup. n. 3.

b Terent. in Heaut. act. 5.

Fletuque acerbo funera & quæstu carent:
Quin ista tanti pernicax clades mali
Siccauit oculos, quodque in extremis solet,
Periere lacrymæ.

Solet ait, & uerum est. Iam ex aduerso sæpè præ lætitia quidam lacrymantur, iuxta illud eiusdem. *c*

c in Phorm.

Subitos fundunt.
Oculi fletus: nec causa subest.
Dolor an metus est? an habet lacrymas
Magna uoluptas?

Nec iuuant illum argumenta è Canonibus petita; quibus tantum probatur lacrymas esse signum pœnitentiæ, & nubis mœstæ animum obsidẽtis profluuium; lacrymis quoque peccata dilui, & fœditatem animo eluj; quæ vt verissima sunt, ita minimè probant; nullum pœnitere, nisi & lacrymetur. quidam sunt tam duro vultu, tam ficco cerebro, vt lacrymari nesciat, etiam pueri. possunt ergo mulieres quoque tales reperiri. Nam pueri non minus humidi, nõ minus ad lacrymas faciles, quã illæ. Accedit quod I. Cristi nõ satis inter se concordes. diffident ab inuicem, quidam a seipsis. Aliquando scribunt defectum lacrymarum esse indicium ipsius maleficij, nã maleficas esse, quæ non lacrymentur: at Grillandus fatetur maleficas, cum verè pœnitent, lacrymari. An hæc consentanea, & non pugnantia? si dicas, lacrymari, quia eo ipso, quod pœnitent, maleficæ esse desierunt: sicut adulter esse desinit affectu, quem peccasse pœnitet. verum hoc qui dem. Sed quid si pœnituerit peccasse, & post pœnitentiam hanc animi comprehẽdatur ea, quæ veneficijs suis multos interemerat? Hęc iuxta Grillandũ poterit lacrymari, quia pœnituit; iuxta ceteros verò adhuc lacrymari non poterit, quia, quoad externum forum adhuc est uere malefica. nam vt Grillãdus hoc suum dictum stabilit auctoritate diuinæ prouidentiæ, ad pœnitentiã animi declarandam: sic alij illi suum quoq; firmant eadem diuina prouidẽtia, quam decet fauere iudicibus ad criminis commissi deprehensionem, & vindictam. quare iuxta illos, vt crimen huius maleficæ (quoad forum externũ talis esse non desit) puniatur, necesse est hoc indicio illam deiegi, vt flere nõ queat, quam lacrymaturam Grillãdus contendit. Plane cõfessario omnia huiusmodi indicia aspernãda, omnes huiusmodi coniecturæ fugiendæ sunt. eò quòd pœnitenti pro se, & contra se loquenti, tenetur credere. Denique quis adeò fori huius interni inexpertus est, qui nesciat, sæpè vbertim flere quosdã confitentes exiguo tactos dolore; & alios multo grauius affectos, & ictos profundius, nec unam lacrymulam emittere?

Vrget ẽt tum reos metus duplex, alter verborum & minarũ à dæmone, à quo incarceratæ non rarò affliguntur crudelissimè: alter humanæ infamiæ: contra vtrumque rationibus, exemplisque armari a confessario illas oportet.

De tertio illo, nempe *restitutionis obligatione*; considerandum, sitne damnum adhuc impendens, an verò iam fuerit illatum, si damnum adhuc pendet, vt

si res

fi res adhuc sit planè integra, vel venenum vel aliud maleficium nondum ęperit lædere, sed post aliquod tempus effectum suum exserat: non est reus absoluendus, donec quocumque modo licito conetur malis futuris obuiare; et veneno antidotum præbere, uel maleficium destruere, idque totum de consilio confessarii docti & prudẽtis; cui attendendum, ne occultum crimen pãdatur, & ne qua media illicita adhibeantur. Si uero aliqua iam damna fortunis personisue fuerint illata; non absoluat confessarius, sine præuia satisfactione, aut (si eam nequit reus præstare) sine fideiussoria, vel saltem iuratoria cautione. ita sanè quando quis adhuc liber iurisque sui confitetur. Nam quãdo est damnatus ad mortem; in locis ubi bona nõ confiscantur, sufficit, confessarius hanc defuncti obligationem (ex eius consensu) hęredibus significari curet, si potest: tuncque officium magistratus fuerit, cogere hęredes ad satisfaciendum: immò & reus deberet hoc coram iudicibus declarare; velle se, vt de bonis suis, omnibus (quoad fieri poterit) satisfiat, qui damnum acceperunt. At in locis, vbi bonorum confiscatio capitale supplicium consequitur; officium confessarii erit, monere reum, ut iudicibus indicet se a fisco petere, vt qui in bonis, etiam in restitutione hac exsequenda succedat: si reus hoc nequeat facere, cõfessarius obeat munus, saltem monẽdo iudices vel fiscum. Nõ enim malefici per mortis pœnam, euadunt obligationem restituendi. Nam mortem subeunt propter iniuriam reip. irrogatam, nõ propter iniuriam priuatorum. Et hæc eadem realis obligatio restituẽdi, migrat ad quosuis bonorum successores: cum non pœna sit, sed debitum: quare tenebuntur hæredes, quicumque fuerint, damna resarcire, quatenus ad eos ex bonis malefici commodum peruenerit. *a* Cessaret obligatio ista, si pars læsa profiteretur, se tali supplicio contentam esse, sibique fic satisfactum. *b*

Quarto *quoad absolutionem*, quædam particularia occurrunt. Quærendum enim, an pactum habeant cum dæmone expressum; qd promiserint, & qua sollemnitate. de his sollemnitatib. *libr. 2.* diximus permulta; quæ postquam scripsissem, venit ad manus meas liber Gallicus Florimũdi Raemundi, Senatoris Regij in Burdegalensi curia, viri pij, Catholici, & eruditi; *c* in quo ritus nõnulli, ceteris nefandiores, & magis sacrilegi continentur: fideliter eius verba transferam in Latinum sermonem. scribit in hac Curia anno 1594. auditam mulierculam, Aquitanã adolescentulam, non inscita forma, quæ sine tormentorum cruciatu sponte sua fatebatur; *se, teneriore adhuc ætate cũ foret, à quodam Italo corruptam, & post ea, qua D. Ioannis Præcursoris diem præcedit, nocte media, in agrum quendam abductum, illic Italũ fagina virgula circulum in solo designasse, certaque verba in libro quodam nigro lecta submurmurasse: subito deinde hircum grandem planè atrum astitisse, procèr cornutum, comitatum feminis duabus, & mox accessisse virum uestitu ornatuque sacerdotali. Hircum quæsisse ab Italo, quæ puella isthæc foret? respondisse hunc, eam a se adductam, ut hircus in suarum numerum illam referret. Quo audito, iussit hircus, ut illa signum crucis manu læua efformaret; & quotquot aderant, salutatoria uenerationis officio fungentes, accederent propius. fecere illi, & osculum sub ipsa ceuda labris impresserunt. Inter hirci cornua nigri color candela tetrũ lumen præbebat; de hac, quas singuli manu tenebant, accenderunt, et, cum hircum adorabãt stipem pecuniariam in peluim, quæ aderat, injiciebant. Hoc primo factum tempore. Postea Italus fœminam in eundem iterum locum reduxit, tunc hircus ab ea postulauit corollam seu sertum de capillis eius: Italus capillos desecuit, & illi obtulit: hoc signo delusam seduxit hircus à turba, & in uicinum nemus deduxit, solo appressam, iniuit: qua fœmina commixtio (ut aiebat) mirè ingrata & uoluptatis planè expers fuit, immò & cum sensu doloris acerbi, & horroris, ob semen hirci, quod glaciei instar frigidum experiebatur. Singulis quoque mense Mercurij & Veneris diebus semel generale Capitulũ (sic uocabat) celebrabatur apud Puteum de Dome, ad quem conuentum ipsa infinitis uicibus accesserat, cum aliis plusquam sexaginta, qui singuli candelam nigram secum adferebant, & de illa hircina inter cornua lucente accendebant, quam hircus admotam postico posteriore illo subcaudino statu accenderat. Quo peracto omnes tripudium orbiculare, ebuerso inuicem tergo iunctis manibus, auspicabantur. Missæ quoque simulacrum exhibebatur; quod qui peragebat (quem illa nominauit) casula nigra, crux cui nulla intexta uestiebatur, loco sacrificij incruenti & sacro hostia, eleuabat resegmen siue orbem ex rapâ, tinctũ saligne: & eo eleuante clamabatur à præsentibus, uno uimi uoce; Magister adiuua nos. Cali ei, loco uini, aqua infundebatur. Lustralem uerò aquam sic conficiebant. Scrobi in terram de fossa hircus immingebat: hac unda, pura scilicet, sacrificus & aspergillo atro cunctos aspergebat. In hoc conuentu ministeria sortilegis singulis distribuebantur, & singuli rerum, a se gestarum rationem reddebant: disceptabatur de uenenis, maleficiis, ligaminibus, & remediis magicis, et perdendis frugibus, similibusque eiusmodi.* Hactenus Raemundus. Sunt ergo similia scrutãda, vt de Sacrilegii, apostasiæ & idololatriæ genere cõiter: quærendum quoque, an aliquem fidei errorem in mente fouerint. verbi gratia, quod non sit unus Deus; quod Diabolus sit Deus, vel quod sit omniscius, aut omnipotens, quod IESVS Christus non sit Saluator; quod Sacramenta Ecclesiæ non sint vllius efficacitatis supernaturalis, vel quod vim habeant ad maleficiorum operationem &c. de quib. actum toto corpore. Si quid huiusmodi crediderint, sunt hæretici, & ab hæresi, eiusque excommunicatione prius absoluendi. Si nihil huiusmodi crediderint; in conscientiæ foro hæretici non censentur; sed absoluẽdi, sicut ij, qui contra fidei dumtaxat professionem, & per sacrilegia, mortaliter peccarunt: licet aliud sit dicendum in foro fori. Attendere præterea oportet cõfessarium, an confitens aliquam aliam incurrerit Ecclesiasticam censuram; v. g. vtrum maleficium vel veneficium (qualecumque id etiã abortionis vel philtri) præbitum sit clerico vel religiosæ personæ (quibus priuilegium Canonis *cap. si quis suadente*, prospectũ voluit) vnde illius sit secuta mors uel mutilatio (tum enim incurritur etiam irregularitas; *a*) vel etiam notabilis læsio, ratione cuius incurritur excommunicatio illa violentæ manus in clericos iniectionis. Si videt censuram incurrisse, ab ea debet primum absoluere: si dubitat, vtendum absolutione cõditionata. Sed quia nõ cuiuis Sacerdoti competit ius absoluendi in quouis casu: ideò distinguendum in confessione rei ad mortem damnati, & alterius, sponte confitentis, non condemnati. Etenim, cùm ille censeatur in articulo mortis (quoad hoc) positus; *b* à confessario poterit absolui à quibusliber censuris etiam reseruatis, quia in mortis articulo omnis reseruatio cessat. *c* Secus est, quoad illos alios, qui non sunt in mortis articulo: nã quoad hos, solent ab Episcopis sibi reseruari; veneficia, sortilegia, maleficia, & incantationes, dumtaxat tamẽ, secuto effectu, & quoad actus exteriores: *d* Sixtus etiam V. anno 1588. sibi soli reseruarat crimen aborsus; sed illa bulla extra Italiam vix innotuit, nec a maiore populi parte recepta fuit, & ideo vix alibi ligauit, ex Nauarr. sententia valde probabili: *e* quin etiam Ioan. Chapeauuille olim Pœnitentiarius, nunc Vicarius Leodiensis, scribit se a viris fide dignissimis accepisse, constitutionẽ hanc Sixti V. & in ea contenta, per successorem eius ad ius antiquum reuocatam. *f* & P. Saa in verbo *homicidium* testatur Greg. XIIII. declarasse pœnas bullæ illius dumtaxat locum habere; quoad fœtum iam animatum, vnde colligitur plerasq; illationes quas Vualdus posuit in Sixtinæ bullæ explicatione falsas esse. Quoad illas Episcopales reseruationes, graue dubium est, *an Mendicantibus ordinibus, uirtute suorum priuilegiorum, etiam maris magni, quibus ess permittitur quoscumque & undecumque ad eos uenientes absolutos à cunctis peccatis & censuris etiam Pontifici Max. reseruatis, exceptis ijs quæ in bulla Cœnæ Domini continentur, an, inquam, ijs liceat absolucre à reseruatis Episcopo casibus, post Concilium Tridentinum?* Negatiuam partem tuentur Felicianus Episcopus Scalensis, *g* Vualdus, *h* & recentior alius scriptor, nituntur his argumentis. 1. Gregor. 13. (vt testatur quibusdam epist. nepos eius Cardin. S. Sixti) Borromæo, & Palæotto

a c. in litteris de raptor & incen. est cõis testibus Couarr. l. 3. uar. resol. c. 3. Claro. §. fi. q. 51.

b Nauarr. Man. c. 15. numer. 25. Bimsfeld. de confes. male. p. 2 pra lud. 15.

c li. de fide Christi. 7.

a c. de cete. c. presbyterũ c. audientiã de homicid.

b Silu. uerf. confessio. 1. §. 7. Had. de confes. q. 3. Canus de pen. p. 5. Sotus in 4. d. 18. ar. 4. & Nauar. c. n. 9.

c c. pastoralis. 9. præterea. de off. ordin. c. fures. sunt. Concil. Trident. sess. 14. de pœn. c. 7.

d exceptio ne sixta Pacessorem eius ad ius antiquum reuocatam. f & P. Saa in verb. homicidium Sil. in uerb. casus. qu. 5. & Anto. p. 3. tu. 17. ca. 11.

e Manu. c. 23. nu. 41.

f li. de Cõ an Mendicantibus ordinibus uirtute suorum sib. reseruatorum priuilegiorum, etiam maris magni, quibus ess tis. c. 9. q. 1.

g tract. de censur.

h de absolutione. n. 52. in 5. editione Cande la. aurei.

Ixotto Cardinalibus de sententia congregationis Cardinalium ad declarationem Concilij Tridentini respondit, hoc iam non posse Regulares uirtute suorum priuilegiorum; idq; Borromæus, & synodus Mediolanensis statuere, & excommunicationis pœna sanciuere. *a* Secundò quia SS. D. N. Innocentius IX. & Clemens. VIII. in suis iubilæis concedunt casus Episcopis reseruatos; quo indicat, absque Iubilæo, aliàs non posse; hoc secundum argumentum Viuald. putat conuincere; vt & plurimũ, auctor ille recentior. Tertiò quidam obiiciunt Clemen. Dudum de sepult. & clem. 1. de priuileg. Verum tamen placet magis affirmatiua sententia, quam Viualdus *b* tribuit Nauarro Fumo; Henriq. & Bar. Medinæ. tenet etiam Ambr. Carolus in *disputat. de Ministro Sacrament. confession. art. 16 & art. 91.* Nec quoad forum internum ullam puto esse limitationẽ: quoad externum forum, obtinet illa, quam quidam ponunt, si Episcopus casum sibi reseruasset addita excommunicatione latæ sententiæ. Et hæc doctrina probatur efficaciter; quia casus Episcopales sunt minores casibus Pontificijs. cum ergo suos Pont. concedat, multo magis concedere censendus est illos minores. *c* Confirm. Pontifex potest absoluere a reseruatis Episcopalibus; sed per huiusmodi priuilegia concedit Religiosis, & quasi delegat suam absoluendi potestatem. *d* Secundò bullæ cruciatæ, & quarumdam Sodalitatum; quibus datur licentia eligendi confessarium, qui eos absoluat ab omnibus peccatis; tribuunt licentiam ei quem isti elegerint, sic eos absoluendi etiam à casibus Episcopalibus. *e* multo igitur magis hanc licentiam tribuẽt bullæ & priuilegia immediatè religiosis à sede Apostolica concessa. Tertiò quia nec concilium Tridentinum; nec Gregor. XIII. priuilegia hæc quoad omnes vbique religiosos aperte reuocarunt, quod erat necessarium. *f* De Concilio Tridentino id fatetur Viualdus num. 40. *illud c. 7. sess. 14.* tantum tribuere Episcopis facultatem reseruandi casus quoad suos subditos; sed regulares isti non sunt illorum subditi, sed immediatè subiiciuntur sedi Apostolicæ. Vnde etiam infert idem Viual. Bulla Pii 4. quæ concilio Trident. additur, non esse reuocatum hoc priuilegium, eò quod mare magnum dumtaxat in hac bulla reuocatum, quoad ea in quibus repugnat statutis Sacrosancti illius concilij: Concilium verò nnn inuenitur religiosos, quoad hoc, ordinarijs subijcere, nec etiam religiosorum reuocare priuilegia ista; quare non repugnat hoc priuilegium concilij Decretis, nec est a Pio V. reuocatum. Quo ad Gregor. verò XIII. optimè idem Viuald. *num.* 44. ostenderat idem dicendum, nempe nusquam vlla bulla vel motu proprio dicta priuilegia reuocasse. Immò illa qua quædam priuilegia concessa per Pium V. religiosis videtur restringere; hæc de quibus agimus, in suo robore relinquit, cum ait; *eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, qua siue ex iure veteri, siue ex dictis sacri concilij decretis, siue aliàs, ante dictarum litterarum & constitutionum editionem erat & si ipsa non emanasset futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, summque pristinum statum illa omnia reducimus.* cum ergo antiquo iure religiosi habeant *g* facultatem ab omnibus his casibus absoluendi (dum modo ipsi sint a superioribus suis præsentati, & ab Episcopo *h* approbati) neque hoc illis Tridentinum Concil. ademerit; & Gregor. XIII. verbis illis omnia, sicut erant ante Pij V. constitutionem, reliquerit: consequens est, per Episcopos huic priuilegio, sine noua Pontificis Max. permissione, derogari non posse, cum in superiorem sum, Episcopum Episcoporum, ius non habeant. Confirma. hoc eis non licere per bullas Alex. 4. Sixti. 4. & Leonis. X. quarum verba retulit idemmet Viuald *supra num.* 46. ubi uide.

Ad argumenta in contrarium Respond. *Ad* 1. quidem reseripta illa fuisse personalia & in fauorem particularium personarum, nempe Prælatorũ illorum, optimè de Ecclesia meritorum quibus hoc speciali priuilegio Pontifex concessit, ut in eorum diœcesibus, nempe

3 *Borromæus in Instruct. Pastor. pag. 153. editis Antuerpiæ 1586. Concil. Mediol. 3. de Pœnit. sacram. pag. 25.*

b num. 27. 32. & 35.

c c. cùi conceditur de reg. iu. in 6. d gl. in cap. 7. de pœnit. in 6. arg. Cle. super Cathe. diã. de sepu.

e Viuald. supra nu. 37. & 52. post Nauarr. in Man. c. 27.

f Viual. n. 37. post Nauar. & Henriq.

g clem. Dudum de sepult. in fine reuocatur et annullatur. Extrauag. ter cunctas de priuileg.

h sess. 14. c. 7. Trident.

nempe Mediolanensi, & Bononiensi, religiosi a casibus per ipsos reseruatis non possent absoluere. Quod si generaliter hoc Pontifex voluisset vbique seruari; nouum istud ius aliquo Motu proprio vel bulla declarasset. nec enim alioqui rectè satis conscientijs prouideretur eorum, qui meritò id se, & inuincibiliter ignorare dicerent; quod non vt oportet euulgatum sit. Neq; declarationes illæ Cõgregationis ligare possunt, quamdiu nõ publicentur, Deinde hæc peculiaris concessio cùm vim habeat exceptionis, quoad ceteros magis confirmat, quã eneruat regulam. Deniq; quoad Societatis IESV cõfessarios, ipsemet Greg. xiij. anno 1583. die 10. Maij. expresse declarauit, non esse intentionis suæ, quod per talẽ Epistolam (*loquitur de illa ipsa Nepotis sui Cardinalis S. Sixti, qua obijcitur*) sit derogata dictæ Societatis facultas, eamq; quatenus opꝰ sit de nouo confirmauit. *Habetur ea de claratio inter uiua uocis oracula pag. 131.* Vnde sequitur illã Synodi Mediol. cõstitutionem non obligasse quo ad prædictos Patres. Imò, & ad hominem, quis ita posset argumentari. Si peculiare priuilegium concessum Borromæo trahendum est ad omnes Prælatos: ergo & peculiare priuilegiũ seu declaratio eiusdẽ Gregorij facta post modum vni religioni mendicantium, extendenda est ad omnes mendicantes. Si verò hoc non recipitur (vt reciendum non est) definant ergo prædicti auctores velle, vt illam eorũ extensionem recipiamus.

Ad 2. resp. valdè perperam argumẽtari, qui sic argumentantur. Non enim id inferunt Pontifices propter mendicantes, quibus hoc ius iam competebat; sed propter ceteros sacerdotes, qui virtute illius dumtaxat bullæ eligi possunt; quibus hoc non aliter licebat, & ideò tum demùm concedebatur.

Ad 3. resp. in priori sanctione, quando Papa negat se maiorem religiosis potestatem cõcedere quam parochis, tunc tantùm loquitur de alijs rebus, non de pertinentibus ad Sacramentũ pœnitentiæ: in posteriore tantum vetat Regulares, sine priuilegio absoluere ab excommunicatione iuris reseruata *lege Silu. verb. excommunicatio. 7. casu 14. Tabien. excommunicatio. 5. casu Caiet. eo. verbo c. 64. Nauarr. cap. 27. nu. 101. & Cordub. cas. 24 fin.*

Hæc (pie Lector & erudite) quæso vt maturè perpendas, & cum perpenderis, tecum ipse dijudices, an Viualdus causam habuerit, cur à priore sua sententia, illis ipsis argumentis, quæ ascripsi, optime probata, recederet: quæ nec vno verbulo soluit; vt nec ille, recentior alius; quod faciendum erat volenti; tãm resolutè cõcludere; *non solum hinc sequi, religiosos virtute suorum priuilegiorum non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi hoc illis expressè concedatur: sed etiam haberi responsionem ad quæstionem, altas difficillimam & obscurissimam, vtrum priuilegia mendicantium, quoad facultates absoluendi in foro conscientiæ sint sublata per concilium Tridentinum?* Quibus verbis tacitè voluit innuere fuisse reuocata, cuius tamen contrarium patet ex dictis, & locum ille adscribere debuit, quo niteretur: ipseq; Viualdus, ad quem nos remittit, expresse satis docet ea reuocata nõ fuisse, nisi quoad hoc vltimum de casibus Episcopo reseruatis, de quo tamen ipse argumentis validissimis contrariũ docuerat priùs, quę soluere non videtur ipsemet potuisse: sanè neuter soluit.

CAPVT II.

De officio confessarij, quã medicus est.

DEbet medicus & morborum causas, & genera, & remedia nosse. Animi morbi sunt peccata: quorum genera & causas libri præcedentes quinque docuerunt: hic docebit, quibus remedijs vtẽdum. Ea sunt, vel licita vel illicita. Illicita, pter periculũ & superstitionẽ. Licita prorsus & citra controuersiã sunt omnia Ecclesiastica seu diuina. Naturalia aliquando, propter periculum, illicita sunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmoniaca seu superstitiosa semper sunt illicita. de singulis disquisituri, ab his vltimis ordiamur.

SECTIO I.

De remedijs superstitiosis seu illicitis.

POssumus ista vocare dæmoniaca, de quibus tria dicemus. primò exẽpla quędam proponemus; secundò disputabimus, num à maleficis remedia peti possint, & an maleficia destruere liceat, & remouere?

QVAESTIO I.

De exemplis superstitiosarum curationum siue magicorum remediorum.

VT omittam quæ exhibui exẽpla *lib. 3. p. 1. sect. 5. & sect. 6. & sect. 8. litt* G. occurrunt primo loco tres modi Chaldæorum & Hebræorum, primũ refert Psellus, contra dęmonem terrestrem sacrificari debere lapidem μογοζίτην priùs excantatum; quem lapidẽ ingeniosè Serarius noster, *comm. suo variæ & curiosæ lectionis in Tobiam*, vult hoc nomen accepisse, quòd sit fugans aduersarios, seu pilosos (ita dęmones ab Isaia vocati) quasi *menos tsarim*, vel *Zsirim*. Hoc sacrificium, planè idolatricum esse, nemo non videt: & tamẽ, vt dæmon per mendacium non decipiat, ex Zoroastræis decretis id præcepit Psellus. nimis ille Magus suo credulus fuit, & eo potiùs nomine ab Eugubino meruit reprehendi; q̃ quia dixit à Chaldæis quosdã bonos dæmonas credi: neq; id satis expugnat Steuchus, eum lege *lib. 8. Cosmopeia cap. 28.* Quis ille lapis sit fateor me ignorare. Secunda superstitio est, qua ligabant Iudæi THEPHILIN (h. est frontales quasdam fasciolas seu resegmina membranacea) capiti, & manui lævæ, & valuis, quæ ad dextram erant portæ chartulã infigebant; ita vt eius pars tertia respiceret thalamum: atque ita credebant dæmones impediri, ne possent eis nocere. meminit Paraphrast. Chaldæus, *in Cant. c. 8. v. 3.* his illi sacrilegè verba quædã deprecatoria ex c. 13. Exo. c. 6. & 11. Deuter. inscribebant, & ea sic ad superstitionẽ detorquentes prophanabant. Iubebantur illi TOTAPHOT portare *d. c. 6. v. 9.* quæ dictio significat specilla seu ocularia, vt notat Oleaster; & hinc homines verè insulsi & fatui, carnaliter omnia intelligẽtes, sua *Thephilim* sunt commenti; quorum vanitatem & superstitiosos ritus diligentissimè exsequitur Hiero. Oleastr. *in c. 13. Exo. post medium*: lege, & cæcitatis miserorũ miserere, & cõsidera q̃ aptum illi nomẽ indiderint rei nugacissimæ: cũ THAPHEL, radix vocis, insulsum, insipidum, ineptum, ac fatuũ significat. Tertia superstitio exstat apud Eliã Germanum dignior adhuc quæ à Regina MORIA tauro donetur; *consuetudo* (scribit) *apud nos Iudæos Germanos inolevit, vt faciamus circulum per circuitum in parietibus cubiculi, in quo cubat puerpera, cùm creta vel carbone; scribamusque in singulis parietibus*, HADAM, HAVAH, CHVTZ, LILITH: *atque in ostio interiori scribamus nomina trium angelorum*, SENOI, SANSENOI, SAMANGELOPH, *quamadmodum trædidit ipsis ipsa Lilithza, cum vellent eam in mari suffocare*. Sed tædet meminisse tam vanarũ vanitatum; quibus scatent scripta recẽtiorum Apellarũ. Nec minus superstitiosæ sunt aliæ verborum formulæ apud Serenum. *c. 33.* Aurelianum *lib. chronic. c. 1.* Myrepsum *sect. 2. antido. 398. & 405. & 419. & sect. 12. passim* tẽ Marcellum Aetium, Columellam & alios gentiles.

Nec ii qui baptismate tincti, satis horum immunes. Nam multa occurrunt apud Pomponatium *libr. de incant.* multa apud Henricum Cornelũ Agr. *libb. de occult. philosoph.* sed plura apud Philip. Aureolũ, aliàs Bõbastũ Paracelsum varijs eius operibus; a quorũ omniũ libri prohibitæ per Ecclesiam sunt lectionis. Vt mittã alios, colligã quædam Paracelsi dumtaxat; ex quib. quiuis intelligat, nihil in hoc homine neq; pietatis, neq; mentis sanę fuisse. primò docet curationes morborum tã ὑπὲρ quàm μετὰ φύσιν ã dæmonibus

a *li. de philosophia ad Athenæ. li. de occul. philos. magna. & lib. de meteoris. & lib. de morbo caduco. & alijs.*

monibus per applicationẽ sigillorũ, imaginum, monstrosorum characterum, in designata cæli constitutione, & certis metallis inciforum, & ægræ parti appensorum, petendas esse. Secũdò cõtendit, nihil referre, an Deus, vel Angelus, vel diabolus, mũdus spirirus vel immũdus, ægro opem ferat, modò curetur æger: a & abutitur illo testimonio sacræ scripturæ; *salutem ex inimicis nostris*. Et de morbis hyperphysicis agens, sic scribit; *Qua ratione & quomodo morbis Magico artificio inflictis succurrendum sit, scitu est necessarium omnibus medicis, qui perfecti cupiunt esse. De tali autem curatione nec Auicenna, nec Galenus scripserunt, aut scieuerunt quicquam. Non enim in Academijs omnis discitur ars. ideo oportet medicum quandoque accedere uetulas, fagas, Zigenepos, rusticos, & circumforaneos* die Zãbrecher, *& ex ipsis artem ipsam addiscere, qui plus sciunt de istis rebus, quam oës academiæ professores, & quanquam hæc rideant academiæ professores; tu vtere illis in forti imaginatione & experieris effectum*. Hæc ille. sed si imaginatio hoc operatur; nõne præstat eam adhibere remedijs sumptis, quæ vel ars medicorũ, vel vsus Ecclesiæ approbauit? sed audi quid respondeat; *Si quispiam* (ait) *supernaturali morbo uel dolore per incantationem detineatur, illi nullum naturale remedium proderit* (hoc plerumque verum esse docebo sect. seq.) *sed Magicum remedium esse oportet, quo morbus tollatur, quali & introductus est*. hoc infert, quia homo impius supernaturalia Ecclesiæ remedia repudiabat: quæ quia Catholici recipimus; non, quia nihil profint physica remedia, ideò ad dæmoniaca confugere debemus. Subiungit; *tales curationes magicas minimè contra Deum esse: quia illis nõ ad perniciem, sed ad salutem hominũ utimur, dicant ad hæc quicquid uelint Theologi*. os impurum; quasi non sit Theologorum iudicare; quid contra Deũ, quid non contra Deum sit. sic agyrta nequissimus Fidei tribunal sibi vendicat. Sed postea docebo, id non contra diuinas modò, sed etiam cõtra humanas esse leges.

Exempla huiusmodi superstitiosarum curationum sunt, primò illæ per cerearum imaginum fabricationem, in quas se morbum magi putant deriuare, de quibus sic idem Paracelsus b *Fabricet meditus ceream imaginem ad similitudinem patientis & in nomine eius, aut conformet ceream particulam similem effecta parti, idq; in dubitata fide & forti imaginatione, credat per illam sanitatem ægro restitui posse, ac tandem, additis Magicis præcantiunculis, ceram illam imaginem in ignem proiiciat. At si fortè ex doloris acerbitate, vel partis affectæ, uitæ periculum metuatur, integram imaginem certis uerbis admurmuratis, combuat medicus, & liberatus æger*. Sed alio loco dissentit, & vult imaginem fieri ad formam, & similitudinẽ maleficæ, quæ morbũ induxit. c Sed omnis hæc ars imaginum non minùs ad tollendos, quã ad inferendos morbos, diabolo inuenta est auctore. Hãc superstitionẽ etiam ipse Plato damnauit *lib. 11. de legibus*, & est dissimilis illi, quam ex Astrologis Marsiliꝰ Ficinus obtrusit, de quo postea. Huc pertinet vsus ille phylacteriorum Iudaicorũ, ad imaginem serpentis aenei Mosaici, de quibus legi potest Philastrius *in hæresi serpentis Mosaici*; cui tamen nõ assentior volenti talia fuisse phylacteria Pharisæorum, quæ *Saluator Noster* reprehendit: sed verior est D. Hieronymi explicatio.

b *lib. de hyperphys. morbo.*

c *lib. de uita longa.*

Eodẽ 2. pertinet, quod, ad curandũ pilorum, aciculatũ, spinarum & simiiũ corpori ingestorũ maleficiũ; vult idem, nó eximi illa per vulneris incisionẽ; sed materiã illã sponte prodeũtem, totã excipi, & in foramine facto Sãbuci, vel quercus, orientem spectãte imponi; & ex eodem ligno cuneo obturari certis verbis additis d clara hic quoque est superstitio; immò & Diaboli opera, per quem residuũ materiæ statim fertur ad idem foramen ex corpore in quo latitabat.

d *lib. de occul. philos.*

3. talis erat curatio illius, qui ægros apprehensos in foro collocabat, & eorum corpori appendebat chartã miris variisque characteribus consignatam, & additis nominibus dæmonum; *Bulfar, Narthin, Oleasar, Bilech, Mãmon, Oriens &c.* deformatam.

4. talia erant nomina Ephesia, per

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ dæmonijs obsessi liberabãtur, teste Plutarch. *in Sympos.iac.* Talia sunt cõuitia & lædoriæ, quas cõmendat Apollonius apud Philostratũ lib. 2. & Pet. Martyr de rebus Indicis. *lege Pet. Tyvenm de locis infestis, p. 3. cap. 56.* Mirè sibi Luthetus placuit in congerẽdis fœtidissimorum conuitiorum oleticetis, quibus dæmonum tentationes dispelli censuit, homo pari spurcitia & vanitate, quibus ego chartam non cõspurcabo: & miror quenquam sine nausea legere posse, *Symposiacor. eius c. 24. & 26.* vbi huiusmodi ferculis dignus conuinator struices congerit patinarias. sed sicut iuramentis & blasphemijs non abigitur, sed aduocatur potius dæmõ, vt rectè Cassian probat exemplis non nullis adductis *li. 12. Instit. c 20* sic etiã scurrilibus aut iracundis conuitijs & atrocibus maledictis eorũ, qui passione ad id mouentur; & nõ charitate moti; ac fideiz elo inuitati, & ex officio ordinis sacri, id faciunt. Nã legitimis ac probis exorcistis licet dæmonẽ superbissimum sic vlcisci & diuexare, vt Mẽgus præscribit *exercit. 4.* & facit D. Antonius apud Athan. & Christiani primitiui apud Prudentium, vbi,

Intonat antistes Domini: fuge callide serpẽs,
Exue te membris & spiras solue latentes.
Mancipium CHRISTI, fur corruptissime, vexas?

5. tales sunt Hexagoni duo Paracelsi, inscripti vnus *adonai*, alter *Iehoua*, vel *Tetragrammaton*; quibus certo modo præbitis, omnem morbum magicum pelli iactat. itẽ de characteribus *Auigacrtor* &c. inscriptis nouæ membranæ ante solis ortum & per N. dies renouatis. &c. contra maleficium matrimoniale: & contra idem, quod tradit de *Gabata* seu solea equi ferrea, fortuitò in itinere inuenta, & ex ea, die Dominico, tridente fabricato. &c. & quæ huiusmodi accumulat nefarijs libris suis *de cælesti medicina, & de characteribus.*

6. talis curatio fuit illa, quam Grillandus describit, [a] fuisse Iurisconsultum quendam in Sabinensi agro cõiugatum, sed maleficio factum impotentem, cui nullius medici ars poterat opitulari. is magum consuluit, à quo iussus; vt ea nocte cum coniuge dormiret, sumpta quadam potione ptiusquàm decumberet. Sedulò tantũ caueret, ne nocte illa vel vxor vel ipse signo se crucis communiret; neue meminerent, si quid auribus oculisue insoliti obuersaretur. Paruit causidicus, & ad vnguem cũctis obseruatis; quinta circiter hora noctis, ecce illi pluuiæ, procella, tonitrua, fulguraq; maxima; mox & adeò pauendi terræ motus, vt cõcussa domus ab imo nutaret, nõ secus ac arbor a ventis penè euulsa succedere hominum magni clamores & eiulatus. Cumq; in eam partem maritus oculos cõtecisset, *vidit in camera plusquã mille, vt apparebat* (vtar verbis Grillandi) *ad inuicem certantes, & unguibus, pugnis, & calcibus crudeliter pugnãtes, & lacerantes alterius facies ac vestimenta tota: inter quos vidit mulierem quandam, quæ erat alterius oppidi uicini, & dicebatur, quod erat maleficæ; de qua ipse sponsus multũ suspicabatur, ne ab ea maleficiatus fuisset, quæ ultra omnes matoribus genitibus & ululatibus cruciabatur, & crines faciemq; suam totam unguibus lacerauerat. Propter quæ ipse maleficiatus dixit, quod aliquantulum timuit à principio, dubitans ne quid mali sibi accideret: deinde recordatus de monitionibus magistri reassumpsit uires, uxorem verò semper tenuit sub pannis abscondistam, ne ista videret. Postquam verò ita certauerant per medium horam vel circa, ingressus fuit magister in cameram predictã, & erat tunc circa mediam noctem: ad cuius ingressum omnes illi pugnantes una cum muliere statim disparuerunt, & abierunt penitus. magister autem accessit ad maleficiatum, & illius humeros tetigit manu perfricando aliquantulũ, dicendo quod non dubitaret amplius, quia iã liberatus erat.* post cuius discessum maritus conualuit, & deinceps liberis operam dare valuit. In hac narratione maleficus iste coegit mulierem illam, quod intulerat, maleficium tollere, immissis dæmonibus, qui sic eam specie pugnantium acerbissimè cruciarent.

7. Superstitiosum est putare quod à Sophrone *in Mimis* traditum, *Rhea & Hecata cauès immolandes, propterea quod canis latrans Lemures fugat ac dissipet, quemadmodum*

[a] de sortileg. q. 8. nu. 16.

admodum & ea pulsatum, aut aliquid tale. Vnde colligas non nouam esse Iaponum superstitiosam curationem, de qua his verbis relatio Lud. Frois. *pag. 246. Quando dæmon hominem inuasit, Iapones aiunt insiliisse in illum vulpem, nomine autem vulpis intelligunt dæmonem. Ad exterminandum autem dæmonem ritus exoticos & prorsus peregrinos cum mille superstitionum & incãtationum formulis usurpãt: inter quas una fuit omnino ridicula. Iusserant enim omnes cæcos & cæcas verbis truculentis, ad perterrefaciendam vulpem Dominæ dictæ ventri inclusam.* A equè superstitiosum, quod nonnulli arbitrantur vi Gallicantus quædam maleficia dissipari. non enim habet vim maiorẽ cætus oscinis huius, quàm cuculi vel corui. Ast obijciuntur exempla quædam, quæ retulit Nicol. Remigius, [a] quibus probari videtur dæmonẽ ad gallicãtum, striges quas vectabar deteciſſe, vel conuentus sagarum hoc canore dissipatos. Idiotæ gentilium responderent, dæmonum noctu maximam esse potestatem, interdiũ vim infringi & debilitari. ideò noctis silẽtio nocere hos *lupos vespertinos*, quo *princeps tenebrarum* dominatur. ideò lamias circa tertiã noctis vigiliã (hoc est intempecta nocte, quæ media præcedit) vt plurimum mortalibus infestas esse solere, vt tradunt Aristomenes, & Telephrõ, [b] & Hierocli obijcit Eusebius; [c] quo tempore etiam se spectra sæpiùs ostentare Plutarc. [d] Plinius [e] & alij [f] docuerũt. At Christianis hæc indigna responsio foret. Philosophi confugerẽt ad dissidium naturale gallinacei, cum leone & serpente: frustrà. quia Diabolus dum taxat Metaphoricè est serpẽs, ac leo. Si quid ergò veritatis huic experimẽto subest; crediderim poti⁹ tenebriones istos gallicantum odisse, propter mysteriũ aliquod ipsis odiosum. An quia diei prænuncius ales, ad Dei laudem homines excitat, multaq; peccatorũ genera, quæ obscuro suo peplo nox obtexerat, solari lampade dispelluntur? an quia, Dominica resurrectione commeminit se triumphatũ & collisum; quæ post noctis medium contigit? an meminit pœnitentiæ Petri Apostoli ad gallicantũ, vt lapsus prædictus fuerat, inchoatæ, & electissimi sibi boli sic ereptis cõsideratione hæc digna videntur Ecclesiæ, quæ cum B. Ambrosio concinit [g] de Gallicinio.

[a] lib. 1. Demonolat. c. 14.

[b] apud Aulum Gellij lib. 1 & 2.

[c] ex Philostrat. lib. 4.

[d] in Bruto.

[e] lib. 7. epi.

[f] docuit fusiùs nemeni. in Amphitr. Hesiod. Theog. v. 123.

Præco diei iam sonat,
Noctis profunda peruigil.
Hoc omnis erroris chorus
Viam nocendi deserit,
Mucro latronis conditur.
(En vnam causam)
Lapsis fides reuertitur;
Hoc ipso petra Ecclesiæ
Canente culpam diluit. (en aliam)

[g] in laudi. dici Domi.

Prudentius quoque Hymno ad Gallicantum.

Ferunt vagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos
Sparsim timere & cedere.
Inuisa iam vicinitas
Lucet, salutis, Numinis,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit,
IESV labentes respice,
Tu lux refulge sensibus,
Mentisq; somnum discute:
Te nostra nox primùm sonet,
Et ora soluamus tibi.

En reliquas causas, quas proposui.

Rupto tenebrarum situ
Noctis fugat satellites.
Hoc esse signum præscij
Norunt repromissæ spei,
Qua nos soporis liberi
Speramus aduentum Dei.

Subdit deinde & Petri cantu galli cognito pœnitentiam.

8. tale puto, existimare quod ablutio manuũ matutina quidquã prosit ad maleficiũ illo die arcendum; falsoq; id sagas illas Remigio persuasisse. [h] Mundiriam quidẽ dæmõ detestatur; sed animæ, non corporis. Nõne hãc mẽbris suis, luxuriæ & nequitiæ mancipijs, & publicę libidinis victimis, vel nimiã & superfluam commẽdat? cur mulierculas & viros, quorum animi muliebres, ad tam putidũ & curiosum sic lauandi, sic comẽdi, sic leuigandi, pumicandi, poliendi

[h] lib. 1. de monolat. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

studium tam intense et sedulò impelleret; si corporis munditiam odisset?

9. His annumero lotium humanũ quod prodesse putat Ananias *a*, & exemplum de quodam Pherone suppeditat Herodotus *b*; à dæmone Pheron rex excæcatus, quod speculum iratus in Nilum flumẽ contorsisset; post quam vndecim annis sic luce caruisset, oraculũ, quod in Buti vrbe cõsuluerat, fertur respondisse: visum ei reditũrũ, si oculos abluisset lotio mulieris quę à solo suo marito cognita fuisset. Expertum ergò primo loco propriæ coniugis vrinam, cùm nihil ampliùs cerneret; ceterarum deinceps; tandem oculos recepisse. Ibique omnes mulieres illas; præter eã, cuius vrina salutaris fuerat, in vnam vrbem coegisse; quæ ἐρυθρὸν χῶλος rubra gleba dictã; et eas illic vna cum vrbe omnes concremasse; & medicam illam suam sibi matrimonio copulasse. sic videlicet Diabolus nullam infamandi lædendique mortales, de imbecilli quoque sexu, occasionem voluit prætermittere. fuit in eadem superstitione Syracusanus iudex Pascasius; qui D. Luciã Martyrij corona mactauit. idcirco enim virginem lotio perfundi iussit, quòd sagã putaret, et sic maleficam vim resistendi tormentis repelli arbitraretur. *lege Martyrium D. Luciæ 9. Surij tomo*. Ne de hoc dubites, scias idem doceri à B. Althelmo *lib. versifico, de laudib. virginitatis* (qui nondũ in lucẽ editus) *in martyrio SS. Chrysanti & Dariæ*, qui est M.S. I cor dij in Abbatia S. Laurentij; his versibus.

Lotia tũc lictor crudelis spargere iussit.
Sacros humectans artus fœtore putenti.
Qui liquor (vt dicunt) atrum fantasma fugabit.
Dum vernam Domini sperat Necromantia fretum.
Sed pastor ambrosiam fragrabat nectare suauem.

a li. 4. de Natura dæmon.
b li. 2. sen in Euterpe.

Et apertius idem in lib. prosaico eiusdem tituli, qui editus typis; *Sed milites magicis putantes præstigijs gestum, putẽtissimis illũ perfundunt lotij odoribus; quibus cuncta arbitrantur Chaldæorũ & Hermophãtarum phantasmata, simulque ariolorum machinas euanescere*. Scilicet, his perterreatur & fugetur, quem non pudet pigetque in fœtore cadauerũ, et libidinum stercoribus volutari. Tamen & Saliberiensis id censuit *lib. 1. Polycratici, cap. 8. Quis* (ait) *libenter nõ vt ideat & rideat, cùm præstigiatoris lectio persuasi deletur, & oculis, quos malitia sua præstrinxerat vtendi facultas reparatur?* Digni, qui credunt, nõ infundi tantùm, sed perfundi.

10. Tales sunt περιελοδιώκται, γυητευτάς, & φυλακτήριοι, quos punit Synodus Trullana *can. 61.* vbi Balsamõ, primos illos exponit diuinatores ex nubibus, ego etiam crediderim fuisse eos, qui nubes improbo ritu, ne noceret, incãtabãt, et ideo persecutores nubiũ vocabãtur. γυητευτὰς, vocabãt eos qui exorcizabãt morbos, & certis imprecationibus abigebãt, illud optimè Balsamõ, φυλακτήριοι *hoc est remediorũ seu amuletorũ prabitores dicũtur; qui fraude dæmonis eis qui à se decipiũtur, vincula quædã ex fericis filis cõtexta, quæ et πουγγία dicuntur, præbent; quæ aliquando quidem intus habent scripturas, aliquando verò falsa quædam alia quacumque inciderint. dicunt autem hoc iuuare, ad omne malũ vitandũ. si ex collis eorum qui illa accipiunt perpetu dependeant*. Mox exemplum subdit; de τοῦ ἀμνίου gestatoribus: *Præfectus quidã Hesij de re huiusmodi accusatus, manifestò deprehensus est in sinu ferens in dumẽtũ infantis nuper nati. & dixit hoc sibi datũ fuisse, à quadam muliere, ad auertendum eiusmodi ei occludendum, qui contra illum dicere conarentur. Vnde etiam subiectus fuit nullos laborat, execrationi.*

B

11. Tale etiã illud quod narratur à Georg. Pictorio *c* ex Abbate Spanhemensi; *fabulosum quendam fuisse, qui in damon. fascipione suo vel baculo pastorali sedulam no minimi D. Blasii inscriptam habebat; cuius baculi vi & potentia, porcos suos ab omni luporum vi & raptu tutos ereb at, ac tantum sedulæ numini tribuebat; ut etiam porcos in agris solos pascendes aligaret. Tamen contingente quodam tempore, cùm gregi pastor abesset; & quidam præterions dæmonem custodire uidisset, illigne dixisset, quid ipse hic studeret, qui hominem salutis persecutor foret pessimus? respondit, porcos custodio. vtulit alter, cuius iussu: dæmon inquit, stulta pastoris confidentia. Num sedulam quandam suo bacillo incluserit, cui diuinam ascribit virtutem, vel inde quod Sancti Blasii nomine esset inscripta: & eam porcos suos à luporũ iniuria defendere, contra legem suã, credit; mihi falsa superstitione inhærens: vbi cùm per me fuisset vocatus, & domũ vocatus, & non comparuisset, me S. Blasii vice huc custodiendum contuli. vt enim semper libens Dei & Sanctorum vices gero; ita & nunc libentissimè pro suo S. Blasio illi porcos custodio: vt stultum hominem in sua vana confidentia extollam ac roborem, ac eo perducam, vt talem sedulam pluris quam Deum faciat*. Non simplex sanè hic pastoris error fuisse deprehenditur: non, quod S. Blasij deuotus esset cultor; & ei se suaque cõmendaret (quod Pictorius, ex sectæ suæ mysterijs, latenter vult insinuatum) nam Sanctos honorare, obsecrare, & auxilio custodiæque eorum nos committere pium & salutare est, quicquid hæretici garriant: verum quia fiduciã in schedula collocabat, & quia schedulæ diuinitatis aliquid tribuebat; & quia Deum tentabat relictis suibus in schedulæ tutela: non ẽt Sanctorũ auxiliũ precibus impetrãdũ sibi, sed nudo nomine chartulę inscripto opinabãt. Scio in Traiectensi tractu vltra Mosã, quibusdam in locis simili superstitione, certis verbis admurmuratis, pedũ à pastoribus terræ infigi, & sic putare se absentibus nullũ gregi a lupis periculũ superesse, qđ impię credulitatis.

c *Ysagog. in*

12. Huc referenda multa Plinij, vt hyenæ sanguinem inunctum impedi

a lib. 28. ca. 8.
b lib. 30. ca. 10.
c lib. 20. ca. 19.
d lib. 28. ca. 7.
e d. ca. 10.

re omnes Magorum artes; *a* fel canis nigræ amuletum esse domus totius eo fustitæ purificatæue cõtra cũcta *b* maleficia: eandẽ vim esse amianto lapidi; *c* menstruoque sanguine tactis postibus, *d* aut atri canis sanguine respersis parietibus, eiusque genitali sub limine ianuæ defosso: *e* quis ista nõ rideat non nisi qui probat eã quã idem tradidit *lib. 25.* Mãdragoræ effossionẽ, aut Varronis *Sisia, Pisia, Risia, Xilla*, vel eiusdem ter repetitũ *Anasagens.* vel Pẽtagonos Antiochi aut Constantini fictitios, veteres tñ & antiquæ superstitionis, & innumera Marcelli Empyrici *in libro Medico eius*, quædã etiam Vegetij *in lib. de Veterinar.* & imaginum illam fabricationem planetariã, quã ex Plotino & Arabib⁹ periculosè tradidit Marsilius Ficin⁹ *lib. de vita cælitus comparanda*: quo libro non videtur venenis exhibitis satis idoneam antidotũ addere. facit enim perinde ac insci tus & ineptus conuiuator, qui conuiuis apponeret cibos multos etiam veneno imbutos, & dumtaxat diceret, vescimini salutaribus, relinquite noxios: nec indicaret, qui in tam multis, tam varie conditis vt dignosci vix queant, sint illi noxij à quibus abstinendum censeat. Ludere hoc conuiuas esset, & lædere. Sapientis conuiuæ tunc foret incœnatum abire potiùs, quàm, tam apertũ vitæ discrimẽ subire. Idem ego censeo, de libro illo, præstare nihil eius quoad imagines illas credere; quã cum periculo aliquid in animum admittere.

13. annumerare licet, quæ recentiora cõtra visibiles inuisibilesq; hostes, excogitata nugacissimę superstitionis & taciti cum dæmone fœderis, quædam retulit Pictorius, *f* primum de Cicorij radice, quam die S. Ioannis Baptistæ paullò ante auroram, cũ auro & argento flexis genibus contingunt; & ferro, per gladium Iudæ Machabæi, exorcizatã, multis ceremonijs ex terra eruunt, & secum portant contra aduersa omnia. deinde de ijs qui crines pectinando euulsos nõ nisi ter cõsputos abijciunt; &, si oua comederint, eorum testas, non nisi ter cultro perfossas in carinum proijciunt, timẽtes verumque neglectum veneficijs nocendi occasionẽ præbere, seruatum, credentes præcludere nõ potestatem. Denique qui Sammonici Sereni *Abracadabra* dictum ordine retrogrado minuentes de collo suspenderint; vel alia Hębræorum ex Rabbi Hama *lib. speculationis*.

f *Epitome de Magia. c. 26. & 27*

14. Quicquid Remigius dicat, non puto sic dæmoni odio esse salem profanum, vt ob eius aspersionem maleficium cogatur soluere: sed id cum face re ex pacto, vel vt aliquam introducat superstitionem. naturalis quoque vis

Universidad de Deusto Biblioteca

salis non satis efficaciæ habet ad huiusmodi morbos sanãdum. quare superstitiosa hæc curatio.

a *lib.4.fol. 145.*

15. Loci mutatio quam Ananias *a* suadet vt & nominis mutatio; meritò suspecta est. quid enim virtutis occultæ, ob angelorũ, quos propterea vult simul mutari, proprias vires, habere queat, non video: nec quisquam, opinor, nisi per mendacem Cabbalistarũ dioptrã, Theologis Catholicis exsecrandam. In nominis mutatione quid est (quæso) efficiẽtiæ naturalis? aut q (quæso) angeli non ipsis hominibus, sed hominum nominibus sunt præpositi? quid locus in maleficium influit, ratione angeli loco præsidẽtis? potest situs & loci salubritas aliquid prodesse, vt & in ceteris morbis: potest imaginatio noxia deperdi, nec alia ratione loci mutatio potest prodesse.

16. Clarioris superstitionis est, putare si quid precariò vel furto de malefici domo acceperis, maleficium cessaturum; idque meritò Remigius reprehendit. *b* Nec n. hoc aliud est, quam maleficiũ maleficio sanare: par demẽtia illorũ, qui pro philtro vtuntur crepidis, lacinijs vestium, vel præsegminibus vnguium personæ quam amãt; vt docuere veteres scriptores. *c*

b *li.3. demonolatr.c. 2.*

c *Theocri. in Pharmaceut. Luciã. in Dialo. meretricijs, Melissa & Bacchid. & Apuleius lib.2. de asino.*

17. similis est vanitas existimantiũ, *d* cõtra spectra prodesse canes, equos vel stricti gladij vibrationẽ, ex doctrina Homeri *Odyss. 7.* & Virg. *Aeneid. 6. Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrũ.*

d *Crinitus libro 7. de honest. discip. c.4. Ananias d.li. 4. fol. 155. Lamber. Hortens. in Virgil.6. Aeneid.*

Vbi perperam Lamb. Hortẽsius asserit reipsa compertum ferri aciẽ dæmonas formidare. Iudaica illa opinio fuit, vt patet ex Thargumæo *in cap. 3. Cant. v. 8.* sed ridicula. Nulla. n. huic rei causa subest nisi quod ictu & vibratione aer dissipatur, & continuũ illud cadaueris, vel corporis aerei assumpti, soluitur: qđ ipsum nihilominus proclive sit dæmoni impedire ictu eluso per diuersionem, vel corporis alterius interiectionem. cur igitur hęc timeat? non certè magis quam culicẽ elephas, vel triceps Cerberus catellum Melitæum. *Plura Tyraus d.3. cap.57.* Duo adscribã exempla ex Cæsario. de milite prius est, qui in Meneuelt, quo viuus vti solebat pellito indumento vestitus apparens, nõ potuit gladio fugarique quo cum cæderetur, nõ poterat spectrum vulnerari, talẽ ex se sonũ emittẽs ac si mollis lectus percuteretur. hic apparere desijt aqua adspersus quæ clauo Dominico fuerat superfusa. *Sic ille, li. 12. c.15.* Concubina Sacerdotis cuiusdam nocte mortem subsequente, diu ante lucẽ luna splendente cuidam militi apparuit, per viam equitanti. primũ miles & serui audiuere mulicbrẽ vocẽ opem postulantem: mox videre mulierẽ rapidissimo cursu ad eos properantem. Mox miles de equo descendens, & gladio sibi circulum circumducens, feminã bene notam intra circulum recepit. *Et ecce ex remoto vox, quasi venatoris, terribiliter buccinantis, necnõ & latratus canum venaticorum precedentium auditur. Quibus auditis, cum nimis illa tremeret, miles auditis ab ea causis, equum seruo committens, tricas capillorum eius brachio suo sinistro circumligauit, dextra gladiũ tenens extentum.* Approximante infernali illo venatore, ait mulier militi, sine me currere, sine me currere, ecce appropinquat. Illo fortiùs retinente, misera se eripere summa vi connixa tandẽ ruptis capillis effugit: quam diabolus insecutus cæpit, equo suo illam injciens, ita vt caput cum brachijs pẽderet ex vno latere, & crura ex altero. sicq; capta inuito sed vidente milite præda præteruehitur. Miles manẽ ad villam rediens; cũcta narrauit, & capillos ostẽdit cũq; minus ei crederent, aperto sepulcro, cadauer sine capillis, qui euulsi, inuenerũt. *Sic ille li. 12. c.20.* quid hic gladij cõtra spectrũ potuerunt? tã tũdem quantũ monachus spectrũ ferieus apud Gaguinum, vt alias narraui *libr. 2. q.27. fol. 2. lit.* L. Ex qua narratione vt & ista Cæsarij colligitur & alia, vereor ne superstitio fuerit, ex Magorũ orta circulis coniuratorijs; nẽpe circũducendi circuli, & in spacio illo consistendi. Nam licet crux in medio circuli facta legatur, tamen illi circuli figuræ fidere videbãtur, & crucis efficacitatẽ ad spacium illud circuli restringere, quod improbum profecto. Huius circinationis aliud quoq; exẽplum

plũ reperias apud eũdẽ Cæsariũ *cod. lib.12.c.17.* de Sacerdote, qui spectris tota per iter nocte infestatus, circulũ circumcirca se ducebat ibi subsistẽs; & illis euanescentibus procedebat; mox iterum se ingerentibus, nouum iterum circulum ducebat: sicq; ad lucem vsq; laborauit. Obseruabis ridiculam illam opinionem de armis, apud Psellũ *lib. de dæmonibus in fine*; *Dæmonicum corpus per totum se naturaliter sentiale. secundum partes singulas absq; media, videt, audit, tangit, patituroq; tangendo, & diuisum dolet sicut corpora solida. sed hoc interest, q corpora quidẽ solida diuisa cum sunt, aut nix aut nunquam restituuntur: corpus uerò dæmonum, uti fertur, mox in se rẽ recreatur atque coalescit, sicut aqua aeriosq; partes quando aliquid incidit solidum: sed & dicto uelocius dæmonicus spiritus in se reuertitur: dolet tamen interea dum diuiditur. quã ob rem aciem ferri metuit, idq; animaduertentes, qui fugare dæmones molientur, tela et enses in rectum ibi constituunt, quo uolunt dæmones adsentare.* Hæc more suo sibi vindicat Rhodiginus *lib.2. c.8.* & sic Psselli errorem, suum facit. Quod de corporis discessione, & coalitione subita dicit, verissimum est. & experti duo in Hispania Nobiles, mihi non ignoti. Quorum vnus dum nocturno tempore vagatur, in spectrum incidit in specie Aethiopis terri, mole Gigantæa rompheam stringẽtis. hic, cui plus audaciæ quam pietatis erat, cetra ficulnea munitus, impetum sustinuit, seq; gerens animosè vulnera cæsim punctimq; hosti ingerit. Sed aerem verberans, donec lassus concidit, & à vicinis, qui ad strepitũ accurrerant domum sublatus, multis post diebus lecto affixus, vix conualuit. Hoc Burgis accidit: alterum Salmãticæ. Degebat ibi Theologiæ studiosus quidam, è prima nobilitate; qui pristinæ castimoniæ & pietatis oblitus, noctu magno periculo & labore parietibus transcensis in quoddã Sãctimonialium monasterium, vsq; ad Dormitorium (vt vocant) se penetrat. ibi permittẽte Deo, priusq; ad cellulam, quã animo præoccuparat, pedetẽtim peruenirent, obijcit se illi spectrum, specie viri grauis & honesti, prolixo capillitio & barba, lorũ ingẽs manu tenẽs, & nullo verbo facto; bubulã minitãs insultationẽ. Venerat probè armatus miser ad incestũ, scuto, gladioq;: hũc stringit, illo se tegit. visus sibi nõ semel lar⁹ aduersarij, lorũ subiens, haurire, & brachia illi lorumq; rescindere: sed semp brachiũ corpori, lorũ parti amputatæ subitò iũctũ apparebat. tãdẽ lorarius decussatim illi in vtrumq; humerũ sic viuẽti bouẽ mortuũ (vt cũ Comico iocer) impegit, vt in terrã collapsus, vix trepidus se fuga eripuerit; & domũ reuersus deprehenderit, admodũ Sanctæ Andreanę crucis, sibi in pectore, & in tergo, ad quatuor digitorũ latitudinem, notam contusionis rubore liuoreque mixtæ impressam. tumuit mox vibex, & cũ intolerabili ardore, quasi vermiculare nescio quid, quod grauissimum cruciatũ adferebat, miser sensit sub cute, & (ne vanũ visum putes) altero tertiouẽ post die ad plures migrauit. Nec annũ, nec nomina addo, vt vnius qui adhuc superat. & defuncti quoq; alterius honori cõsulatur. Notent lasciui isti palũbi Dionæi, q s nocturnarũ ad stupra discursationũ vtriq; fructus fuerit, & q̃ inanis ista de gladij rotatione cõtra vim dæmonũ persuasio. Nam quod Erastus *a* ex Ioan. Oporino narrat; qui Paracelsia manuẽsis fuerat; solitum Paracelsum noctu consurgere, & machæram suam Helueticam vtraq; manu in hostem inuisilem huc illuc torquere: id vel ferocientis furoris fuisse putarim, vel ex pacto conuento, sic molestiarum inducias à dæmone paredrio impetrasse.

a *in vita Paracelsi.*

C

18. fit, quod putãt aliqui, remedia quæ contra maleficium vsurpantur nihil profutura, si re non integra adhibeantur: hoc est, irrita fore, si pri⁹ tentatum fuerit à medico corporis; a cõfessario animæ, remediũ. solemnis. n. iste solet esse magorum prætextus, vt docet Nicol. Remigius, *b* & nota dæmonũ fallacia; qui vtitur primò; quia, cum sit Zelotypus, veretur ne sanatio, ipsi adepta, alijs adscribatur.

b *lib.3. de monolatr. c.5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Secundò, vt sic homines à diuinis & naturalibus remedijs auocet. Ex hoc capite valdè mihi suspecta fuit scedula illa, siue programmation mulierculæ medicæ circũforaneæ, hoc anno 1597. hic Louanij, in cuius vno articulo hæc conditio continebatur. Id circo ẽt suspecti omnes illi medici, q nolunt ægrum confiteri, priusq̃ præscripta ab ipsis pharmaca hauserit.

19. est, putare maleficam non posse maleficium suum tollere, priusquàm libertati sit restitura, & ex vinculis dimissa. potest enim, maleficium maleficio nouo tollere, quamdiu pacto cum dæmone nõ renunciauit, vt docet idẽ Remigius: potest etiam illud per dæmonem destruere, vt quiliber alius remouendo signum, etiamsi adhuc carceribus contineatur.

20. maleficã scopis in ostio positis impedire, ne domo exeat; vel, cõiectis in bulliẽtẽ ollã soleis aut crinib⁹ ei⁹, vel acubus, cogere, vt accurrat; magicæ nugæ sunt, & peccata grauissima, quia nitẽtur pacto cũ dæmone inito.

21. minis, verberibus, aut vi maleficos adigere, vt maleficiũ tollãt (cuius rei exẽpla peti possũt à Remigio, *a*) fieri põt vt liceat; si conditiones q̃dam adsint. primò si certò sciat auctor maleficij. Nã suspectos tũ, verberare aut alia afficere cõtumelia, nec fas nec iura finũt. 2. si nihil superstitiosum putetur adhibiturus. 3. dum non existimetur morbũ in alium trãslaturus, qd ferè semper facere cõsueuerũt, vt exẽplo declarat Grego. Turonensis. *b* vi delicet ista diaboli liberalitas est, vt boni nihil vllis hominibus p̃stet, nisi cũ æquali vel maiori hominum damno, quo spectat narratio D. Gregorij Magni, *c* de virgine obsessa; quæ cũ opera magorum ab vno dæmone fuisset liberata, in vnius locum sex vel septem dæmonũ millia successere. Neque hoc poetas latuit. ideò. n. fortassis finxerunt, non potuisse Admeto vitã conseruari, nisi vxoris Alcestis vicaria nece. *d* Vndè rectè nofter Tragicus; cũ remisso ab inferis Theseo, Pluto Hippolytum abripuisset, canit, alloquens Atticæ præsidem Deam;

Casta nil debes patruo rapaci.
Conflat inferno numerus tyranno.

22. Quod remediũ esse contra *Vulturarium* maleficiũ censuit Salisberiensis *lib. 1. c. 11. Horum* (ait) *malitia, etiã cũ plurimum nocent, artificio leui dissoluitur; si uidelicet, qui suspecti sunt, conuenti ab aliquo in iudicio crimen suum inficientur; aut, si confessi fuerint, cogantur maleficium reuocare.* quid. n. ad curationem inficiatio virium queat habere, nisi ex pacto cõuento? si tamen aliquis solummodo intendens signum destruere sic interrogaret, non auderem illum peccati, sal tem Mortalis, reum dicere.

23. Superstitiosa sunt; vt cũ ad maleficium amoris tollendum, vtuntur maleficio odij, v. g. certo ritu cõsecrãt vel exsecrãt potius columbã nigrã, & diuisam per mediũ dãt comedendã amantibus. Itẽ si, vt odij maleficiũ tollant, vtãtur amoris maleficio, v. g. Eucharistiã sacrã in ore habẽtes osculantur eã quã volunt in amorẽ inducere, vel labijs chrismate inunctis id faciãt. Itẽ sivt sterilitatis agrorum maleficiũ tollãt, hostiã sacrã cõminuãt, & tritã in pulueres spargant per hortum vel agrum. Quę omnia sunt manifestè impia & sacrilega, & tamẽ hæc facta alicubi legitur. primum illud refert Hollenus in Præceptorio, de chrismate, alterum Grillandus; cetera de Eucharistia, Cæsarius Eisterbacensis *lib. 9.*

24. Adde remedia iudiciariarũ superstitionũ, de quib *supra lib. 5. sect. 7. & 9.*

Vltimo notandum multa esse superstitiosa (vt varijs locis ostẽsum) remedia; q̃ ponunt Sprengerus *e* & ex eo Per. Gregorius *f* de plũbo liquefacto in scutellã aqua plenã infundẽdo &c.

Et hãc de re Codrõchius narrat historiã, ab auctoribus (vt ait) grauibus & certis relatã, cuiusdam mercatoris, *qui cùm in partibus Sueuiæ extra quoddã castrum animi causa per quoddã pratum duobus famulis comitatus ambularet, maleficã mulierem ab vno ex comitibus à longè cognita, aglhortatus est mercatorem, vt signo crucis se muniret, quoniam illius dirissima potentior nouerca, quæ solo intuitu maleficia inferre sciret, ipsis obuiã veniret. Quod monitum ipse parũpendens, & ista nunquam sibi timorem*

a *lib. 3. de monol. c. 3.*

b *lib. 6. histor. Franc. c. 35.*

c *lib. 1. Moral. c. 9.*

d *Euripid. in Alcestid.*

e *p. 2. malefic. 1. q. 2. in 2. exemp.*

f *lib. 13. de repub. c. 3. n. 2.*

rem incussisse asseuerans, *cùm nondum serè illa protulisset verba, in pede sinistro illatam lasionem expertus fuit: ita vt cum pedẽ è loco amouere non posset, & dolore lancinante tur, ad castrum equo fuerit deductus, ibi per triduum doloribus auctis, accersito quodam illico, qui huiusmodi mala curare profiteb a tur; facto periculo ex plumbo liquefacto, & in aquam supra pedem proiecto, morbum ex maleficio ortum dixisse: quibusdam prolatis verbis, & tacto pede, per aliud triduum curatus est.* sic ille libr. 2. de morbis venefic. c. 2. Modus explorandi solet hic esse, vas aqua plenum imponunt super locum affectum corporis, & plumbũ liquatum huic vasi infundũt, interim verba quædam obmurmurãtes, & in plumbo coagulato pro varia guttarũ conformatione; iudicat primò, an sit maleficium malum, necne: deinde cuius generis maleficium sit. De qua re tota verissimè idem Bapt. Codrõchus *lib. 3. de morbis venefic. c. 13.* ita pronunciat: *ut modus superstitiosus est, sic & dæmonem cooperari est credendum. quamuis nõ desint, qui existiment, à Saturno uim hanc plumbo esse inditã, ut maleficia prodat, quod tamen à ueritate est alienum.* Probare debebant. nunc supponunt tantũ, & Planetæ vim tribuunt minimè naturalẽ. Nam in hãc vel illam gutturlas formã coagulari, pro natura morbi; merè & verè est opus non naturæ, sed intelligentiæ. Pergit Codronchius; *Nec laudare possum aliud experimentum, quod à quoddam didici. Vt ægrotus, cum decoctione uerbenæ* (vulgò herba sancti Iohannis dicitur) *abluatur, in qua ablutione, si nihil reperiatur, uel decoctio non immutetur in colore, infirmum ueneficio non esse affectum: quod magna copia pilorum, & præcipuè suorum, inueniatur, esse argumentum efficax, non solùm ueneficij, sed & grauissimi, minimeque curam recipientis, quod si pili sint pauciores, morbum esse mitiorem & curationem admittere. Quod si decoctum illud ad nigrum colorem mutetur, signum esse præsentiæ dæmonis: quod si ad alios colores mutetur, alia indicare. Quis uerò non percipit hunc etiam modum esse superstitiosum, cùm ille pili uirtute uerborum, nec ablutionis eius uel potorum non possint.* Sic ille *d. cap. 13.* Addo, coloris hanc mutationem etiã ex naturali humorum prædominio (vt aiunt) in morbis non maleficis, sed grauioribus, posse contingere. Idem *lib. 4. cap. 2.* damnat tertium quẽdam modum his verbis; *alij columbam per medium scissum uentriculo ægrotantis apponunt, nonnulla uerba obmurmurando. Qui modi & alij consimiles manifestè magici sunt, cùm præsertim uirtute naturali careãt.* Addè; nec subsit ratio cur miraculores adscribatur; maximè cum certa verborum formula vtantur. Postmodum idem iustissimè conqueritur; *remedia multa, tanquam arcana, ex arte magica in medicinam translata sunt: vt multi Arabum sectatores fecerunt: vt Michael Sauonarola in sua Practica, & quidam Bartholomæus, qui practicam & experimenta cum quibusdã intreductionibus in lucem edidit. Sic enim multis modis medicina scientia corrupta remediorum uanitate sæpè coarguitur. Sed horum Satuicorum hominum curationes fallaces, ac incertæ sunt, ac sæpè præstigiosæ, ut uideantur per modicum spacium temporis sanare, & reuera non sanent.* Creditur medico docto & pio (quantum ex libris eius colligo) in arte sua.

Et in his omnibus Notandum, semper dæmonum lucrum aliquod sibi ex his comparare, & semper animæ, interdum & corpori nocere: quia semper aliquid admiscet, quo fiduciam in ipsum homo proficeatur; vel quo nos à Deo ad creaturas auerrat, & à cœlestibus curis ad cœnosa terrenaque deducat vel saltem à serijs & grauibus ad Iudicra & nugatoria. Sic semper in aliquod peccatum animam pertrahit, vt rectè obseruarunt D. Augustin. & D. Leo. a Obsequitur mancipijs suis, vt firmiùs illa sibi deuinciat, & in peccato retineat. Si Deus permittit hoc modo sanari ægrum, plures in fraudem pellicit: si Deus non permittit, sed impedit, tunc saltem peccatum hoc præcedentibus accumulans, conatur ægros in desperationem adducere. Simalum vni equo auferat, transfert in melioremi. Si mulierem morbo liberet, transfert in virum; si senem, in adolescentem. Si sorem magus in alium non transtulerit, ipsemet necatur, vel

ingens.

a *D. Aug. lib. octoginta trib. QQ. 79. D. Leo sermon. 19. de pas. Do.*

ingens vitę discrimen adit. coactæ nonnullæ Lamiæ; quia non poterant in alios, in suos ipsæ liberos transferre. Narrat auctor Dæmonomanię *a*, fuisse in Gallia qui maleficio, quo læsus erat, curando magum accersiuit: ab hoc responsum; se morbo illum liberare non posse, nisi in eius filiorum adhuc infantulum transferret. consentit impius pater, & à mago sanatur. interea nutrix, re intellecta, infantulum subducit, & cùm eo aufugit: cùm ergo magus non posset in eum transferre, fuit ipsemet à dæmone interfectus. Tolosę idem scriptor ait, studiosum quendam amico suo grauissimè à quartana vexato dixisse, vt febrim vni suorum inimicorum traderet; illo verò respondente neminem sibi inimicum esse, dixisse: da seruo tuo; tādem, cùm hoc illi religio esset facere, magum dixisse; da mihi eā, annuente ęgroto, ipsum conualuisse; magum verò febri oppressum interijsse. Facit lucri semper alicuius certa spes, vt etiam planè futilibus & absurdis nonnūquam cooperetur. ficenim (vt narrat I. C. ille Francofurt. *b*) cùm vetula laborans opthalmia studiosum quendam conueniisset, ab eoque petijsset, vt quæ in schedula, quā illi porrigebat, continebantur, sibi non grauaretur exscribere; certam se esse, si de collo illam gestasset, oculorum lippitudine liberandam: & studiosus scripti illius characteres, vel obsoletos cernens, vel obscuriores (vt solent) legere non valens;; eorum loco hæc verba scripsit in schedula; *Diabolus huic vetulæ oculos eruat &c.* simul que præclarum philactērium mulierculæ tradidit; quod cùm de collo suspendisset, spe plena post paucos dies sanitati fuit restituta. Nimirùm voluit Satan hāc anum decipere, & in superstitione sua obfirmare. Plura si vis, lege *li. 3. p. 3. q. 4. sect. 9.* quibus addi quoq; multa possunt ex Cardinalis Cusani Excitationū li. 2. *in Sermone, Ibant Magi, quam viderant stellam &c.* vt eorum qui putabant contra sterilitatis maleficium, vel odij inter coniuges prodesse, si quis niduum auium inueniens caperet ipsam cum pullis matrem: & ideò vult à Mose præceptum, *Deu. 22. ne mater cum pullis capiatur.* simili modo ad vitandas alias superstitiones alia quædam vult Iudæis prohibita, nempe *præcepisse Mosem vasa cooperiri, propter* Dominas Abundas. *sunt enim dæmones, quibus vetulæ offerunt esculenta & poculenta, quæ mundando domum non comedunt, imò seducunt. Prohibuit ne vir induceret vestem mulieris. & è conuerso propter idololatriam: quia mulieres vestes uiriles & arma in honorē Martis induebant? & viri muliebres in honorē Veneris. Hoc festum peragitur à Christianis in Carnisprivio.* Et postea idem addit sequentia exempla, vt ait, superstitionis incurandis morbis: *si res consecrata ad aliud, quā ad proprium usum applicentur, est superstitio: ut aqua benedicta quæ bibitur contra infirmitatem, vel spargitur ad fertilitatem, vel datur aliquando brutis.* (*Nota hoc sanè intelligendum, ut & quædam sequentia. Nā aquam benedictam adhibere, ut remedium naturale, vel addito ritu aliquo superstitioso id utrò malum: sed eam adhibere, ut quid Sacramentale, & uim tribuere Deo per sacramentalia sua, ad corroborationē fidei, mirabilia operari soltoqite vt dæmonis maleficium, vel præstigium cesset, hoc pium & licitum esse Catholicus nullus potest negare, ut docebo sec. 3.*) *& de lumine cerei paschalis, & de aqua baptismatis* (*ide his idem censeo quod de aqua lustrali*) *Abstinere à capite animalium in honorem S. Apollonię uel Blasii: uel uerò cartilium luminis consecrat* (*hoc non intelligo, si loquitur de cera benedicta seu candelis probo ritu benedictis, errat*) *crux facta de lignis palmarum; balnea in utilia Natiuitatis & Carnis privij contra febres, & dentium dolorem non comedere carnes in die Natalis Domini, contra febres, uel ad honorandum sanctum Nicolaum pro diuitijs acquirendis, petendo eleemosynam,* (*hæc satis clara sunt*) *eundo ad Sanctum Valentinum contra morbum caduci, ponderādo puerū cū filigine uel cera,* (*in his potest aliqua superstitio ab extrinseco aduenire: sed secundum se pia sunt & licita*) *portare cruce circumquaque per cāpos in vere contra tempestates* (*si non fiat, utim ponendo in tempore uerit, non est superstitiosum, sed licitum:*) *in certis oblatis super altare, sicut lapidibus in die S. Stephani, & sagittis*

a li. 3. ca. 2.

b tib. 1. de Lamijs c. 8.

sagittis sancti Sebastiani (*hoc quoque pium, si tantum fiat in honorem & commemorationem certaminis horum Sanctorum, sine fiducia in materia, forma, numero &c.*) addit de actu, quę petigit uestem mortui, de lignis furcæ, de lignis contungendis contra febres, de hostia non cōsecrata contra febres (*hæc uerè superstitiosa sunt*) cōtra ictericiam de urina, de pullis &c. puto legendum *de pediculis*, neque hoc est superstitiosum, cum subsit ratio physica.

QVAESTIO. II.

An liceat remedium petere à maleficis?

LAtissimè hæc quæstio patet, in qua multi multa scripsere, multi etiam periculosè admodum errarunt.

Certum est ut hodie, sic etiam olim fuisse, qui maleficia maleficijs tollerent. Nam cùm Corybantes essent numero LII. eorum XXXII. creditum sunt maleficia inferre; alij verò XX. eadem amoliri. *Sic scoliast. Apollonij lib. 1.*

Dico primò *falluntur Iuristæ, qui existimant iure ciuili licere maleficijs uti, in bonum finem:* nempe ad curados morbos vel ad repellendas tempestates; *vt Hostiens. in summ. Azo in summ. Pet. Ærodius lib. ver. iudicat. 8. tit. 7. cap. 6. Bart. Salycet. Godefrid. & alij in l. eorū C. de maleficis. Troilus. Maluetius de sortibus, Grillandus de sortilegijs & alij communiter.* dico falluntur, quia legem illam Costantini qua nitūtur *a*; recentiore lege sustulit postea Leo Imp. *Cōstitu. 65. ad Stylianū de Incātatorū pœnis*; vt rectè aduerterūt Nicol. Remigius: & Pet. Gregorius, & Godelmānus; quam, quod Tribonianus, homo planè sceleratus, prætermiserit, causam aliam non uideo, quam quia ab omni erat pietate & uera religione alienus. ibi Leo grauissimis uerbis negat quidpiam uere bonum his artibus effici: sed apparēs illud bonū, illecebram atque nasam esse; *quæ illectos* (inquit) *in malorū omnium extremum ubi à summo bono excidérint, absorbeat. compertum habemus. Notum enim nobis est illos, ut qui seipsis deduxt, pro creatore ac Domino* [a] *l. 1 eorum C. de maleficis & mathematicis.*

no [b] *infaustis diriśque dæmonijs adhærent, efficere. & qui illas affectantur, hos per externarum rerum lætam quandam speciem, uaferam in animā excipere. Quale quiddā inter pugnandum meticulosis frequenter accidit; qui dum ictus interdum excipere manu nolunt, illis uel caput uel ventrem exponunt. Sanè uerò si quis aliquo modo incantamentis usus esse deprehensus fuerit, siue id restituendæ conseruandæue valetudinis, siue auertendæ à rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum pœnam subiens ultimum supplicium sustineto.* Sed & Caroli. V. constitutio hos arbitrio iudicis condigna pœna puniri iubet. *b*

Dico 2. *Diuina & positiua Ecclesiæ lege semper prohibitum fuit uti maleficijs artibus, uel maleficos consulere etiam in bonum finem.* Est communis Theologorum sententia, & etiam Canonistarum. Probatur 1. ex sacra scriptura. Deus id prohibuit. *Leuit. 19. v. 31. Non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid scisciti mini, ut polluamini per eos.* & cap. 20. v. 6. *anima quæ declinauerit ad ariolos & magos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.* Vnde patet hoc esse peccatum mortale. Deu. 18. v. 10. *Nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiā ducens per ignem, aut qui ariolos scisciteter, & obseruat somnia atque augurias &c.* In nouo quoque testamento uerat. D. Paulus; quādo iustā damnationem cōminatur illis, qui ipsi impingebāt eum mala facere ut bona euenirēt *c*: quo significat, graue peccatum esse mala facere in bonum finē: quod tamen prętexunt qui maleficorum opera ad morbos depellendos tempestatesque arcendas abutūtur. 2. probatur ex perpetuo Catholicæ Ecclesiæ usu, quę sēper id improbauit, ut plurimi canones ostendunt *d*; presbyterū dānarunt, qui bono fine diuinationē superstitiosam fuerat expertus. *e*. 3. probatur ex Patribus. *D. Chrysostomus: Et citius mori homini Christiano subeunda, quā uita ligaturis redimenda. Huc referendum illud B. Leonis g*; cùm eis (*scilicet dæmonibus*) nihil amplius liceat, quā iustitia diuina permiterit; agūt tamē uersutissima arte fallaciæ, ut ex arbitrio, ppriæ

b Althusius li. 1. In risprudent. Rom. c. 52. Fichardus consil. 112. Laur. Kirchoni tom. 2. cons. 2. Mollerus cō Hit. Saxon. p. 4. sect. 2.

c ad Rom. 3. u. 8. d c. qui sine Saluatore, 26. q. 2. c. admoneant. c. nō obseruetis 26. q. 7. e c. ex tuarum de sortileg.

f homil. 8. in epist. ad Colos. g serm. 19. de pass. Domini.

potę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſtatis aut parère videantur, aut ledere; & multis (quod dolendum eſt) ita per nequitiã ſimulationis illudunt vt quidam illos & timeant pati infenſos, & velint habere placatos: cùm beneficia dæmonum omnibus ſint nocẽtiora vulneribus. quia rutius eſt homini inimicitiam diaboli meruiſſe, quã
a *tract. 51. in Ioan.* facere. *Nec non iſta D. Auguſtini;* a cùm ergo cauſę articulus venerit, vt hęc proponatur cõditio: aut faciendũ eſſe contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum; quorum duorum homo ſi cogatur alterũ eligere; comminante mortem perſecutore (*idem eſt de morbo per maleficium immiſſo*) ibi eligat deo dilecto emori, quàm Deo offenſo viuere. ibi oderit in hoc mundo animam ſuam, vt in vitam æternam cuſtodiat eam.] Ex his

Infertur primò peccare iudices, qui cogunt maleficas benedictione quadam iis quos læſerunt maleficium auferre. Nam hęc benedictio illarum, nihil aliud eſt, quam formula qua ex pacto dęmõ ceſſaturus: et ſi benedictione vera ſanandus æger foret, præſtaret vti benedictione Sacerdotis, vel alterius probi hominis, quàm malefici: cuius oratio Deo eſt exſecrabilis, neque licet nobis cũ infidelibus hæreticis, apoſtatiſque oratione in diuinis iungi. Vnde ſequitur etiam maleficam obtemperantem tali iuſſioni, & ægros hoc remedio utentes peccare. Valde quoque falli illos, qui exiſtimant licere maleficiis ſanitatem quærere vel cõferre, ſi id magiſtratus iubeat.

Infertur 2. veram eſſe deciſionem *articuli Pariſienſis* 5. Quod licitum eſt vti magicis artibus, vel aliis quibuſcumque ſuperſtitionibus à Deo & Eccleſia prohibitis, pro quocunque fine bono; error. quia ſecundum Apoſtolum non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. *& deciſio artic.* 6. Quòd licitum ſit, aut etiam permittendum maleficia maleficijs repellere error. *& artic.* 7. Quod aliquis cum aliquo poſſit diſpenſare, in quocumque caſu, vt talibus licitè vtatur, error.

Infertur 3. impium & hęreticum eſſe dictum Paracelſi, *b* nihil referre, an Deus, an Diabolus, angeli vel immundi ſpiritus ægro ferant opem, modò morbus curetur.

Infertur 4. periculoſam eſſe, & erroneam: vel ſaltem non ſatis euolutam & explicatam ſententiam Nicolai Remigij, c *precariò non licere opem à maleficis impetrare; ſed licere, vi & verberibus eam extorquere: qui hoc faciat, nunquam, qui illud, ſemper lethaliter peccare.* Quorum vtrumque falſum videtur. licet enim aliquando id precibus petere & impetrare: aliquando etiam verberibus ad id adigere, non licet. Non igitur eò recurrendum; ſed res longè aliter explicanda. diſtinguendum videlicet primò inter maleficum paratum auferre maleficio nouo, & non paratum: aliter enim peccat qui hunc, aliter qui cogit illum. 1. diſtinguendus auferendi modus, an cum maleficio, an ſine illo id fiat: quæ communiter theologi ſolent attendere.

Igitur primò falſa & erronea eſt ſententia Paracelſi & ſimilium, licere maleficia maleficijs tollere.

Quidam putant licere tollere maleficium, non per maleficia, ſed per res tamen ſuperſtitioſas & vanas: videntur hoc multi Canoniſtæ tenuiſſe, & nõnulli Theologi, & legiſtæ. *d* ſi ſuperſtitionis vocabulo hi DD. rectè uſi nequit negari, hãc opinionẽ quoque erroneam eſſe. quia ſuperſtitio res eſt per ſe mala: nec malũ licet facere, vt bonũ eueniat. docet hoc Siluest. *verbo maleficium num.* 9. Roſella *verò* & Tabiena non tenent illam opinionem, ſed dumtaxat referunt.

Alij itaque fatentur per ſuperſtitioſa media tolli non poſſe: poſſe tamen per vana, quę nõ ſint illicita, ſic Ioan. Friburgenſ. *in ſumm. confeſſar.* & id ſequitur Roſella, *e* qui exemplum ponit, ſi maleficiati facerẽt celebrari tres miſſas de Domina & poſtea omnino nudi opera darent liberis quærendis, credentes ſic maleficium ceſſaturum. Sed hoc exemplum mihi non placet, tum quia rem ad certum numerum miſſarũ reſtringere, id nõ caret ſuperſtitione;

b *tit. de morb. caus. & li. de Imperfect. morbis cap.* c *li. 3. de magic. c. 3.*

d *Hadrian. Gabriel. tin. Gaſpar. ques. ſequen. tur Spreng. in Malleo & cum ſuis ſequac. plectitur, non refellit tr. Origen. ſupra & Bo chius lib. de prob. magic. frigida.*

e *u. imperfectum 19.*

ſtitione; tum quia medium illud non modo vanũ eſt; ſed & inhoneſtum, & vix poteſt peccato carere: ſi tamen omne peccatũ impudicitiæ & inuerecundiæ deforet: neque vis in numero poneretur; neq; fides adhiberetur ipſi actui, ſed miſericordiæ diuinæ per miſſas ſacrificia propitiandæ: tunc poſſet admitti exemplum. Deinde ſi *vana* re media ſumãt, pro omnino vanis hoc eſt inanibus, ſicut omnis vana locutio eſt peccatum, ſic nulla vana operatio caret peccato, ſaltem veniali, *ca. illud* 26. q. 2. ſi vero vana vocant indifferentia, tũc ſi quis adhiberet ea, inuincibiliter neſciens eſſe peccatum, nullum foret peccatum; ſi non inuincibiliter, non tñ affectate ignorans, foret tantũ veniale: idem foret, ſi quis faceret credens aut volens experiri an per talia maleficium ſoluatur, nonper operationem diaboli, ſed per ceſſationem eius ab operando; propter pactum quod maleficus cum diabolo habebat de ceſſando quando hoc vel illud fieret. *vide Silu. ſupra num.* 9.

Tertia ſententia, quædam eſt Pet. Aureoli *in* 2. *d.* 34. *q.* 2. & Angeli *verb.* ſuperſtitio §. 13. licere à malefico parato petere. vt maleficiũ maleficio tollat. Exemplum huius rei ſuppeditat Ioannes Nider. a *Inquiſitor* (inqt) *Eduenſis mihi referebat, quod modus tollendi maleficiũ, aut ſe vindicandi in malefico, talis practicabatur ſuo tempore. Venit enim aliquis læſus in ſe vel in ſuis ad maleficam ſciſciatus malefactorem. Tunc malefica plumbum liquefactum aliquoties fundebat in aquam: quouſque opere dæmonis in plumbo imago aliqua videretur; qua viſa imagine: malefica quæſiuit ab explorante, in qua parte vis ladi maleficam tuum, & in eodem vulnere eum agnoſceret cumque explorator locum eligeret, ſtatim malefica in eadem parte imaginis, quæ in plumbo relucebat; fixuram vel vulnus percultrum poſuit, & locum vbi reum inuenire indicauit: nomen tamen nullatenus manifeſtauit: ſed experientia teſte maleficus per ſimiladi reperiebatur, ſicut ſua imago plumbea.* hæc ille. hoc ergo ſecundum Aureolum liceret: & ſecundum Remigium poſſet verberibus maleficus ad hoc faciendum adigi. Argumenta Aureoli ſunt. primò licitum eſt ab vſurario parato vſuras petere; & à parato conferre Sacerdote, in peccato Mortali conſtituto, ſacramenta petere; & deferre iuſiurãdum idololatræ, quẽ ſcio per falſos Deos iuraturum. ergo ſimiliter in noſtro caſu petere à malefico parato &c. Secundò non poteſt excogitari remedium aliud ad tollendum maleficium: ergo ſi hoc quod vnicum eſt vti non licet, nõ licet illud tollere. Sed hoc meritò cenſetur duriſſimum: potius ergo dicendum, hoc vnico medio vti licere.

a *in epit. Nauarrizi c. 3. in fi*

Verùm hæc argumenta nullius momenti ſunt. Eorum enim quæ in primo ponuntur argumento planè diſſimilis ratio eſt. nam illic inducuntur ad id, quod ſine peccato facere poſſunt, ſi velint. ſacerdos enim poteſt conari conteri, etſi tempus habeat cõfiteri: vſurarius poteſt dare mutuum ſimpliciter; idololatra poteſt per Deũ verum iurare: ſed operatio malefica, quæ petitur, eſt intrinſece mala, nec ſine peccato fieri poteſt, ideoque nec peti. quia petendo conſentit eius malitiæ, quod ſemper illicitum, *b* & teſte Apoſtolo ad Romanos. *digni ſunt mori non ſolum qui talia faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus.* In ſecũdo argumento, falſo ſupponitur, alia remedia non ſupereſſe. ſuperſunt enim alia, de quibus poſtea: quod ſi non ſupereſſent, præſtaret mori millies quam per peccatum ſemel ſanari. nam bonum animę corporis bono præferendũ eſt, & bonor Dei cunctis anteponendus. Neq; hoc durum videri debet ſcienti, quod *qui amat animam ſuam plus quam Deum, perdet eam* &c.

b *D. Thom. de malo 13. q. 4.*

Remigius verò coactionem ſuam aſtruit ſequentibus argumentis. primò quia talis coactio inhonorat Diabolũ, & eſt expers omnis pacti. ergo licita eſt. *Reſpon.* magis inhonorat Deum, quia cogit aliũ peccare. immo nec inhonorat Diabolum, quia cogit maleficum vt inuocet & honoret dæmonem: ipſe quoque eum honorat; quia non modò credit dæmonẽ poſſe hanc medelam adferre, ſed etiam concurrit poſitiue ad actum poſitiuum. dæmon

verò

verò pluris hoc facit, quam mancipij sui iniuriam, cuius afflictione solitus est gaudere. Nec potest dici expers pacti taciti, qui cogit maleficum ista per ficere, virtute pacti quod maleficus cum dæmone inijt.

Secundo probat hoc pacto, licet à fure fugiente rem vi sibi ereptam alia vi repetere: licet arcem ab hoste iniuste occupatam armis recuperare: licet vinculis per tyrannidem mancipatũ, astu violenterque eripere: cur non hæc vis licita, vt innocentem morbis indignissimis sanemus? *Resp.* illationẽ esse vanã, quia reliqua illa licita sunt, & iuri diuino naturalique consentanea; maleficium vero maleficio sanare omni repugnat iuri.

Tertiò nititur auctoritate *l. nullus Cod. de malefic. & mathem.* vbi tantum punitur qui aruspicem vel magum induxerit precibus vel suasionibus. ergo criminis atrocitas in hac suaui inductione consistit. Confirmatur, quia Photius in Nomocanone dicit legis illius pœnam tantum debere intelligi, vbi *ἢ θύσωσιν*, id est, per sacrificia & mactationes, negotium peragatur. Non ergo locus est pœnæ, quando malo adiguntur. *Resp.* puerile argumentum hoc esse, illi simile: si quis dicat, lex eum punit, qui præmijs & blanditijs, & per artem lenoniam mulierem ad flagitium pellexerit: ergo criminis fæditas in hac blanda inductione & pellacia posita est: & inferat post ea, igitur puniri minime debent qui vi minisque matremfamilias in thori violationem impulerint. Constantinus autem id tantum vetuit ea lege, quod quidam sibi licere putabant. nã sponte facienti, nullam se iniuriam facere credebant: id vero quod multo grauius erat, non vetuit ea lege, quia res aperte iniqua minus indigebat noua legis coercitione. Quare Salyce. & Fulgos. mentem Imp. attendentes, de quibusuis euocatoribus & prouocatoribus idẽ obtinere consuerunt: nec illa Photij limitatio vlterius protrahenda quam vt significet imperatorem de illis egisse maleficis, qui tum temporis priuatim, prætextu amicitiæ, & hospitij recepti in domos gẽtilium, dæmonibus clanculum sacrificabãt: quod ipse fieri prohibuerat alia lege. *a* Nec tamen vllus sanæ mentis hinc inferat, licita fuisse maleficia Magorum, in quibus non sacrificabatur potest enim vnum factũ ex pluribus capitibus illicitum esse: quorum vno cessante, ratione reliquorum adhuc illicitum manebit.

a l. 2. C. Theodos. de malef. & mathem.

Dico igitur tertiò, *sententia hæc Aureoli, Angeli & similium est erronea & causa multorum peccatorum: nec licet vllo modo nec ab imparato, nec a parato petere, vt maleficium maleficio tollat.* hæc est communis sententia Theologorum, Aureolum & Angelum ideo grauissime reprehendentium: *tenent quod dixi D. Tho. D. Bonau. Scot. Tho. de Argentina & alij in 4. d. 34. Silu. verb. maleficium q. 8. Armilla n. 2. Tabiena ver. impedimentum 12. n. 9. Rosell. supr. Caietan. 2. 2. q. 78. art. 4. Pet. Ledesm. ad 3. q. 58. a. 2. d. 2. Alfonf. a Castro li. 1. de iust. hæret. punit. c. 15 Sprenger. p. 3. mallei q. 16. Nider. sup. Nauar. c. 11. n. 29. Angl. q. de arte Magica ar. 6. diffic. 2. Abulens. in c. 19. Matth. q. 90. litt. O. Dom. Sot. in 4. d. 34. q. 1. a. 3. & 8. de iust. q. 3. a. 2. Viguer. c. 16. §. 4 Martin. Ledesm. in 4. q. 60. a. 2. Brianson. q. 13. conc. 2. Orbell. q. 34 Vngarellus addit. ad Angel. d. §. 13. Henriq. li. 2. de matrimon. c. 8. n. 2 & n. 3. in fin.* Probatur quia hoc sacræ litteræ, canones, ius ciuile & SS. Patres improbant, vt ostensum fuit concl. præced. 2. qa non licet consensũ præbere in peccatũ alterius. *b* 3. quia licet sic paratus peccare: hoc tamen peccatũ, & isto tempore, non faceret, nisi inductus. 4. quia vt actum per se malum nemo vnquam licite facit; sic, nec ad eũ licite poterit induci. *c* Nota magis peccare, qui cogit inuitũ, quam qui orat paratum. nam qui cogit inuitum iniurius est cogendo, & simul cooperatur qui petit à parato, nullã ei facit iniuriam. quod nota contra Remigium.

b Rom. 1. v. vlt.

c vide D. Tho. 2. 2. q. 78. a. 4. Tho. vere. in 2. ment in 2. q. 1. Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 1. a. 1. Cast. & alij supra.

Dico quartò *haut dubiè potest maleficus induci, vt per modum aliquem licitum tollat maleficium.* in hanc sententiã conueniũt omnes in præcedenti conclusione citati DD. & est verissima, caretque dubitatione; sed indiget tamen explicatione. nam quidam I. D. non satis clarè loquuntur, etsi benè sentiant. Guido Brianson⁹ *in collectario supra 4. sent. quæst 13. concl. 3. Immò* (ait) *ego fortiùs dico, quod si aliqua persona erat impedita, vel vexata quamuque vexatione per aliquam personam sortilegam per pactum dæmonis: & per orationes, vel vota, vel artes, non posset sanari, nisi ab illa persona quæ talia intulit. Dico, quod accederem ad illam personam, quæ mihi dedit talia, non vt faciam homagium diabolo, nec vt colam illum sortilegum; sed vt mihi auferat, quod mihi dedit. si ipse agat cum diabolo, ego non consentio: sed tantum peto, vt remoueat malum, quod mihi dedit. Et multotiens nostitia cogit tales, vt restituant sanitatem, quam abstulerunt. imò si proprius diabolus dedisset mihi talia; dicerem sibi, quod à me remouetet tale impedimentum; nullo tamen modo faciendo sibi homagium.* Sed quod ait de Diabolo, id ego prorsùs periculosum puto, & meritò negauit Sotus *in 4. d. 34. quæst. 1. a. 3.* Nam non possum petere, vt ab amico; quia cum eo inimicitias, indicente Christo, gerere debeo: omnis etiam mihi cum eo familiaritas & communicatio interdicta est. Per modum verò imperij, non possum iubere: quia mihi non subijcitur. Dumtaxat in Dei nomine, per exorcismi modum, ei possem imperare. Nec etiam simpliciter verum est, licere semper petere à malefico vt malum remoueat. Quid si enim sciam maleficium non posse tolli, nisi modo illicito? certum est me tum non posse petere *a.* quid si etiam moraliter mihi constet maleficum, etsi possit tolli sine maleficio, non tamen sub laturum nisi cum maleficio? certum etiam puto, tum non licere petere, vt tollat. *b* Potest huius rei exemplum dari, quando petitur tolli ab eo, qui non est auctor maleficij, nec locum: & modũ maleficij & curationis ab ipso malefico, vel homine alio intellexit: nam talis non potest curare sine maleficio alio, aut dæmonis cooperatione noua. Quare raròa dmodũ, vel vix vnquam licebit petere ab alio, quàm ipsomet maleficij auctore.

a Pet. Ledesm. supra. hæc videntur haut dubiè intelligenda. Ledesm. & Hérin. d. n. 3. in fin.

Dico igitur quinto, *licet à malefico petere, immò licet etiam illum manus & fustibus verberibus cogere, vt maleficium tollat; quandocumque probabiliter credo illum sine maleficio, modo aliquo licito id facere posse; siue quandocumque non sum moraliter certus, quod vtatur modo illicito.* eli sententia communis *Henrici postea citandi, Scoti & omnium citatorum in concl. 3. & præterea Ioann. Bassol. Vorilloni in 4. d. 34. Caietan. in verb. maleficium. & in opusc. 12. tom. 2. Gabr. in 2. d. 28. a. 4. dub. 2. Binsfeld in l. eorum quæst. 5. C. de malef.* probatur, quia hoc est vti iure meo, & inducere magum ad id, quod facere tenetur; & sine peccato, si velit, potest facere. non autem est consentire pacto quod dæmon habet cum mago. De coactione id concedit Remi. de precibus negat. sed ratio nostra, & communis sententia DD. de precibus idem conuincunt. de iussione exemplum habemus B. Theodori Archimãdritæ; qui Theodorum Magũ ad pœnitẽtiam adductum iussit, primùm omnia peccata sua confiteri. 2. si quos haberet libros maleficos in medium proferre. 3. quoscumque homines aut domos aut animalia maleficijs suis obstrinxerat, dissoluere. 4. non amplius ea in quemquam exercere, sed pœnitentiam agere. *c* De verbere & minis probatur quoad eos, quos constat maleficio læsisse. quia non tam iniuriam infero, quam illatam repello: & sicut crumenam meam possem furi extorquere, sic etiam possum mago quam quasi detinet corporis sanitatem. Confirmatur hoc, quia docet experientia, nunquam nisi vi coactos maleficiũ tollere velle. Dixi, leuibus verberibus: quia grauia vulnera vel immodicos cruciatus inferre, id ad iudicẽ sceleris vindicẽ, non ad priuatos pertinet. Leuia non erunt, si maleficæ inde immineat periculum vitæ, mutilationis, aut grauis morbi.

c Georgius in vita S. Theodori, apud Surium. 6. April.

Caietan. *d* cautelam proponit, vt quis expresse profiteatur, se nihil commune cũ Diabolo habere velle. Hæc sanè prorsùs necessaria cautio, quando petitur ab eo malefico, qui nõ intulit maleficiũ. vix enim (vt dixi) si-

d tom. 2. opusc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne peccato talis potest maleficium auferre. Sic cum crudelis & nefarius Bertulphus dixisset coniugi suæ B. Godeleuæ, in eam ferociæ suæ causam, esse dæmonem, & ex maleficio natum discidium; addidisset que se nosse fœminam, quæ iactaret se posse illos mutuo amore & beneuolentia adeo cõnectere, vt non queant coniuges ardentius se amare: respondit Sancta mulier; *Christi ancilla sum, illi ego mea omnia commendo. si tam ex abscessu sceleris alicuius commixtione id fieri potest, quod dixit, non refragor.* a Si quis ab ipso, qui nocuit, medelam petat, fortassis absolute loquendo non est necessarium addere illam pro testationem, sed sufficiet absolute (in casu conclusionis huius quintæ) petere ut nocere desinat, quia res quæ petitur bona & iusta est, nempe non nocere proximo; & potest ac tenetur maleficus id licito modo facere, nempe per medium aliquod naturale (si nouit) vel per signi destructionẽ. ideo quod de pecunia ab vsurario mutuanda dictum, ad hoc loco vim obtinet. Attamen semper vtilius erit & tutius hãc protestationem adijcere, maxime si petam ut tollat maleficium, vel quid aliud huiusmodi, quod non nudam cessationem; sed quiddam actus ponit ui significat. quia malefici vplurimũ sunt homines idiotæ, & alia quam superstitiosa remedia ignorant. Quare etiam consulo, ut petatur ab eo, quo remedio sit vsurus. si nolit dicere, non est utendum eius opera: quia hoc ipso satis indicat se usurum remedio illicito. Si uerò indicet remedium; tunc si satis prudens es & doctus, ipse considera & discerne an sit licitum necne; si non es idoneus iudex, doctiores & prudentiores consule; si dubitetur an sit medium naturale, consulantur medici; si uero an sit diuinum, consulantur theologi. In his etiam diuinis aduerte, tunc præstare illa applicari a Sacerdote, quam a malefica. Nam si miraculosa operatio est, Deus illam potius operabitur per seruum suum, quam per Diaboli mancipium. si malefica dicar, non profuturum, nisi ipsa adhibeat: satis hinc apparet, aliquid eam adhibituram ex pacto conuento. Quare nec uideretur toleranda praxis quorumdam iudicum; qui cogunt maleficas benedicere ægrotis ex maleficio: & si sanentur, tunc habent pro indicio certo, quòd sint maleficæ. Liceret tamen iudicibus eas cogere, ut citra maleficium liberare conarentur, sicut licere priuatis iam docui, atque ita intelligendus Briansonus *d. cõ cl. 3.* Quod si res moram non pateretur, & maleficus non foret persona rudis & idiota, sed satis prudens ad discernendum maleficam curationem a naturali uel diuina; et tũc aliquis simpliciter secutus fuisset sententiam Petri Ledesmii sup. credidisset que dicenti se non vsuram vllo maleficio, non auderem damnare post factum: sed ante factum semper utendum puto consilio et examine quod dixi. Reuera. n. qui non examinat, neque interrogat, neque protestatur, neque aliam adhibet cautionem ut intelligat, an remedium quod adhibetur sit legitimum, an illicitũ: is non videtur facere, quod in se est, sed obiicere se temere periculo peccandi, quia nouo periculo peccandi obijcit rudem illam et idiotam et peccatricem animam.

a *Drogo Gestellensis in uita S Godeleuæ 6. Iulij.*

QVAESTIO III.

An liceat maleficij signum destruere, ut Diabolus nocere desinat?

NOta primò signa maleficij vocari, ollas, ligamina, clausira, plumas, leberides, et similia; quę, ex pacto cum dæmone inito, magus adhibuit ut aliquis maleficio lædatur, pactum uerò esse solet, vt quamdiù ligula sic nodata fuerit, vel tale quid sub limine defossum, vel sera clausa manserit; tamdiù talis persona sit maleficiata; aut moriantur, qui in tali loco erunt, aut intrabunt vel exibunt, et huiusmodi. de quibus actũ *libr. 3.* Porro de ligaturis et ollis, res notior est, de *sera* legi apud auctorem innominatum lib. pœnitentialis à Rectore et academia Colonien si ante annos centum approbati, et excusi, *cap 70. quod est de*

impotentia coeundi: Parisijs (ait) *contigit quod quidam fortiarius virum, qui eam reliquerat impedijt, ne posset cognoscere aliam, quam legitimè superduxit. fecerat enim incantationem suam super clausam seræ, quã in puteum quendam misit, & clauem similiter in puteum altevum: & sic diabolo promouente uir ille factus est impotens cum uxore sua.* Quæritur ergo V. *liceat aperiendo clausirum, comburendo capillorum glomum, soluendo ligula nodum, uel effodiendo ollam, & exurendo quæ in illa habentur, aut similia remouendo perdendoque, maleficium destruere, & liberare maleficiatum?* Duæ de hac re sunt sententię. vna, nullius quod sciam in libris editis, in quibus nondum mihi contigit inuenire; sed noctris tẽporibus Ioann. Hessels à Louanio, *in prælectione lib. 4. sent.* docuit; nullomodo licere. hoc haut dubie pio docuit animo, & vt homines à maleficio abterreret: quàm tamen prudenter & verè, manifestum spero fore ex ijs quæ hac quæstione differentur. multi ex eius discipulis, rem non multùm discutientes, neque auctores alios curãtes, Pythagoręrum more, vt oraculum exceperunt; neque in scholis tantùm docuere, sed in concionibus adeò nonnunquam calide; vt contra sentientes damnare, & etiam pœnis Ecclesiasticis coercere, sint conati; non modicam scrupulorum carnificinam etiam pijs & bonis, injicientes. hoc ergo diligentiùs res discutienda, quàm cùm superioribus annis docerem, ideò breuiter perstrinxi, quòd tum nescirem aliquem ex doctioribus communem sententiam, quam amplectebar & amplector, improbare.

§. 1. Hessilij & discipulorum eius argumenta fuere. primò, cùm signum amouetur; sanitas exspectatur non à Deo vel sanctis, per miraculum; nec ab humana voluntate, nec à causa naturali. ergo à diabolo. Sed hoc est superstitiosum. ergo non licet amouere.

2. Qui signum tollit ea spe, vt nocumentum cesset, miscet se pacto, quod malefico cum diabolo intercedit; quia diabolus cum malefico pactus est, vt signo posito ipse noceat, signo remoto nocere desinat. ergo talis societatem quandam cum diabolo init, cui coniungitur, & communicat in pacto conuento eius.

3. amouere signum, est colere diabolum, quia est protestari, quod possit nocere quibus & quando voluerit, quasi ab alio non pendeat; item quod sit fidelis & verax. qui pactum seruet cum suis: sed diabolum honorare vel colere non licet. ergo nec amouere signum licebit.

4. Non licet declinare ad magos, vt scripturæ docent: sed qui amouet signum, declinat ad magos. ergo. Min. probatur, quia petit à maleficio vt signa tollat, vel vt sibi tollenda ostendat.

5 Qui amouet signa ostendit se maleficos & dæmonem timere: sed S. S. iubet nos solum Deum timere.

6. Non tantùm res quæ ponitur vel amouetur, est signum diaboli, sed & actio circa rem, vt positio eius ad nocendum; permanentia eius ad nocumenti perseuerantiam, amotio eius ad nocumenti cessationem: sicut non tantùm aqua est Sacramentum Christi; sed & ablutio per aquam facta. ergo sicut qui ponit signum, exercet sacramentum Diaboli, sic & qui amouet. Exercet enim vterque actionem ad eum effectum consequendum, ad quem aliter non valet, nisi ex Diaboli institutione.

7. Diabolus nunquam sponte cessabit à nocumẽto corporali, nisi vt grauiùs noceat in anima: cum sit hostis noster capitalis, semper cupiens quã maximè nocere. ideò, iuxta D. Leonem, *beneficia eius cunctis sunt nocentiora tadneri us*: ergo per cessationem nocumenti, quæ fit amoto signo, grauius infert nocumentum vel amouenti, vel maleficiato, vel vtrique.

8. si licet signa maleficij amouere, vel ad ea implorare opem malefici: igitur quoties quis maleficiũ patitur, nec aliud supereſt remedium quo adiuuetur, tenebitur procurare signi amotionem: sicut tenetur homo ægrotus licito ac possibili remedio procurare,

rare, vt sanitati restituatur: peccaret enim si sic sanitatem à Deo exspectaret, vt interim medici consilia reijceret. Atqui nemo eorum, qui sunt in contraria opinione hoc docet, videlicet hominem aliquando ad amouendum vel destruendum maleficij signũ ex conscientia obligari.

9. Si id licet, ergo illi rectè faciunt, qui maleficis ad quæstionem vocatis abradunt omnes pilos corporis, ne quo maleficij signo corpori adhærente, reddantur insensibiles, ideoque ad confessionem cogi non possint, quod tamen videtur satis manifestè superstitiosũ. Vnde Frã. à Victoria *in rele. 12. de arte magica*: si (inquit) ad expulsionem dæmonum radũt pilos aut capillos, aut aliquid eiusmodi: est magia manifesta. Nam veri sancti, qui gratiam Dei habent, nunquam vtuntur talibus ritibus aut obseruationibus.

10. Probari posse videtur ex eo, quod Dominus dicit in Euang. *hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi vi orationis & ieunio.* sensus enim est non aliter rectè ejici. ergo si quis dæmon eiusmodi intrasset in aliquem per maleficium, non liceret egressum eius procurare per signi amotionem.

11. probatur ex eo quod D. Hieronym. commemorat *in vita S. Hilarionis*; ad quem cùm adducta esset puella à dæmone obsessa, & dæmon clamaret; se inuitum in puellam ingressum fuisse, vtpote vi maleficiorum coactum: nec se posse eam relinquere, nisi priùs ablatis signis sub limine positis: veruit vir sanctus signa perquiri, & orationis virtute dæmonem expulit: *ne* (inquit Hieron.) *aut solitis incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem.* igitur, ex Hieronymi sententia, perquirere & tollere signum, vt nocumentum cesset, ad incantationem pertinet: alio quin ad miraculum diuinum non rectè confugisset Hilarion; sed remedium facile ac promptum de signis amouendis, si licitum erat, præscribere debuisset, ne Deũ tentare videretur.

12. apud Gratian. *ea si per sortiarias 33. q. 1.* vbi enumerantur legitima remedia maleficij, nulla fit mentio requirendi & destruendi signi: nec quisquam alius veterum Ecclesiæ patrum reperitur, qui de remedio hoc tanquam licito loquatur. Si respondeas esse argumentum negatiuum ab auctoritate negata. Vrgent, non esse ab auctoritate negata, sed ab auctoritate negante. quia cùm remedium tollendi signi sit facile & cuique obuium, eius maximè mentio fieri debuisset, si licitum illud concilia & patrum decreta censuissent.

13. Diabolus non est alligatus signis; potest enim nocere sine signis, & positis signis liberum illi adhuc est non nocere, vt & amotis adhuc nocere & non desinere. ergo frustrà tollũtur signa, nisi pactum maleficì & Diaboli intercederet. ergo remouens consentit in hoc pactum.

14. Diabolus non potest diutiùs nec fortiùs, nec breuiùs, nec leniùs hominem affligere, quàm & donec ei Deus permittit, qui pactis huiusmodi non astringitur: ergo absurdum est exspectare remedium ab huiusmodi remotione signi, aut curare talia diaboli pacta: sed recurrendum est ad Deum, in cuius potestate est Diabolus. His illi argumentis vtuntur, quæ verbis ipsorum retuli: ne quis suspicetur me minùs bona fide agere.

§. II. Nihilominùs sit conclusio, K *signa maleficij etiam spe cessationis morbi seu mali licet quærere & inuenta remouere & tollere.* dico, *spe cessationis*, quia fatentur opinionis contrariæ assertores, in contemptũ & deletionem Magiæ superstitionis, ipsiusq; Diaboli, licere maleficij signa tollere, destruere, atque abolere: immò sanctum id esse, si ex solo odio totius artis, & intentionis Diabolicæ id fiat: sed negant, id licere ea spe, & intentione, vt nocumentũ cesset. *Notandum primò*, quod omnes fatemur, signi ablationem nullam habere vim naturalem neque supranaturalem mali auferendi seu sanandi; sicut nec eius positio

positio vim ullam huiusmodi habuit, ad malum inferendum. sed sicut, posito signo dæmon fuit, qui nocumentum intulit; sic ablato signo, dæmon est, qui malum aufert, quia cessat nocere. cessat autem, quia sic cum mago pactus fuit; non quod pacto se ligari putet, sed quia hoc sibi iudicat expedire ad animarum perniciem. *Notandum 2.* aliud esse uti peccato alterius ad bonum, aliud cooperari peccato alterius. nam peccato alterius vti possum ad commoditatem meam; quando ille potuit peccatũ vitare, & licito mõ mihi gratificari, vt dictum de vsurario *præcedenti q.* ipsius enim malitia mihi nocere non debet. Cooperari verò peccato alterius nunquam licet, quia nũquam peccare licet; cooperor verò quotiescunque peto ab alio, id quod quod aliàs sine peccato nequit præstare. Quando ergo peto, vt maleficium maleficio, vel nouo pacto inito, tollat; cooperor peccato: quando peto vt id faciat, destruẽdo signum iam ante initi pacti, seu sine maleficio, & ipse me nolente adhibet nouum maleficium; ego illi non cooperor, sed vtor tãtum eius peccato. Est doctrina Soti, & Pet. Ledesm. & alior. mox citandorũ. *Notand. 3.* Signum tolli vel ab ipso qui posuit, vel ab alio qui non posuit. Si ab eo qui posuit; vel ille inierat duo pacta cum dæmone, vel vnum tantum. duo quidem, quando conuenerat, vt dæmon permanente signo debeat nocere; & inblato signo teneatur nõ nocere. nam hic vnum pactum fit de positione signi, alterum de ablatione. Vnum tantum fit, quando simpliciter conuenitur, vt signo permanente teneatur dæmon lædere. huius pacti vis includit, non vt sublato signo teneatur non nocere, sed vt, si velit, possit non nocere. Quando duo sunt pacta, tunc consideranda est duplex, quę potest accidere, maleficì intentio. Si maleficus cũ tollit, vult sibi seruari pactũ; illud secũdũ non licet tollere: quia hoc est confirmare illud pactũ. Si vero maleficus ex pœnitẽtia pacti iniit motus, vult pactum suum cum dæmone initum cessare; & ideo, vt rescindatur; tollit signum, quod est pacti vinculũ, & tollit nõ quatenus ablatio signi est signum secundi pacti; sed quatenus est destructio primi pacti; potest tollere, quia sic non confirmat secundũ pactũ, sed rescindit. Quod si sit alius qui tollit hic non fecit vllum pactum cum dæmone, nec potest dici cõfirmare primum maleficì pactum; quia illi non cooperatur. Sed si gnarus secundi pacti quod maleficus fecit, illud tollat, quia vult à maleficio seruari secundum pactũ; ille quantum in se est pactũ confirmat, & sic malo cooperatur, quare hoc non licet: si verò vel ignarus vel gnarus, illud tollat dũtaxat, vt maleficiũ destruat, vel vt pactũ rescindatur, sperans dæmonem libere cessaturũ à nocendo; nullo modo cooperatur pacto: non primo, quia iuxta illud non operatur: nõ secundo, quia illud nõ curat, sed vult facto suo destruere primum. Deniq; si vnicum maleficus fecit pactum; tunc tollendo signum, primum pactum destruitur, nec nouũ initur: nec ipse maleficus vllo modo cõfirmat, vel operatur ex primo: quare nec ei alius tollens cooperatur. *Notand. 4.* si scandalum sequatur, non posse tolli. quare sic ista peragenda, vt scãdali occasio iusta detur nulla.

His positis *probatur* 1. cõclusio, quia quotquot auctores excusi de hac egerunt quæstione, illi ad vnum omnes, ex quo ea quæstio discuti cœpit, in hac conclusione conueniunt: eos autẽ loqui, de eo qui spe cessationis signũ remouet, clare patet ex verbis & rationibus, quib. vtuntur. Ante tẽpora D. Thomę, & ipsi D. Th. ac D. Bonauẽturæ, & eorũ præceptoribus, puto plane certum fuisse hoc licere; & ideo de hac re nihil expresse proditũ: nisi qđ maleficia sine maleficio tolli posse cẽsuerint; quod etiã Tho. de Argentina *d. 34.* Abul. *in 19. c. D. Matth. q. 90.* & alij communiter tradiderunt. Quod vero Durand. hoc non dixerit parum refert: omisit, quia nõ habebat, quod ea in re contradiceret D. Thomæ; ad cui contradicendum, commentarios suos elucubrauit. Primus quẽ inuenio ex professo quæstionẽ discussisse, quitẽ- Anno 1290

pore D. Thomę vixit, Durando prior est Henricus Goethalzius siue Gandensis, archidiaconus Tornacensis. hic *quodlib.* 5. *q.* 33. vbi quærit, *an liceat tollere tegulam maleficij signum?* tandem resolut his verbis, *licet autem pernicioũ est operibus superstitiosis communicare, aut facere talia, qualia faciunt superstitiosi communicando operibus dæmonum: Catholicum tamen est destruere opus superstitiosum dæmonis. & in hoc ei contrariari. Et sic dico, quod licitum est maleficium deponere simpliciter, quemadmodum licitum est idolothytum in cloacam proijcere: & etiam vt curetur infirmus maleficiatus (ecce, quod sub hac spe) non credendo quod virtute illius maleficij morbus illo contingat (hoc enim credere infidelitatis esset) ve procedit prima obiectio; sed credendo contrarium, & quod fiat sola dæmonum actione, ex diuina permissione; qui non consueuerunt secundùm pactionem suã maleficiatum vexare, nisi tlante illo maleficio.* Hæc ille: sequitur, eum, more suo nõ nominans, Scotus, & ipse aliquot annis antiquior Durando, his verbis; *si per orationes Sanctorum impediatur virtus dæmonis, benè sit; si tamen Deus illas non exaudiat, tunc si scireturmaleficium & destrueretur, dæmon non fatigaret eum amplius, quia ex pacto non assistit, nisi dum durat aliquod signum. Et ex hoc patet quod tertia pars est illa quæstio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum? non enim solum licet, sed est meritorium, destruere opera diaboli: nec in hoc est alicuius infidelitas, quia destruens non acquiescit operib. malignis: sed credit dæmonem posse & velle fatigare, dum tale signum durat. & destructio talis signi imponit finem tali vexationi.* a vides à Scoto hoc meritorium censeri, quem discipuli eius ad vnum sequuntur, vt nominatim Ioan. de Bassolis ibid. q. 1. qui etiam expresse addit *meritorium esse si fiat cum intentione curandi*; & sic etiam Antonius And. in 4. d. 34. in fi. sequitur Nicol. Vorillon, *ibid.* & Nicol. de Orbellis ibid. & Guido Brianſonus, *b* & Iosephus Angles, *c* & Alph. a Castro *libr. 1. de iust. hæret. punit. c.* 15. & Pelbert. Temesuar. *Rosarij p. 4. artr. matrimonium.* 5. §. 38. Est etiam hæc sententia communis Thomistarum, vt Caietan. *tractat. 12. tom.* 2. vbi ait; *duobus modis contingit maleficiũ à maleficis solui primò per simplicem dissolutionem seu destructionem maleficij prius facti, puta dissoluendo ligaturam capillorum cum annulo ligneo &c. & hoc absque dubio licitum est, nec opus maleficij, vt maleficus est sed hominis scientis impedimentum boni proximi sui quia nulla hic euenit inuocatio dæmonis, sed sola dissolutio signi; quo durante diabolus statuerat malum alterius continuare. 2. per inuocationem dæmonum, seu aliud maleficium. & hoc procul dubio peccatum est mortale. hactenus.* vides Caietan. hoc definire, vt indubitatum. idem volunt Silueſt. *verb. maleficium q.* 7. & 8. Tabiena *verb. impedimentum* 12. *verb.* 9. Fumus *ver. maleficium num.* 2. Domin. a Soto *in* 4. *d.* 34. *qu.* 1. *ar.* 3. vbi dicit *nos posse maleficium rogare, & ab eo pecunia extorquere, vt ligaturas, quas habet sepultas, aut suspensas, aut alicubi asseruatas, illinc dimoueat; quia illud maleficium facere, virtus est: & quicumque sciret vbi sunt, posset illas inde subtrahere* &cetera idem asserit addens *meritorium id esse* Bartolomæus Ledesmius *de Sacramento matrimonij difficu.* 49. & eiusdem instituti ac nominis recentior Petrus Ledesm. *in* 3. *p. q.* 58. *ar.* 2. *d.* 2. Henric. Henriquez *lib.* 12. *de Sacramen. capitu.* 8. *numer. tertio.* Consentiunt Nominales, *vt Gabri. in* 2. *distinct. octaua quæstion.* 2. *articul.* 4. & Aureolus *in* 4. *distinc.* 34. Consentiunt etiam Summistæ vnanimiter Silueſt. Tabien. & Fumus *supra*; Angelus *in ver. superstitio.* §. 13. Rosella *ver. impedimentum verſ.* 13. Caiet. *in ver. maleficium* & Iacob. de Graffiis *in decisio aureis. c. de maleficio.* Quinetiam Fra. Cæſ. Zammarinus beneficiatus Lateranen. Ecclesiæ, *in thesauro Sacerdotali quẽ collegit secundum consuetudinem ac ritus S. Eccl. Rom. par. prima. titu. de exorcismis capitul.* 2. *quod de maleficijs*, hoc non tantum dicit licere, sed quasi necessarium & rituale præscribit, his verbis; *adiungo, quod illa ossa & penna inserta vna in alia: & multa, & quasi infinita talia, quæ in lectis inueniuntur a dæmone deportata: sicut elæ è fuit deprehensum, sunt extrahenda, & igne comburenda, dum dicitur psalmus:* Exsurgit. *Nec sequenda est illa superstitio quã vulgus ponit, de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuium currentem.* &cetera. sic ille

a *in* 4. *dist.* 34.

b *in* 4. *qu.* 13. *cont.* 3.

c *q. de arte magic. ar.* 6. *difficul* 2. *tract. in* 4. *q. de impedimen. matri. ar.* 2.

ille fol. 180. colum. 4. Consentiunt Iuristæ, non tantum qui tenẽt posse nos maleficiis in bonum finem vti; & alij, qui dicunt per superstitiosa posse tolli maleficium, quos supra citaui. sed & qui hoc reijciunt, *vt Turrecrema. in d. capitu. monet te, Navarr. in Manual. capitul.* 11. *num.* 29. & *Pet. Binsfeld. in l. eorum quæst.* 5. *Cod. de malef. & mathemat.* Inquisitores quoque Germani, *Sprenger. in malleo, & Nider. in Formicario, supra citati, & Ioan. Chappeauille Vicarius & Inquisitor Leodiens. in tracta. de casibus reseruatis.* Vnde patet hanc esse sententiam planè communem, Hispanorum, Germanorum, Italorum, Gallorum, Britannorumque; Theologorum quidem Scholasticorum omnium, Nominalium, Scotistarum, & Thomistarum; ex quibus multi Cardinales & Episcopi & Magistri Sacri Palatij fuere, ceteri dignitatibus alijs, aut eruditione saltem, & pietate conspicui. Quare cum fit incredibile, tot academiarum præcipuarum professores, in hoc dogmate ad mores pertinente, vsque ad Hesselium errasse; & hodie quoq; errare, tum in lectionibus publicis, tum in confessionibus audiendis tum in ipsa praxi quotidiana, idque errore tam periculoso: sanè non videntur carere temeritate, qui hos omnes insciti & erroris condemnare audent; & puniendos putant; quotquot, sola etiam auctoritate talium adducti, maleficij signa remouerunt. Accedit, quòd auctoritatem hanc rationes validissimæ comitantur; quibus contrariæ opinionis defensores nondum satis efficaciter responderunt.

Probatur primum hæc sententia exemplis illis superiore capite narratis B. Godoleuæ, & B. Theodori archimandritæ. & quodam quod Ill. Cardinalis ex Societate nostra Rob. Bellarmin. *in publicis prælectionibus* narrauit, cum ante multos annos Louanii sententiam illam Hesselii solidè, sed breuiter refelleret. Concionator (*verbis eius vtar*) quidam *Predicatorum: quod me puerum vidisse memini; in monte Feliciano in XL. cum vellet concionari, legi non potuit. accidit id secundò & tertiò. videns id nõ esse rem naturalem, in concione tantum sibi vocem præcludi; votum vouit Sanctæ Agneti, quæ erat loci patrona; inuenitque signum in suggestu, capillos inter se ligatos, & similia. combusit ergo illa, & vox ei restituitur. concionem postea habuit.* Quod si peccatum hoc fuisset, Deus à pio concionatore inuocatus, & voto sollicitatus eum non sanasset; neque signa illi ostendisset, quæ tollere nõ liceret. his accedat simile quòd contestatum. Anno 1589. *Genua adolescens quidam puer, ex imprudenti alpestu, ita effusè in amorem mulieris exarsit, vt diuinum excluserit: mittebantur vltro citroque munera, & furtiua littera, idque trimestri spacio. Post quod, is graui morbo afflictus decubuit. Mirum certè, quàm immundas sordes, & varias ante ora astantium euomuerit: muliebres crines, onium villos, linum bombycem, crinales acus, & sutorias, vnguiũ segmina, ossium fragmina, & ferramẽtorum, non paruo numero, vna cum sanguine. Quidam è nostris hortatur eum, ne amplius illigari se patiatur amore pestifero. Querit deinde, num quæ essent ab eo munera aut litteræ? litteras acceptas aiebat, sed deinde laceratas, nec ter non credens, admonet familiares, ut eius areulam, scrutentur, & si quid sit amatorij, tollant. Ea res cum ægro occulta voce quadã innotuisset, arcula clausum horrendis clamoribus postulat, & acceptam eadem voce admonente, iniecit in os uoraturus, nisi prohibitus fuisset: eam pulsuno supponit: ceulorum fumum amittit: admonet mater, ut doctus malo reddat clauem; eam cum quærens non inueniret, forto ablatam credidit: tunc incipit magis uehementer eiulare, nec tamen reperta in toto lectulo diligenter excusso: sui tandem cum arcula esset reserata, bina littera amatoriæ inuentæ, & igni traditæ sunt, quo facto restitutus ei sensus videndi, & clauis non sine admiratione apparuit antè oculos quærentis exposita. Meliùs interea habere cœpit & corpore & animo, & paullo post sanus omnino factus est.* Hæc Franc. Bencij nostri verbis perscripta & Romæ excusa in anni illius litteris descripta, facile videt hic unusquisq; signum maleficii litteras fuisse, quod ne tolleretur dæmonem conatum; eo que amoto & cremato, nocere desiisse. Sprengerus *p. 2. Mall. quæstio. 1. capitu. 1.* narrat historiam sequentem; *Comes quidam græcarum genere VVestrasiensis*

territorij in confinibus Argentinensis diœcesis inuenerulam simili genere præclaram duxit uxorem; quam tamen post celebratas nuptias usque ad tertium annum, carnaliter cognoscere non poterat maleficiali impedimento, ut rei probauit euentus, impeditus, anxius, & quid ageret ignorans, & sanctos Dei iugiter interpellans. Accidit, ut ad ciuitatem Metensem, ob negotiorum quorundam expeditionem applicaret; in qua, dum per uicos & plateas seruis & familia nullatus incederet, quandam mulierem: qua ante illos annos concubina sua fuerat, obuiam habuit; qua uisa, dum super maleficia sibi illata minimè cogitaret: improuisè eam blandè, ex amicitia contracta antiquitus, alloquitur; & qualiter se haberet, ut uideret, inuestigat. At illa cernens Comitis pietatem, uice uersa, de ualetudine sui corporis & status, diligenter inuestigat. quo respondenti quod bene & prospere cuncta sibi succederent, illa attonita paulisper siluit. & Comes cernens illam attonitam, amplius uerbis blandis eam aggreditur, ad collationem inuitando. At illa de statu uxoris interrogando simile responsum accepit, quod bene in omnibus se haberet. Tum illa anne pueros etiam generasset, inquisiuit. Et Comes, tres mihi (ait) sunt pueri masculi, quolibet anno unum genuit. Tum amplius illa stupefacta paululum siluit. Et Comes, rogo te, carissima, cur tam diligenter inquisitionem indicas, nec enim dubito, quin mee felicitati congratuleris. Tum illa, uere congratulor, sed maledicatur illa uetula, quæ obtulit se uelle corpus uestrum maleficiare, ut carnalem actum cum uxore uestra minimè haberetis. In cuius signum puteus, qui est in medio curiæ uestræ, continet in fundo illam, certas res maleficiales continentem; qua ea de causa ibidem posita fuit, ut quamdiu ibidem contineretur, tam diu eorum dominorum impotentia uobis adesset: sed ecce omnia uana sunt, de quibus gaudeo. &c. Nec Comes diu distulit, ad domum regressus, puteum exhauriri fecit, illam reperit, & cuncta emendando, potentiam illam perditam subitò recuperauit. Hæc ille. sufficient hæc tria exempla certissima in diuersis maleficij generibus: & quod ad tertium istud, possit quis suspicari continuas ad Dei sanctos preces, ut hæc ei rei bene gerendæ occasio fortuita offerretur, à Deo impetrasse; quamuis, quæ hominum inconsulta est calliditas, media illicita (nempe medacium) alijs licitis (aquinoca locutioni, & maleficij signi remotioni) miscuerit. Si uelis plura uide sup. libr. 3. Par. 1. q. 4. sect. 3. in princ. & sect. 5. litt. C.

Hoc probum

Hoc improbum quia mendacij.

Aliud ponit exemplum Cæsalpinus in Disquisit. de Dæmonib. c. 17. quod alibi exhibui. Sed plura Bapt. Codronchius, cuius hæc sunt verba: *Vincentius Carrarius 2. p. de medico & eius officio, meminit cuiusdam suæ sororis, quæ maleficio affecta inuentis ac crematis sagè maleficij signis ueneficis conualuit. Hieronym. Meagus scribit quandam nobilissimam uiduam ueneficio lethali ac insanabili morbo affectam; dum ageret de extrema unctione instrumentis maleficis combustis, spiritualibusque remedijs adhibitis, quasi repentè, omnibus admirantibus recepisse sanitatem. Narrat & quidam auctor de quodam presbytero: qui cum pessimè maleficio affectus, plurimis mensibus lecto decubuisset, nec innumera remedia à medicis adhibita quicquam ei profuissent, inuentis in lecto plurimis signis ueneficis, & combustis; quorum mensa luna reuoluta alia & alia diuersa instrumenta reperiebantur, quibus semper igne consumptis Dei auxilio, & Ecclesiasticorum remediorum tandem pristinam sanitatem adeptus est. Annis superioribus Franciscæ filiæ meæ, decem menses natæ, apud nutricem insigni macie est affecta, sæpe ac sæpius magna suspiria edebat; & quando defasciabatur semper plorabat, ægrèq; se ferebat defasciari præter puerorum morem, qui quamuis sint male affecti uel dolore aliquo detenti, cum fascia soluuntur quiescere, ac delectationem tum capere solent. Nulla inuenta causa præternaturali effectus, nutriceq: mutata, cum in deterius labesceret, subijt suspicio uxori meæ, quod, cum esset puella admodum uenusta, inuidentia causa, uel odio cuiusdam uetulæ ueneficio esse affecta. Quapropter ualetudinem inquirens, nonnulla ueneficij signa reperit: cicercs namque, grana coriandrorum, fenilium carbones, & ossa defunctorum quandam compactam mihi incognitam, quam fieri ab his improbis feminis ex quibusdam eum sanguine menstruo mixtis retulit quidam peritus exorcista. Præterea quasdam plumas ita quibusdam filis artificiosè inser-*

tas, ut pileo ut moris est applicari facile possent: quibus omnibus igne benedicto combustis, & adhibitis per triduum exercismis & alijs nonnullis remedijs sacris, cœpit melius se habere, & carnem assumere: ita ut curatam fore existimaremus: nihilominus transactis quidam diebus, cum esset valdè morosa, & multum ploraret, eodem lectulo denuò explorato, inuenta sunt nonnulla alia instrumenta, quibus crematis sanitati restituta ipsa est. Attamen in plenilunio mensis, cum plorabunda noctem totam insomnem duxisset, mane colore cinericeo facie affecta, & ita mutata facie ab ea quæ uesperi erat, ut esset res lacrymis magis quam admiratione digna. Explorato denuo lectulo inuenta sunt frustula duo nucis ficca, & ossis albi, nouem uel decem ossa piscium quæ erant fabricata instar pectinum quibus capita pectuntur, cum quibusdam corallinis ex arte ex nauis rebus paratis. Quib. igni traditis, mutata domo, & pluribus alijs, & maledictionibus per exorcistam peritum adhibitis auxilijs, Dei beneficio absque ullo remedio naturali conualuit. Sic ille lib. 1. de morb. ueneficc. 8. Eo lubentius verba adscripsi, quòd in ijs quædam notabilia. Primo recurrere malum, de nouo signis positis, & ideo de nouo sæpiùs ac sæpius tollendum. Secundo ignem bene dici, quo res istæ comburendæ, & simul adhiberi exorcismos. Tertiò mutatio domus, quæ valde utilis.

2. *probatur* conclusio communi praxi cunctorum ferè vbique etiam bonæ conscientiæ: & scientiæ, qui hoc modo maleficiatos sanant: & forte alius modus sanandi, uix unquam occurrit.

Ex Sprengero & Niderio quædam exempla *lib.* 3. retuli, vnum nunc addam de equo, sic mirè magico maleficio cruciato, & sola nodi solutione sanato, quod narrat, quadam epist. insignis medicus Balduinus Ronsseus, *a* his verbis: *Iam ad aliud digrediar, quod eo mulari huic uiro contigit. Is in suburbanum profectus, cerussiariam quandam tabernam prætereuntes, audit aliquot militis nomine ut sibi addictos; statuit igitur eosdem admonere debiti, atque ni persolutum curarent, in ius uocaturum minatur: excusant alij quibus ingenium hominis mite prorsus perspectum*

2. medica tam. tis. ep. 30.

esset, rogabant aliquantulum temporis concederet, atque inter hos prorupit quidam torue uultu fixis in terram oculis; qua, calcitrantem eui insidebat equum admirata, sicuti uidebatur, rogat quonam pergat, atque interim monet, ne quid nimis equo suo confideret. Subridens ille, ecquid (inquit) putas mihi incognitam equi huius indefessam uirtutem; qui ea ad decem & eo amplius milliaria citra ullam defatigationem uti consueuerim? Respondit illa, uereri tamen se, ne ferendo sit.

Virum autem subesse fabulam suspicatus, subdit equo calcaria; qui præter consuetudinem iam primùm admotum pigrior, progrediturque quidem, sed labasce entibus quodam modo, ac titubantibus pedibus. Admiratus igitur hanc subitam equi debilitatem, domum redit, equum manu pedetentim ducens, accirique iubet ex tempore Veterinarium. is cum sudore madentem uideret equum, rogat numquid defatigatus fuerit, utrum post diutinam quietem subitò excitimulatus ad cursum, & num à concitatiore cursu confestim biberit, & alia huiusmodi: quæ iumentis morborum origo esse solent: & cum nullam euidentem causam ad morbi huius generationem facere animaduerteret, rogat ut sua fidei committatur equus, pollicetur interim, se suo non defuturum officio, atque omnem moturum lapidem; ut cognito tandem morbo, eidem auxiliares adferat manus. Conceditur. Veterinarij fidei equus, atque ad eundem in stabulum deducitur, ubi equus doloris uehementia exagitatus, pedibus humum scalpens, protinus in terram demoluitur crebra trahens suspiria. Veterinarius consilij penè inops, animo uoluens quot quantisque casibus morbosis tentaretur equus, uenit illis in mentem eosdem, aut propter implicatum nodum uocari, aut quoties suo tempore lotium non reddiderunt, grauissimis subiacere periculis: experiendum igitur censuit, num quod uitium in ano aut uesica esset. manum ergo in anum ingerit, perscrutaturus num qua materia in eo contineretur, quæ huiusce modi accidentia parere posset. consueuerant namque equi quibus dorsi est aluus, & quorum anus scybalis quibusdam præcluditur, ex qualibet causa uolutari, ac sudore perfundi. &, cùm nihil tale reperisset, equi membrum genitale aut parum attrectare cœpit; quem manu eductum

vidit artissimè, atque in tricatissimè colligatum esse: tentat igitur primum nodum vngui bus dissoluere, sed frustrà. nexuum enim capita cum occulta essent, obliquisque involueris varie inter sese abdita, ferro tantum dissolui poterant. Erat autem nodus hic maleficà arte, vt suspicantur omnes, contextus ex cannabis radicibus; in hoc Gordium superans nodum, quod hic ex corni papyro plicabilis, & in omnem partem flexili connexus esset, ille etiam ex ipsa radice dura, & ad complicationem rebelli. Nodo igitur dissoluto profilijt protinùs equus, atque per totum maximo copia concreti sanguinis reiecta, conualuit quidem: uerum ita ut ad priſtinum illum suum vigorem nunquam redierit.] Arbitror hanc maleficam, intempestiua in compotatione interpellatoris molestia in bilem prorupisse, & obmurmurato carmine, per dæmonem curasse, equi membrũ sic vinciri; idque sentiente equum ita calcitrasse: mox obscænam illam prodijsse in publicum, & quæ narrata mi scuisse colloquia. Neq; hic vllum erat naturale remedium aliud, quam si nodus ille dissecaretur. sic etiam in malefício lactis furaculo, nõ aliud ferè præsentaneum occurrit, quàm si vtres coriaceos; in prata uel stabula missos, vbi armenta vaccarum degunt; deprehendas, & remoueas, dissecesque. Monet me series epistolæ illius Ronssei, vt adijciam quod ille præcedenti historiolę subiecit: *Quid* (ait) *hic commemorem vtres illes emissitios, ad anatis similitudinem ex coria consutos, quos vulgus, Lite latas nocat, quibus ad emulgendum in pratis lac è uaccis utuntur? nam quantumuis tesdè hactenùs, pro anili quadam fabula atque meris nugis æstimauerim; Neoſtadij tamen ad Lemum, quod nunc Landstrostium appellatur fortuitus quidam euentus docuit rem esse minimisquàm ueram, & in hominum perniciem excogitatam; quando sub annum ni fallor 1553. miles quidam prolè potus ex pratis in ciuitatem per Leni pontem sese uolutãtem utrem unum obuium habens, nescio quid antea stomachatus, edulio gladio medium dissecans totam plateam lacte repleuerit: adeò ut facti rumor per totam ciuitatem dispersus, omnes quotquot essent ciues rei nouitate obstupescentes ad spectaculum alliceret: atque id ita factum esse multi fide digni ciues mihi retulerit, qui suis oculis ea se uidisse testati sunt. Huc accedit, quod audiuimus Godelam quodam XuKers palam confitentem, utrem hunc emissitium à se confectum atque emissum fuisse, ac non uarò magnam lactis cupiam ad se detulisse.*] quis asseueret non licere tales vtres perdere, ne fructum vaccarum perdant armentarij? si vtrem perdere licet, cur non & nodum illum soluere? si nodum, cur non & ollam subliminarem effodere.

3. *probatur* conclusio valida ratione nulla in hac amotione illicita intercedunt: licita itaque est amotio. Antecedens probatur enumeratione omnium actuum; qui hic teperiuntur. hi actus uel sunt interni animi, vel externi verbi & operi. Animi interni actus sunt tres, primus desiderij vt sanitas reddatur & cesset nocere dæmon: & ad hunc finem; vt tollatur conuentio malefici & dæmonis de nocendo; & quia hæc pactio dependet à signo, cupere proinde ipsum signum tolli ac destrui. proximus actus est opinionis, siue credulitatis humanę, quod videlicet opinor seu credo probabiliter, cum sublatione signi pactum cessaturum, & cum pacto noxam, & sic noxa cessante sanitatem reddendam. Tertius est. spes sanationis & cessationis. Verbi externus actus, rogare maleficum vt signum tollat, & nocere per dæmonem desinat. Operis externus actus est, ipsa signa tollere et destruere. Sed omnes isti actus, siue singulos spectes, siue cunctos simul copulatos, sũliciti t, & superstitionis expertes. licita igitur, & superstitionis expers est, tota hæc amotio cũ spe tollendæ noxæ. Maior probatur, quia nihil aliud intercedit in re tota. Minor verò, *de desiderio*; quia licitum, immò & meritorium est desiderare suam & aliorum sanitatem; quare & desiderare impedimentorum ablationem, & mediorum ad id vtilium adhibitionẽ. Medium verò ad hunc finem, est malefici cessatio; ad cessationem, medium est causa aliqua cur dæmon velit à noxa inferenda cesiare: ad hanc causam auferen-

auferendam, mediũ est, infringere pactum, ex quo noceț; & quod, nisi fuisset cum malefico initum, non nocuisset. pacti istius duratio, commensurata est, dæmonis voluntate, ipsius signi durationi; quare medium destructionis pacti, est destructio seu amotio signi: atque ita, à primo ad vltimum, destructio signi, est medium necessarium sanitati recuperandę. quare sicut licitum est sanitatem desiderare: sic & licitum est signi destructionem desiderare. Probatur etiam minor, *de opinione* quia opinari cessaturum maleficium cessante pacti signo, non est illicitum nec vanum. non illicitum, quia id fidei non repugnat; nec vlla lege prohibitum est. non est vanum, quia nititur rectæ rationis coniecturis. valde enim verisimile est dæmonem tum cessaturum: primò quia ad nocendum impulsus fuit pacto, quod iam cessat. secundo, quia nihil supereſt, quur hac in re a malefico honoretur. tertiò quia si promissis steterit, maleficum arctiùs sibi deuinciet: & plures alliciet, *De spe* quoque probatur. quia hæc nihil est aliud, quam desiderium boni cum opinione euentus. quare quod meritò opinor euenturum mihi bonum, id licitè spero; si bonum sit ex rerum numero, quæ licitè desiderantur. Ex his patet de actibus externis. nam quod licet cogitare, licet loqui; & quod licet concupiscere, id licet petere. quare si possum desiderare a mago sanitatẽ, & opinari me ab illo consecuturum, possum etiam ab eodem illam potere: & quia desidero consequi modo licito, possum petere sub tali modo, vt manifestum est. Denique quo ad actum externum, res quoque aperta est. actus iste est amotio signi: sed in hac amotione nihil illicitum est, ex parte intentionis, nec ex parte petitionis, vt probatum; ergo nec ex parte executionis. Consequentia probatur, quia executio nihil addit illiciti, nec superstitioſi, quia nec ratione intentionis, nec ratione operis, quando scandalum abest, de quo non est quæstio, sed abesse præsupponitur.

Dicunt aduersarij, *vti one operis id fieri*; quia semper sit tacita quædam honoratio seu inuocatio dæmonis. Quod falsum esse, sic ostenditur. opus illud amotionis signorum: nec est dæmonis inuocatio uel honoratio ex natura rei, vt per se patet; neq; etiam ex intentione maleficium amouentis, quia non intendit hac ratione dæmonem honorare uel eum inuocare: sed intendit inuocationem per magum signo posito factam impedire: nec etiam intendit, comprobare pactum magi cum dęmone, uel quicquam operari ex illo pacto; nec dæmonem inducere ut illud pactum cum mago seruet, sed solummodò intendit pactum illud nocendi rescindere, & annihilare. neque etiam dici potest esse honoratio, uel inuocatio dęmonis ex pacto aliquo præcedente eius qui petit amoueri, quia iste nihil expresè uel tacitè cum dæmone pactus fuit, ne id quidem vt sublato signo desinat damnũ dare: neque etiam ex errore opinionis, quia non tollit idcirco quòd putet illis rebus vim ineſſe sic nocendi, sed quòd existimet quamdiu hæc posita manebunt, dæmonem, Deo permittente, nocere posse; & propter pactum cum mago initum nocere uelle, & eadem ex causa signo sublato à nocendo desistere velle; quæ omnia docet experientia esse verissima.

Dices fortè, dæmon idcirco nocere desinit, quia sic existimat se honorari. *Respondeo*, etiamsi ille putaret se honorari; quamdiũ, nec res talis est quæ natura sua honorem tribuat, nec adest vlla intentio honorandi, in eo qui remouet, parùm refert; nec propterea dici quis potest dæmonem honorare. Deinde nec verum est ideò dęmonem cessare; potiùs cessat, ut pactum cum Mago seruet, & sic eum sibi deuinciat, & alios alliciat, & alias ob causas ut dixi.

Probatur conclus. 4. Maleficus male facit ponendo. ergo benè facit tollendo. Respondent non sequi, quia etiam in tollendo est superstitio, propter tacitum pactum, quod tum iterum censetur inire cum diabolo. propterea quia tollit cum spe cessationis. Sed

contra

contra: res ipsa sine spe non includit pactum, (verbi gratia, si rusticus uel puer tollat omnino ignarus positum ad nocendum à magis, iste nullum tacitum haberet pactum, vt paret: attamen dæmon cessaret à nocendo.) nec spes ista (vt probatum) per se superstitiosa uel illicita est.

probatur 5. Licet declinare à loco, vbi positum est signum, spe euitandi malum; licet etiam uitare personas, à quibus quis metuit lædi maleficio. ergo licet etiam remouere signum cum eadem spe. Nec satisfacit solutio negãtium consequentiam; eò quòd fuga à loco noxio sit naturaliter ordinata ad euitationem mali, in quod quis incideret, si eum locum pertransiret: signi autem amotio ad hoc naturaliter nullomodo sit ordinata, nihilò magis quã signi positio ad malum. Non, inquam hoc satisfacit. quia ratiocinantur à naturali causa ad moralem. argumentũ verò procedit de eadem causa in vtroque. ideò sic confirmo argumentũ. si sciam posito veneno aliquo naturali locum esse noxium, licet mihi ab illo declinare, vt effugiam. ergo licebit etiam mihi venenum illud ab illo loco tollere, ne quem amplius lædat. Valet hæc consecutio? progredior. igitur similiter, si scio sub limine positum maleficium, ut quicumque limen illud calcauerit, moriatur; licebit mihi per aliam domus portam egredi & limen vitare: ergo licebit mihi quoque maleficium illud sub limine positum amouere. Omnino enim similes sunt hæ consecutiones. nam sicut in priore vtraque res naturaliter ad salutẽ ordinatur: sic in posteriore vtraque æquali modo moraliter ad eandem ordinatur: & sicut se habent amotio & fuga, naturalem ad causam; sic etiam se habent amotio & fuga, ad causam moralem, quale est signum. ideò si rectè argumentamur à fuga causæ naturalis ad eius amotionem, etiam rectè argumentamur à fuga causæ moralis ad eius amotionem: neq; in eodem causæ genere vllum discrimen est fugæ & amotionis. sicut enim fuga personam remouet à loco noxio, sic & amotio rem remouet ne personæ in illo loco queat nocere.

5. licet maleficos de medio tollere, ea spe & desiderio, ne hominibus amplius noceant per Diabolum, ut eius uiua instrumenta: licet ergo signa quo que maleficorum tollere, ne per diabolum illa amplius noceant, vt eius mutaet fictitia instrumẽta moralia. sicut enim tubæ, & tympana, & vexilla in bello, sunt quædam moralia instrumenta militiæ; sic huiusmodi signa sunt quædam quasi nequitiæ & malitiæ diabolicæ instrumenta, non operantia, sed eam ad operandum excitantia. Huic argumento nondum responsum est, ab ijs qui contra sentiũt. Nam quod uim argumenti & similitudinis positam putant, in ratione tantum signi; & maleficos dicant non occidi, vt signa diaboli: hoc est παραγραφον.

6. Potuit maleficus signum? quid est facturus? si tollit, secundum vos peccat: si non tollit, verè & grauius peccat; quia relinquendo manet causa damni proximorum. perplexus ergo futurus est, quem contra religionem, iustitiamue peccare necesse. *Respondent*, relinquere debere & pœnitere. nec peccaturum relinquendo. quia relinquendo non est causa nocumenti, sed eius causa fuit ponendo illud & paciscendo cum dæmone. Restare ergo illi, ut pœnitens Deum oret, reprimere dignetur Diaboli potestatem. *Contrà*: sicut peccauit causam dando, cur inciperet alius lædi; sic ad huc causam dando, cur pergat eum Diabolus lædere; & sicut positio vel ligatio fuit causa inchoati damni; sic relictio ligaminis siue non amotio, causa est continuati damni. ergo sicut tenebatur impedire, vel tollere causam ne damnum inciperet inferri, sic etiam tenetur ne illud vlteriùs proseerpat, uel diutiùs duret. Quod sanè clarissimum est in maleficio, quod effectum habet sæpiùs renascentem. verbi gratia, maleficium sterilitatis primo anno nocuit tot equis, tot vaccis &c. 2. anno iterum nocebit forte pluribus, ergo si tenebatur impedire damnum primi anni, cur non & sequentis?

tis? Confirmatur, in foro exteriore damnaretur ad omnia damna illata restituenda, quamdiù illa inferrentur & tam de damnis annorum sequentium quam primi; si diuersis actionibus ageretur de singulorum annorũ damnis. sed hoc, quia peccat contra iustitiam, & est efficax adhuc causa damni. Ergo in foro etiam interiore adhuc peccat; quia tenetur facere, quod probabile illum est posse facere probabile autem est illum tum tollere debere, ut proximi damnum impediat. quia communis hæc est sententia optimis fulta rationibus, ut ostendimus.

7. Si duo reges sic inter se paciscantur, vt columna seu turricula quapiam stante erecta, ipsi sibi mutuò auxiliũ ferant contra tertium regem aliquem si tertius iste pacti gnarus, vt illi desinant ipsum bello infestare, turriculam illam uel columnam deijciat, & demoliatur; non dicetur ille tertius proprerea consentire in illorum fœdus, neque cum ipsis; vel eorum altero; qui fortassis illum admonuisset; pactum vel societatem inire. Igitur nec maleficiatus dicendus est cum maleficio vel dæmone propterea societatem inire, quia destruit signum, quod illi depacti, vt à nocendo cesset dæmon. Nec quicquã habet verisimilitudinis quod respõdent, etiam hunc tertium cum prioribus pactum inire, quia beneficium ab illis exspectat. Nec enim vsquam vel apud Iurisconsl. vel apud Theologos, inuenias talem pacti vel societatis ineundę formulam aut genus. deinde destruendo turriculam illam, potiùs pactum prius inter duos initum soluitur, ad implero termino; sic etiam remoto signo pactum dæmonis & magi conditione sublata expirat. soluit ergo iste remouens pactum alienum, nec ipse nouum init.

8. si quis cum hoste foret pactus, vt su spensa de muro flammula candida, accurrat, & portam occupet, vrbeque potiatur: & tertius quispiam ciuium hoc resciscat: nonne tollere licebit, immò merebitur si fecerit? quis quæso illum proditoribus consentire dicat? rectè æstimantes iudicabunt, eum pacta conuenta eorum non stabiliuisse, neque approbasse, sed abominatũ ea rescidisse. Cur igitur non eadem ratione & iure, qui resciuit pactum dæmonis & malefici de olla in familiæ perniciem defossa; poterit illã tollere, & tollendo censendus erit ab eorũ pacto alienus? an cũ ille nõ cõsentiat; prohibitioni, qui illã destruit: hic cẽsendus cõsentire maleficio, qui illud destruit?

Denique vt semel finiam (tædet enim tam multas soli faces admouere) licet omnes conatus similes dæmonis impedire. si incantamentis aliquis dæmonem ad nocendum inuitaret; rectè faceret, qui murmuranti os pugno obturaret: si per scripturam & characteres id conaretur, laude dignus esset, qui dissiparet & conscinderet membranulas. cur non idem ius cõceditur in signis positis, quę similiter dæmonem ad nocendum pelliciunt; sicut ergo posśũ impedire, ne verbis vel characteribus magus consequatur effectũ à dæmone, potero etiam signi alterius destructione id ipsum perficere.

§. III. Restat respondeamus obiectionibus, quæ quod multæ sunt, & prolixæ, cogent nos etiam, quam vellemus, esse prolixiores.

Ad 1. *Respond.* non fieri sufficientẽ enumerationem partium. sanitas enim exspectatur a morali causa, nempe amotione signi. sicut in exemplo proditorum (de quo egi in probatione. 8.) liberatio nõ exspectatur a Deo, uel Sanctis, uel natura, uel proditoribus immediatè; sed à signi amotione. Sed vrgeor, saltẽ mediatè exspectatur à proditoribus; ergo & sanitas hic mediatè exspectatur à dæmone. Sed hoc est superstitiosũ quia est perinde facere ac si dicas; præsta quod promisisti pactus es amoto signo te cessaturũ. ecce amoueo: teneris cessare. *Respond.* negando minorem, & eius probationẽ. immò perinde est facere, ac si diceres: pactum tuum primum cum malefico conuentum exstinguo; signum quod nocumento inferendo præstituisti cõminuo, & perdo; non est quod noceas amplius nocere non teneris. Si pergant

gant instare, saltem exspectant media tè sanitatem à dæmone. *Respond.* exspectat, non à positiua aliqua dæmonis actione, sed à priuatione actionis eius siue à cessatione. non enim expectat, vt dæmon aliquid faciat, sed vt desinat facere. ad faciendum alliciebatur signo, sperat illo sublato, nõ allectum ampliùs, desiturum nocere: vt amoto obiecto concupiscibili, quis vt plurimùm desinit concupiscere. Effectum ergo exspectat priuatiuum; quem à dæmone nõ est illicitum exspectare. Talio qui non liceret exspectare dæmonis fugam ex obsesso, cessationem à tentatione, & similia, ad quæ piè vtimur aquæ lustralis aspersione, reliquiarum que & agni Dei gestatione. Dumtaxat ergo illicitum est, exspectare effectum priuatiuũ à dæmone, ui alicuius pacti conuenti cum dæmone: quod hic nullum est.

Ad 2. negatur antecedens; ad probationem eius dico; si maleficus vnicum fecerat pactum; tollens, miscet se destructioni illius pacti, non conseruationi. quia destruendo signum, facit ut pactum cesset. si duo fecerat pacta, non immiscet se secundo, quia non petit, ut Diabolus vi secundi pacti desinat; sed destruendo primum pactum, virtualiter (vt dici solet) etiam destruit secundum, de quo non cogitat. si vi secundi pacti vellet dæmonem cessare, valeret argumentum. *vide 3. Notabile.*

Ad 3. dico & antecedens, & probationem eius dissentire à verò. nam tollere signum, tantùm est protestari, quod Diabolus; qui Dei permissione, & non aliter, potest nocere; speretur non nociturus ampliùs, postquam causa ad nocendum alliciens (nempe signi positio) cessauerit; item quod aliquando stet pactis conuentis, non quia sit verax aut fidelis; sed quia censet hoc sibi esse vtile ad homines decipiendos. sicut solent decoctores minus debitum exsoluere, ut in grandiori summa creditoris simplicitate abutantur.

Ad 4. *Respond.* Minorem falsam esse. non enim declinat ad Magos ut magi sunt: sed ut sunt homines gnari eius rei, quæ uel adspectu uel auditu potuit resciri, & petitur ab ijs, non vt ex magica operentur arte; sed vt id faciant, quod quiuis rusticus & idiota posset facere; saltem quod ipsi, sine vllo nouo cum dæmone pacto, possunt perficere, & perficere tenentur, ad commodum proximi. Potest ergo distingui maior, scriptura enim vetat declinare ad magos, tanquam ad magos; non verò tanquam ad alios homines à quibus licitum auxilium quis exspectat.

Ad 5. *Resp.* aliter timeri Deum solum, aliter timeri creaturas. Deus solus timeri debet, ut omnipotens & auctor omnium, & quem nemo potest impedire, nec uoluntati eius potest resistere; creaturæ timentur, tanquam quæ Dei permissione nocere valent; & quia malignæ sunt etiam interdum uolunt; & sic scriptura sacra non prohibet eas timeri. dæmon verò inter omnes creaturas hoc timore maximè timendus, quia & cunctis hominibus animantibusque potentior est, & nobis maximè infestus, &, exigentibus peccatis nostris, sæpissimè permittitur a Deo nos grauiter lædere, vt constat de Iobo, maritis Saræ, Achab rege, & alijs. Nonne licet timere sicarios, latrones, calumniatores? nonne licet fugere à domo dæmonibus infesta? cur talis fugit, nisi quia dæmones timet? tolle timorem, fugam sistet.

Ad 6. Negatur antecedens. impropria enim & falsa locutio est; amotio signi est signum. non magis certè quã homicidij actio est homo. sicut enim homo erat, ante occisionem; sic signum erat ante amotionem. nec iuuat comparatio illa baptismi. nã nec ipsa aqua est Sacramentum, nec ipsa ablutio; sed Sacramentum fit, quando ad elementum, uerbum cum actione accedit. ablutio materia proxima sacramenti est, non Sacramentum. *Dicas;* saltem est aliquid Sacramenti. ergo & amotio est aliquid pacti. *Resp.* sicut ablutio non est aliquid Sacramenti, nisi abluens intendat baptizare; sic,

nisi

nisi ponens uel tollens signum, intendat ex condicto ponere, vel tollere, nunquam positio vel sublatio erunt aliquid pacti.

Ad 7. Negatur consequentia, idcirco enim desinit nocere signo sublato, non quia per hanc amotionem grauius vulnus infligit animæ tollentis: sed quia sperat uel maleficum in aliũ sortem (vt vocant) translaturum, cum nouo suo lucro; uel sic plures se sibi adiuncturum, uidentes cum promissis stare. Præterea esto hoc Diabolus speraret; sæpè spes illum fallit. & vnde compendium exspectabat, dispendiũ patitur. Denique D. Leonis illa auctoritas parum aptè adducitur. cessatio enim à nocendo beneficium non est Diaboli, sed Dei & hominis tollentis signum; sicut non est beneficium proditoris, quando ablato signo desistit à proditione peragenda; neque qui tollit vllo modo dici potest, hoc beneficium à proditore exspectare.

Ad 8. Concessa maiore, quæ verissima est; Negatur Min. omnino enim hoc volunt, quotquot nobiscum sentiunt: & quia hoc ex eorum doctrina sequebatur, ideò non dixerunt expressè. Neque enim putabant quenquam adeò moralium rerum forè rudem; ut negaret, primò ipsum maleficum qui posuit teneri, signum, quod nouit, tollere; si nequit aliter damnum impedire: sicut, qui Diabolo inuocato verbis vel scriptis necet, tenetur cessare ab hac inuocatione, non tantum quia superstitiosa est inuocatio; sed etiã quia proximo perniciosa est. Nec vllo modo puto tolerabilem esse contrariam sententiam in praxi, nec absoluendũ qui nollet cessare, vel signum tollere. sicut non est absoluendus, qui alicubi malleolos, reposuisset, incendiũ sparsuros, nisi illos velit amouere. Eadem namque ratio est. sicut malleoli efficaciter sunt nocituri ui naturali; sic etiam signa hæc æque efficaciter nocitura sunt ui morali, siue ui pacti conuenti. Neque hic quærendum qua ui damnum inferendum, sed an inferendum? & æque iniusta est illatio per vnam uim, atque per alteram. sicut malleolis inest vis ignea; sic censetur signis alligata uis siue actiuitas diaboli, multo promptior & fortior ad nocendum. Si verò teneatur maleficus tollere, quod posuit ex lege iustitiæ, tenebitur secundò alius qui positum resciuerit, id tollere, saltem ex lege charitatis.

Ad 9. Resp. id, si fiat seruatis circumstantijs, quas requisiui *supr. lib.* 5. nec superstitiosè, nec impudenter; sed sapienter & honestè fieri, à iudicibus etiam maximè timoratis. Victoria verò loquitur de expulsione dæmonis ex energumeno, quod non facit ad rẽ vt nec totum argumentum, quia depilatio illa nouo est ablatio signi, cùm pili non sint signa maleficij, sed latibula.

10. *Argum.* multis peccat primò quòd contradicit sententiæ, quam eo nituntur probare. Nam si defensores contrariç sententiæ censent; non esse licitam amotionem vllam, ut eos sentire patet; ex argumento sequitur, dumtaxat aliquam esse illicitam, nempe destinatam huiusmodi dæmonijs eijciendis; quia tales dæmones aliter eijci nequeunt. Si ergo eijci possent per amotionem, licita foret amotio. iam non ergo omnis amotio illicita foret. Sin verò dicant se non contendere Vniuersalem negationem, (Nullam amotionem signi cum spe cessationis esse illicitam:) sequitur non omnem amotionem huiusmodi esse superstitiosam; quod ceteris omnibus argumentis suis probare nitebantur. repugnat ergo hoc argumentum alijs omnibus, quia subuertit commune ceterorum fundamentum. Secundò sensus verborum Christi non est, non aliter eijci, sed non aliter rectè eijci efficaciter. Nam Apostoli non quereban tur se vlos malis medijs, quod non est credendum; sed se eijcere non potuisse. conatus enim Apostolorum non fuerat illicitus, sed fuerat irritus. & hoc scire uolebant; cur efficax nõ fuisset in hoc energumeno, quemadmodum solebat esse in ceteris. respondũ illis, id accidisse, quòd orationem & ieiunium non adhibuissent; quæ talium

lium dæmoniorum pessimorum, quorum inueterata possessio, generi expellendo necessaria ipsis erant. Tertio, dæmon non exit ad signi amotionem, nisi quando erat ingressus ad signi positionem: quod Deus nonnunquam permittit. Quando autem propter hominis peccata Deus permisit opera malefici dæmonem ingredi; tunc licebit signum tollere, non secùs ac in reliquis maleficijs. Quartò plus probat, argumentum quam opus sit; immò & illud; (si valeret) nec exorcismis ejici licitè posse; si tantum ieiunio, & oratione tales licet ejicere. Denique non potest nobis constare, an ex hoc genere sit dæmon, an ex alio: ideò, durante hoc dubio, licebit signum amouere.

Ad 11. dico exemplum illud S. Hilarionis, dumtaxat probare, quòd, qui Hilarioni sanctitate & dono miraculorum sunt similes; aut quando aliquod scandali, uel superstitionis augendæ subest periculum; debeant id facere, quod ad maiorem Dei gloriam tendit; ut est dæmonem oratione ejicere: non uerò probat quod eo periculo cessante, aut quando quis non est certus de dono miraculorum (vt hodie certi nulli sunt, in his partibus, vbi fides propagata) non liceat illi vti remedio quod ad manum est, & experientia frequenti comprobatum nouit. Metuebat autem D. Hilarion, non, ne dæmon hoc pacto solitis incantationibus recederet; sed ne populo videretur ijs recessisse: immò neque hoc simpliciter verebatur, sed alternatiuè; vel hoc, vel ne videretur ipse dictis Diaboli fidem habuisse; qui negabat aliter se expelli posse, nisi signo priùs ablato. Quod falsum erat, vt D. Hilarion ostendit, & quia sponte ingressus, sponte remanebat; nec eum cogendi vim vllam magica illa signa obtinebant.

Ad 12. Resp. vere hoc argumentum esse nullum, & ab auctoritate negata, non ab auctoritate negante. Nam si vel Hincmarus (cuius ille est Canon) vel alij patres cēsuissent, hoc remedium esse illicitum, non fuissent contenti silentio prętermittere, quod vsu sciebant frequentissimum: sed diserte prohibuissent, ut solent similia. sic enim, quia purgationes per monomachiam, per ferrum candens & similes, erant in frequenti vsu: ideò expresse illas prohibuerunt, summaque semper Ecclesiæ cura fuit, vsitatas superstitiones nominatim damnare. Interdicta uerò remedia non meminerunt amotionis: quia de remedijs Ecclesiasticis & diuinis agebāt: istud autem est merè humanum remediū, & quod ipsa ratio ac natura vnumquéq; docet. nā & bruta norunt abijcere & repellere, quæ noxia sibi nouere.

Ad 13. Respondeo Diabolum signis non esse alligatū naturaliter: sed moraliter ex hypothesi, quod vult stare pactis cōuentis. Nec verum est semper illum posse nocere sine signis magicis. sæpe enim, immò ordinarie Deus permittit illū multa facere per maleficos, & signa malefica: quæ non permittit illum immediate facere. *a* Vnde non est absurdum existimare, quod quādo Deus illum permisit, mediante signo nocere: non possit Dæmō nocere signo destructo. quia Deus tū videtur permissionem suam sic limitasse. Non tamē hinc sequitur Deum habere pactū cum dæmone, sicut nec Rex pactum haberet cum rebellibus, si ijs non resisteret cum filio suo rebellionem mouentibus. præsumptio quidem aliqua hinc in foro, ut vocant, fori nasceretur: reuera tamen pactum conuentum propterea nullum intercederet, sed permissio dumtaxat & cōniuentia probaretur.

a Victor. relect. de Magia circa fin.

Ad ult. Resp. Negatur consequentia. quia nemo scit an Deus Diabolo permiserit nocere post signum destructum; & quia possumus ex frequenti experientia colligere, uel Deum id ei non permisisse, uel saltem reliquisse eius arbitrio ut adhuc noceat, uel cesset nocere, si uelit; ideò possumus hoc experiri & signum amouere. Recurrēdum quidem ad Deū, sed nō propterea prohibita sunt remedia humana.

SECTIO

SECTIO II.

De remedijs naturalibus contra maleficia. §. 1.

MVlta de his more suo Grillādus q. 2. à nu. 3. in cuius sententia qd vitandum docebunt sequentia. Theologi quidam vim omnem adimunt naturalibus medicamentis: medici plerique magnam nimis tribuūt; & quædam memorant, vt naturalia, quæ quibusdam queant esse suspecta, mihi pronunciādum verus N. L. de multis. Nō assentior ijs qui omnem omnino efficientiam rebus corporatis in dæmones tollunt; nec ijs etiam, qui directā vllam vim naturalem in dæmones cōcedunt, vt videntur concedere Faius, Pet. Gregorius & alij: *a* sed ijs assentior, qui secundariam & indirectā tantum tribuunt, quæ sententia peritiorum medicorū & Theologorū fuit, vt *Paris. lib. de uniuers. Dionys. Cartusiani in Tob. cap. 8. Franci. Victor. relect. de Magia q. 6 Iulli lib. 2. de quinta essent. Leuini Lemnij lib. 2. de occult. nat. mirac. Francis. Valesc. ca. 28. sacr. philosoph. Bapt. Codronchi, Casalpini & aliorum mox citandorum*: nulla enim naturalis corporeæ rei vis est, quæ dæmoni possit prœualere, aut directè in illum aliquid agere; *cui nulla super terram potestas est quæ comparetur: qui factus est, ut nullum timeat.* teste sacra scriptura. *b* Sed concurrente naturali agenti causa supernaturali Deo vel Angelo; agere res corporea potest in dæmonē, eūque pellere & etiam cruciare: verum tum agens primarium & directū, est supernaturalis illa causa; secūdarium verò & indirectū est, corporeæ rei vis naturalis, illi à Deo initio creationis insita. Hoc ergo in sequētibus remedijs semper ante oculos habendum, nec eorum vis vlterius extendenda. Adscribam autem illa, ut mihi colligēti occurrent. *Lapidibus & herbis* vim aliquam tribuit canon. *dæmonium, 26. q. 7.* Et sane de multis mox subiungam. rādices varias commendat Ioseph. & in his *bauras*, sed modus euellendi, & alia quædam quæ addit suspectam rem reddunt, *lege lib. 8. antiqu. cap. 2. & lib. 7. belli Iudai. cap. 23. à Thapsia* dæmones fugari scribit apostata fidei Amatus Lusitanus *in Dioscor. lib. 4.* Plinius dæmonum ludibrijs arcendis *paoniam* cōmendat, sed *nigram lib. 25. c. 4.* Veneficia depelli *rhamni* ramo ad valuas & fenestras posito, vt fama celebre, scribit Dioscorides *lib. 1. c. 100.* confirmat Bionis exēplum, sed *lauri additis foliis*, apud Illustrium *in eius vita*. *Verbascum* valde commendat horanographus Apuleius, *lib. de virtutib. herbar. c. 71.* Ouidius, lib. 6. Fastor.

a Faius in Enchirid. Pet. Gregor. in Synt. mir. Franc. Georg. in problema.

b Iobi 41. 24.

Spinam, qua trifles pellere posset
A foribus noxas (hæc erat alba) dedit.

Molij seu *rutam agrestem* multi ad hoc cōmendant, *Homerus in Odyss. x. & ibi Didymus. Scholiast. in Platum. Aristophanis li. 25. c. 4.* Scyllam in limine ianuæ suspēsam Dioscor. laudat *lib. 2. c. 168.* pellē capitis lupini affixam villæ valuis vel lupi rostrum Plinius *li. 20. c. 9.* Alyssum in domo appensum idē *li. 13. c. 4.* Alij (apud Codronchium) plurimas alias herbas, rutam *Aristotel. Problem. 34. Dioscor. & Plin.* Hypericon, quod ideo vocant fugam dæmonum: *verbena*, quam ideo herbam sanctām veteres dixere, *Dioscor. lib. 4. c. 56.* Herbæ Paridis semen non minus XX. diebus in pondere drachmæ quotidie illitum, *Pandectarius*. Antirrhini seu Lychnis fagriæ ad collum appensio, *Matthiolus li. 4. c. 129.* Artemisia, *auctor lib. simplicium 25. c. 10.* Abrotanum, *Plinius lib. 21. c. 2.* Mythridatium, Scordites, Cētaurium, Sabina, palma Christi, Astē ratricum quæ & Bubonion, Aristolochi, tussilago; *Dioscoridi & recentioribus*, & ijsdem saluia, anethum, marrubiū, fæniculum, chamæpytis, quæ & iua, cyclaminum, allium, ruta capraria, & cupressus. Quinetiam in *humano sanguine* vis aliqua naturalis indirecta inesse potest. vt menstruata muliere agros circumeūte noxia vermina necari censuere Dardani sectatores apud Columella. & Lud. Banairolus scribit, *Ennead. mulielri. c. 2.* si menstruo cruore domus alicuius postes inungātur, dæmoniacis Magorum artibus & insidijs aditum omnem præludit: &

Universidad de Deusto Biblioteca

Histor. continuationis Surij.

apud Mich. Isselt. anno 1586. legitur, in Liuonia fuisse locũ, vbi nymbis, tonitruis ac tẽpestatib⁹ dæmonia truculẽter grassabantur, nisi in lacũ quẽdã innocuus infantulorũ cruor à rusticis infunderetur. Posterius hoc apertè Saranicum; priori aliquid physicũ inesse potest, sed indirectè agẽs. Sed nõ iniucũdũ erit si adscribam, ex Balduini Ronsæi venatione nonnulla, quæ vel carminis elegãtia, vel raritate materiæ, queant curiosum lectorem delectare; &, si naturæ genius faueat, ægrũ iuuare. *De lupo*, cecinit;

Nec rostrum virtute caret, nam munere quodam
Natura arcano depellit fascina dira;
Si priùs exuccum fuerit: mos hinc fuit olim
Antiquis villæ portis præfigere.
Quid? quod dura cutis rigida cervice retulsa
Tristia dicatur depellere fascina posse?
Restat adeps pinguis celebrem Saturnia Iuno
Quem fecit populis, dũ uincla ingalia curat,
Et linit obductos vittis hoc unguine postes,
Ante venit sponsus quàm optata ad limina sponsa:
Hinc quodam iuuenes illi, innuptæq; puellæ
Instituere lusus festos atque annua festa:
Quòd lamijs, strigibusq; feris queq; sustulit ansam
Turbandi nouiter nuptos, noxamq; ferendi,
Nomen & à facto sortita est Vnxia Iuno.
Quid referam cædes, aut quid data vulnera ferro?
Quidue cibis aliis dicã noua toxica mixta?
Dæmon homo est homini, sic nos insana libido
Exagitans, semper trahit ad genus omne malorum:
Sic Stryx diras oculos, & totos fascinat amens
Artus, ac lento consumit corpora tabo.
Horrendum facinus nimium, nil tale verentes,
Promeritosue hões violenta obtrudere morti,
Et spoliare bonis. sed magni rector olympi
Antidotos homines docuit. Nam frontis hyenæ
Noctiuaga pellem perhibent arcere verenda
Fascina si gestet quisquã, tacitusue referret:
Stercora quæ reijcit violenta & morte peremptæ,
Offaqua creduntur magicas depellere fraudes.
Et confert catuli nigri tinxisse cruore
Interiora domus, murosque obducere rubro
Incrustamento, uel fel suspendere tigni.
Lichenes tumidos celeris dromados & resecare
Conuenit, & siccos seruare cubilibus amplis.
Quod Strygibus fraudes adimant, & fascina pellant.
Atque oculus dexter mustelæ includitur auro,
Post teneris dictis aptatus, reddere tutos
Dicitur à diris Lamijs Strygibusq; ligatos.
Creditus à multis torui seruasse leonis
Pars cauda prodesse uiris, quos fascina uexant:
Fertur quod simili ui polleat vngula pardi.

Plinius lib. 20. cap. 9.

Hæc de hyena sunt superstitiosa propter conditiones requisitas licet præscribat Plinius 28. c. 8.

Idem Ronsæus *epist.* 22. conatur ostẽdere cur asini siluestris seu onagri, nec non domestici, nulla nigredine aspersi, vngula ad effascinationem faciat; idque tribuit salaci animalis eius naturæ, & ad illud maleficium restringendum censet, quo viri velut ligati ad venerem inutiles redduntur. contra hoc maleficium hyenæ neruos in vino cum thure potos præscribit Plinius *d. cap.* 8. item rubetæ osticulum in potu additum *lib.* 32. *c.* 5. & Ienopodij radicem appensam Dioscorid. *lib.* 4. *c.* 126. Q. Sammonicus Serenus, medicinæ c. 58.

Præterea si fortè premit Ilithyia atra puellos
Viuosa immulgens exsectis vbera labris:
Allia præcepit tundi sententia Vestæ,
Qui ueteri claras expressit more Togatas.

Enonymus *in Thesauro Medico cap. de solidis quibusdam* &c. docet confectionem electuarij ex argenti viui puluerib⁹ conficiendi, quod fascino aduersetur. Marbodeus Gallus *a* multa de lapidibus disserens, inter cetera, de ADAMANTE.

Et nectis lemures, & somnia uana repellit.

Thetel Iudæus *lib. de sculpturis* eandem vim tribuit *Chrysolitho* mulieris figura naturaliter formato: sed & Marbodeus, de eodem,

Esse phylacterium fixus perhibetur in auro
Contra nocturnos fortis tutela timores,
Pertusus setis si traiciatur ofelli,
Dæmonas exterret, & eos agitare putatur,
Traiectum læuo decet hunc gestare lacerto.

Quid corallium?

Vmbras dæmoniacas & Thessala monstra repellit.

Quid

a in Dotheo.

Quid gagates?

Idem dæmonibus contrarius esse putatur.
Vincit præstigias & carmina dira resoluit.

Contra maleficos omnes morbos prodesse tradunt Dioscor. *lib.* 3. *c.* 103. Plinius *lib.* 25. *cap.* 10. & Mesue ad hoc laudat oleum quoddam ex Gagate, quod *sacrum* vocant.

Quid iaspis?

Et, sicut perhibent, phantasmata noxia pellit.

Quid onyx?

Insomnes lemures, & tristia cuncta repellit.

Sic vulgò legitur, sed sensum membranæ contrarium exhibent:

In somno lemures, & tristia cuncta figurat.

Sanè maleficã eius vim ipsemet indicat Marbodeus *cap. de* Sardio, cum scribit præsente Sardio Onycem nocere non posse. de Aetite, & smaragdo, Codronchus idem probat. Georg. Vilichius, *a* de Cameleonte;

Cameleontis hepar tollum nitromantica pellit

a in Appendice.

Appensum collo. De asino,

Infantum cunas pellis uillosa defendit,
Horrificosq; metus pellit & ista simul.

In Nili flumine lapillum inueniri, qui quam primùm energumeni naribus apponitur, dæmonem extrahat, ex Thrasyllo scribit Stobæus.

Marcellus Empir. *lib. de medicina cap.* 20. potionem præscribit contra cuncta in cibo & potu sumpta maleficia; quæ ab illo peti potest; contra equorũ fascinationes quasdam suffumigationes præscribit Renat. Vegetius *lib.* 3. *Veterinaria cap.* 74. Sanè fussitibus dæmones expelli de corporibus, censuere Iudæi & Gentiles; *teste Iustino mart. cont. Tryph. & Thargum. Chal. Cant.* 4. *v.* 6. De hyperici fusitu id testatur Iullus *lib.* 2. *de quinta essent.* & Mathiolus *in Dioscor.* & factitant nostri exorcistæ teste Mengo *Flagel. dæmon. ex.* 3. 4. & 6. cetera à reliquis, qui Aesculapidarum de gẽte. nos medicinam corporum nõ profitemur. Animarum medici vtinam simus, summi illius archiatri qui viui ficat mortuos idonea instrumẽta. Theologis placuit esse quæ veri simũ, corporeas res in naturã intellectualẽ & immortalẽ, qualis est dæmonũ, nihil posse. quare cẽsent cũ Angelo, *b* lapides,

b in verb. Superstitio. 96.

herbas, particulas animantiũ, & alias medicinas directè, & proximè nihil in dæmones operari; indirectè tamen & mediatè iuuare cõtra eius conatus maleficos, eo quòd impediunt vel auferunt dispositiones illas, quibus dæmon vsus fuit; ob naturalem habitum corporis illius quem vexat, vel saltem inuitatus aut aditus ratione influxus astrorum, vt de Lunatico euangelico Origenes & Hieronymus censuere; *e* vel ratione cõplexionis atrabiliariæ, & similium causarum. consideratio illa dispositionum vel amicarum, vel odiosarum dæmoni (odiosæ fuere in his duabus Iosephi, & Tobiæ narrationibus) magis consentanea est philosophiæ, quam quod Drusus opinatur dæmonem fugatum dũtaxat ratione symboli & significationis p hepar & cor illud repræsentari. si dæmon dũtaxat vsus fuit efficacitate agentis naturalis, nec de suo addidit malitiæ aliquid artificiosa commixtione, vel industria sibi nota & hominib⁹ incognita, vel fractura & continui solutione, vel detorsione occulta; tunc posset fieri, vt totũ maleficiũ naturalibus, quæ medicorũ ars approbat, remedijs tolleretur. Sic interpretor sententiã Richardi Mediauillani, qui censet maleficium naturalibus remedijs aliquando in totum superari posse. *d* Siverò quid huiusmodi immiscuit (vt solet) remedia hæc naturalia ex parte poterunt iuuare, in totum iuuare non poterunt. ratio diuersitatis est, quia priore casu poterunt illæ dispositiones in totum tolli, quibus dæmon vtebatur: posteriore possunt ex parte tantum tolli, vel ad tempus impediri, & sic etiam actio dæmonis priore casu in totum tollitur, posteriore remittitur dumtaxat & ad tempus impeditur. Deinde dæmon, etiamsi vsus sit solis venenis naturalibus, solet nonnũquã, vt potest, vim remediorum naturaliũ debilitare, & impedire, quãdo Deus permittit: rarò etiam medici possunt conijcere quibus medijs naturalibus ille ad nocendum sit vsus: ita fit vt ratiò, immò vix vnquam maleficia naturalibus remedijs penitùs tollantur.

c Orige. in Matth. 17. tractatu 3. Hier. cap. 4

d in 2. di. 3. q. 8.

Hęc causa est, cur plerique Doctores communiter negarint morbos ex maleficio naturalibus remediis tolli; sed communiter affirment a magis alio maleficio sanari. *a* Et propter hãc dispositionum alterationem canones permittunt energumenis lapides vel herbas portare, absque incantatione vexandisque; viriũ aliquid obtineant: quod si deprehendatur, (vt constat de poeniæ radice, ruta, et musica, et cal lyonimi piscis iecinore) tum iudicandum, ijs circa superstitionem vti licere. Vide quæ de his non omnino indiligenter dicta. *lib. 2. q. 30. sect. 3. §. 2.* Sed quia post priorem editionem quędam didici in libris Hippocratidarum, ea nunc exhibebo publicæ omnium vtilitati.

a sic Alber. Mag. Tuc. c. 9. Paulus Burgẽ. in 1. Reg. 16. Vel bertus, Guilh. Pari. Angel. quos ita tam sequitur Rinaldus p. 1. Dub. 3. & Grillan. q. 2. nu. 4. & 5.

Naturalia hæc remedia vel pertinẽt ad morbi indagationem, vtrum sit maleficus nec ne? et vocatur hæc pars, *de signis seu indicijs*: vel pertinent ad morbi sanationem, & nũcupatur propriè *de remedijs*. ideò nobis de vtraque agendum.

Priorem quæ ad indicia spectat, ex parte discutiunt exorcistæ quidam, sed plenius medici. Exorcistarum indicia proponit liber sacerdotalis Sammarini; Medicorum Bapt. Codronchus.

Sammarinus *1. p. Sacerdotalis tract. de exorcismo*, sic scribit, *c. 3. De signis quibus aliquis cognoscitur esse damoniacus; Legitur, quod si quis non potest continuare esum carnis hadinæ per dies triginta, quod talis iudicatur damoniacus.* Hęreo. nam hoc indiciũ probum ad epilepticorum affectionẽ detegendam, non verò energumenorum; qui plerique epileptici non sunt. Addit: *aliqui damoniaci habent oculos terribiles; & damones eorum & corpus destruunt miserabiliter, & interficiunt, nisi citò eis subueniatur. Aliqui fingunt se esse fatuos & semper augentur. Sed discooperiuntur & cognoscũtur; Si nolũt dicere psalmum*, Miserere mei Deus, & Qui habitat. *aut Euange. Sanct. Ioann.* In principio erat verbum *& similia sancta. Est etiam magnum signum quãdo loquuntur sermonem alienum a patria sua si non fuerunt extra patriam* (clarius diceret, quem ante morbum non didicerant) *& quando persona illiterata idiote loquuntur liberaliter, et congruenter, aut etiam cantant musicaliter, aut quando dicunt aliquid, quod ipsa nunquam dicere sciuissent. Aliqui etiam damoniaci sunt muti & stupidi. Aliud quoque signũ est, quod eis superueniãt terrores: & citò recedunt. Potissimum autem cognoscitur, quis esset damoniacus: si quando leguntur exorcismi, cõturbatur: et hoc signum est præsentis Diaboli.*

Cetera signa etiam ante coniurationem seruiunt, hoc vltimum inter coniurandum, quo tempore alia quoque animaduertenda, vt idem scribit capitu. sexto. Quando sacerdos ponit manum super caput energumeni, tunc aliqui *sentiunt sub manu rem frigidissimam, tanquam glaciem. Aliquibus descendit ventus per humeros & renes, qui est frigidissimus. Aliquibus caput in immensum aggrauatur. Aliquibus cerebrum constringitur, & perforatur: sicut si gladio percuteretur. Aliquibus inflammatur caput & facies, & aliquando tota persona, ac si esset vapor ignis. Aliquibus febris immensa cum dolore capitis euenit & totum corpus extenuatur & tangitur: Sed omnia ista accidentia parum durant, quia coniuratio tollit damonis vigorem. Aliquibus constringitur guttur, adeò quod uidentur strangulari, aliquibus ad orificium stomachi mouetur quædam res ad modum pilæ, ac si essent vermes, ac formicæ, aut ranæ: quibusdam accidit vomitus magnus stomachi. Aliquibus maxima tortura in visceribus: Nonnullis uenter vehementer inflatur. Quibusdam constringitur cor, ac si intolerabiliter feriretur. Ostenditur etiam damon in aliqua corporis parte palpitando sicut pisces, aut in modum formicarum. Aliquando pertransit a capite vsque ad digitos pedum, sicut uentus, & è contra. Vltra ista signa, complura alia practicando videbis, quia diuersi damones faciunt diuersa signa.*

Quoad signa quo quis aliter dignoscitur esse maleficio læsus, hæc scribit *capite. 4. Aliqui maleficiati habent colorem faciei cedrinum, aliqui oculos constrictos, & omnia eorum membra uidentur ligata: & habent humores deficcos. Duo autem potissima signa sunt, constrictio cordis, & oris stomachalis, & quando videtur eis quod habent unum bolum super stomachum. Aliqui habent punctturas in corde, tanquam si acubus esset punctum. Aliqui uidentur sibi cor corredi. Aliqui habent magnum dolorem in corde aut venibus: & uidetur eis, quòd talia membra à canibus lacerentur. Aliquibus uidetur bolus in gutture ascendens & descendens. Quibusdam ligata est uena generationis. Aliqui habent stomachum ita dispositum, quod emittit per uomitum quicquid comedunt & bibunt* (hoc signum leuissimum est, & nullum, nisi alia accedant) *Aliquibus per uentrem discurrit uentus frigidissimus, aut tanquam flamma ignis. Aliquibus signum est ex indigestione cibi, & potissimum quando medicinæ applicatæ nihil prosunt infirmo. Aliquibus est circa collum continua pulsatio, quæ uidetur tremorem inferre.*

Verum ista & alia longè exactius collecta, & experientia comperta fuerunt a Codronchio *lib. 3 de morb. uenef. cap. 13.* docet signa hæc uel communia esse cunctis maleficiis, uel peculiaria quibusdam. Communia ducit a causa morbi, & a concomitantibus morbũ. Signa à causa tradit, ut si morbus cœperit ex intensissimo alicuius amore, vel irrationali seu iniquo in aliquem odio; si ex maledictis uel minis alicuius malefici; si instrumenta maleficij sunt inuenta, qualia nos multa commemorauimus, & refert Andr. Cæsalphin. *de inuestigat. damon. c. 22.* A concomitantibus morbum sunt paroxismi, & remedia iuuantia uel lædentia: & communia signa sunt: primò quod morbi maleficio illati ægerrimè cognoscuntur, ita vt medici in ijs hæsitent, & ambigui huc illuc animo agitentur, nec certi quidquam de illis audeant proferre. 2. quod remediis ex arte adhibitis, morbus se non remittat, sed potius exasperetur & augeatur. 3. quod more naturaliũ morborum, non crescat paulatim; sed frequẽter statim ab initio, nullis peccantibus humoribus in causa existentibus, cum grauissimis symptomatibus & doloribus se morbus prodat. 4. quod valdè inconstans sit morbus, & licet periodicorũ naturam referat, rarò tamen periodos seruet: & licet similis uideatur naturali morbis, in multis tamen discrepet. 5. multoties, licet ægrotans grauissimè doleat, in qua tamen parte doleat, nequeat referre. 6. interdum ægri suspiria (quæ luctuosa uocant) absque manifesta causa emittunt. 7. aliquib. appetitus reijcitur, aliqui cibos reuomunt & uentriculum ita male affectum habent, ut & sæpius astrictione laborẽt, vel etiam pondus in ipso quoddam, quin & rem aliquam per oesophagũ modò adscendere, modò descendere percipiant; &, si in superiorem partẽ delatum deglutire conentur, omnem operam ludant, re ipsa mox sponte defiliente. 8. in regione cordis punctorium dolorem percipiunt. adeò ut ipsum aliquando lacerari asserant. 9. In quibusdam circa collum arteriæ manifestè pulsare, & quasi tremere deprehenduntur. 10. alii sæuo coli seu renũ dolore cruciantur; vel circa uentrem inferiorem torsiones acerbissimas, et sæpè flatum quendam frigidissimum per uentrem permeantem, et citò redeuntem, uel vaporem uti flammam ignis calidissimum, simili modo illos infestantem percipiunt. 11. Quidam ad uenerem impotentes reddũtur. 12. consueuere quidam leuibus sudoribus præcipuè circa noctem corripi, quamuis tempore & aura frigidiore. 13. alii uidẽtur habere particulas corporis ueluti nexib. deligatas. 14. morbi quibus laborant ueneficio læsi, sunt ut plurimum totius corporis quædã extenuatio, & macies, & utrium imbecillitas, cum summo languore, mentis stupiditas quædam, varia melancholica deliria, diuersa febrium genera medicis multum negotii exhibentia: motus quidam cõuulsiui, unde epileptici videantur; membrorum quædã rigiditas speciem conuulsionis præ se ferens. aliquando omnes capitis partes tumefiunt; aut talem circa totum corpus lassitudinem percipiunt, ut uix ullo pacto mouere se possint. Plerumque tota cutis, sed ut plurimum

faciei, flauo seu cinereo colore suffunditur. Aliqui habent oculorum palpebras ita adstrictas, ut eas uix aperire possint. oculi sunt perlucidi & trãsparentes, sicut cercopithecorum. Nonnunquam quædam spectra vel nubeculam inspicere videntur, & nonnulli toruè intuentur.

15. cognoscuntur experimẽtis quibusdam. Nam ueneficio affecti faciem Sacerdotis uix adspicere ualent, nec oculis intentis vllo modo. album oculorum variis modis mutatur. Aegrotantes, cum instrumenta comburuntur, solent in deterius mutari uel noxam quandam recipere maiorem uel minorem, pro ratione leuioris uel sæuioris ueneficii; ita ut quandoque formidabiles clamores & mugitus cogãtur emittere: quod si nullam mutationem, uel læsionem percipiant, erit de salute ægri bene sperãdum, paruo negotio bonæ ualetudini restituendum.

Adde si fortè ueneficus ad uisendũ ægrotum accedat, statim infirmus ingenti molestia afficitur, aliquo terrore seu tremore corripitur; si sit puer, statim plorat; oculi ad fuscum colorẽ mutantur, uel alia notatu digna in ægrotis mutatio obseruatur. Denique quãdo pro curatione morbi, quædam linimenta sacra ad oculos, aures, frontem, & quasdam alias partes sacerdos adhibet; si in partibus illis fudor, uel aliqua alia mutatio appareat, signum est ueneficii.

His subdit Codronchius, non esse necesse ut omnia hæc signa in ægro inueniantur, sed sufficere si aliqua, pro diuersitate morbi, seu maleficii.

Hæc cõmunia; peculiaria uerò possessionis dæmonum maleficio inducta signa esse difficilia cognitu, quando dæmon maleficio immissus immiscet se substantiæ alicui immundæ aliunde in corpus ægri intromissæ, uel ex propriis ægri humoribus genitæ: nãquamdiu hæc substantia in aliqua corporis parte latitat; sæpè, præter illius particulæ affectum naturalem functiones lædentem, nihil aliud se manifestat. Plerisque tamen horum prauæ sunt imaginationes, præcipuè in somnis, quæ dæmonem produnt: quod tamen indicium solum non sufficit; quoniam hæc eadem sæpe melancholicis accidere consueuerunt.

Verum spiritu locum mutante quẽ prius insedit, res paullo clarius deprehenditur. primò, si tanquam animatum quid corpus res illa perambulet: ita ut obsessi sentiant sibi ueluti formicas sub cute reptantes. secundò, si partes, quas petit, quadam palpitatione commouet. tertiò, si puncturis quibusdam molestiam grauem infert. quartò, si uelut flatus a capite ad pedes descendit, & iterum a pedibus ad caput ascendens resilit. quintò, si uesicula in lingua excitetur, quæ confestim euanescat: uel plures appareant minutis granulis similes; ex quibus etiam multitudo inhabitantium spirituũ arguitur. sextò, si ad gulam dum taxat ascendens, eam tumefaciat, & siccam tussiculam excitet. septimò, si linguam petens, aut contorquens, inflat, uel impellit ad loquendum non obsessi sed dæmonis ipsius conceptus; uel si ingẽti oris hiatu linguam exerat. octauo, si in dorso sensum præbeat aquæ frigidissimæ, quasi confertim per dorsum defusæ, & iursum ac deorsum percurrentis. nonò, certiora adhuc signa sũt, quãdo alienis ægro incognitis linguis loquuntur, vel alios talia loquẽtes intelligũt; vel cùm rudes sint, de arduis, & sublimibus quæstionibus disserũt; vel renunciant occulta, aut iampridẽ oblita, futura, uel arcana conscientiæ ut peccata imaginationesue assistentium; vel eos conuicijs sine causa proscinduntaut ita furiis agitantur, ut a multis ualidis hominibus nequeant ligari uel coerceri. Quidam etiam cum a defatigatione uexationis conquiescunt, narrant se uocem quidem dæmonis intra ipsos loquentis sentire, sed sententiam uerborum percipere non posse; utpote quibus mentis functio sit quasi ligata. Alii si interrogentur, quid egerint, vel dixerint; fatentur se nihil eorum postea meminisse. Quidam censent signum esse indubitatum & inseparabile, cum ægri arcentur a diuino cultu; ita ut nullatenus aqua benedicta seipsos aspergere, neque audire, neque proferre diuina verba queant: si verò ui adigantur cæremonias Ecclesiæ peragere vel diuinis officijs, ac potissimùm sanctissimo altaris sacrificio, interesse; tũc vehementiùs longè vexantur. & ijdẽ cum mente constant, te stantur optare se quidem hæc omnia facere, & interesse, & sacrarum rerum auxilium desiderare; sed esse quiddam in ipsi quod magnopere impediat. Sunt deniq; qui propter incontinentiam dæmoni omnino parent, & ideò vexari quidem desinunt; sed ministri fiunt & patratores multorum facinorũ. Quin etiam sunt, qui sic ad desperationem aliquãdo inducuntur, vt nonnunquã sibi ipsis manum iuferant. 10. Præter mittò effectus, qui pro signis esse possunt, qui in S. S. habentur, vt cunctis notos; nempe quod aliquando ægri fiant lunatici, muti, surdi, cæci; stridеant dentibus, illidantur in terram, exarescant, discurrant nudi, se & alios lacerent, habitent in sepulcris, projiciantur in aquam vel ignem, & alias grauissimas & incurabiles affectiones perpetiantur.

11. Ad deprehendendum vtrum æger sit energumenus', solent facere sequentia: schedulam aliquam sacra Dei verba continentem, reliquias sanctorum, vel agnum cereum benedictum, uel quid aliud sacratum latẽter ægro applicant. Sacerdos capiti energumeni manum & stolam imponit, sacra profert verba: ad ea æger treme re & horrere incipit, & præ dolore multos motus inconditos edere, multaque inusitata & dicere, & facere. Si dęinon caput petierit, grauantur & punguntur acrius in capite, vel caput vna cum facie rubore & calore quodã igneo perfunditur; si oculos petijt; eos distorquet; si dorsum, conuulsiones membrorũ, antrorsum & retrorsum adducit; aliquando toro corpore rigentes & inflexibiles adeò reddit, ut nulla ui allata flecti possint; aliquãdo velut mortui corruunt, ac si laborarent: ut in epilepsiæ specie, aura quadam in caput irruente, & ad imperiũ sacerdotis eleuantur aura remeante unde discessit. Si fauces petat, adeò cõstringuntur, vt strangulari videantur. Si in partes nobiliores feratur, ut prope cor aut pulmonem, anhelationes, palpitationes ac syncopas excitat. Ad ventriculum si tendat, mouet singultus ac vomitus, vt aliquãdo cibum assumere nequeant, uel assumptum cõtinere: motum eiusdem rei ad instar paruæ pilæ circa os uentriculi, necnon rugitus & alias uoces absonas excitat, & circa præcordia torsiones vel flatus. Cognoscuntur etiam aliquando quibusdam suffitibus ex sulphure, aut alijs rebus fortis odoris (de quibus postea.) Sunt qui scribant eos odore rosarum adeò offendi, vt ne cogi quidem possint, iuxta rosarium transire. Interrogandi quoque sunt ægri, nũ illis dæmon ante obsessionem in aliqua forma se conspiciendum præbuerit? Ritenim *antequã* (ait Sammarinus) *Diabolus humana corpora ingrediatur, quasi semper, primò apparet eis in effigie alicuius hominis, qui mala morte est defunctus, aut re præsentat aliquem suum consanguineum, aut apparet illi in effigie alicuius animalis terribilis, uel horribilis. & si uidetur quod subitò dispareat, ingreditur tamen subitò in eum. & hoc vt plurimum accidit in nocte, & in locis opacis & obscuris. Aliqui etiam intrant per os & nares in modum uenti aut per modum unius maris. Aliquibus etiam dormientibus dæmones tale somnium immiserunt: quod uidelicet eis uidebatur, quod dæmon post eos curreret, qui euigilantes sunt inuenti cum talibus signis dæmoniacorum. Aliquando etiam ingrediuntur, percutiendo collum, aut alia membra eorum.* d. p. 2. de exorcism. in princip. & hæc eadẽ alijs verbis tradit Codronchius *d. loco*.

§. 3. Posteriorem partem quæ de remedijs est naturalibus ab ijs petere cogor quorum hæc professio est, medicos dico. Inter quos primo loco occurrit Codronchius, qui quædã priùs communia contra omne maleficium proponit, postea ad peculiaria quędã descendit. Principio (vt eius dicta sim ingenuatim comprehendam) docet quosdã præscribere vomitoria, balnea

linimenta, suffumigia, & similia: Sed in his facile offendi, & periculum ægris creari nisi nonnulla obseruentur, quæ exsequitur sigillatim. Nam de vomitorijs agens *libr.4. c.4.* præ ceteris commendat florum geniſtæ drachmas duas in decocto quodam sumptas vel seminis lathyris decem duodecim ue grana à putaminibus delibrata, tusaque & in ouo sorbili deuorata. Vel hellebori albi quantitatem non maiorem drachma, decoctam vsq; ad mediocritatem ferme; quæ omnia præparandi modum docet ibidem.

De balneo differit *cap.5.* & ostendit vsum eius non ratò noxium esse, nec adhibendum nisi seruatis seruandis, quæ illic exsequitur.

De suffumigatione agit *c.6.* & hanc docet non adhibendam, nisi caput & corpus ante expurgatum fuerit; & non nisi tempore matutino, quando ventriculus a cibo vacuus est, laudat sussimentum Berenices, quod Actius immundos spiritus ex quorundam sententia scribit arcere *ser.13.c.119.*

De linimentis differit *c.8.* & ea uidetur habere pro tutiore remedio, quàm suffitum, balnea, aut vomitoria. Denique *c.9.* disputat de simplicibus, ac nonnullis compositis medicamentis sua facultate ueneficium euantibus, eorumque qualitates explicat, quæ nos hac ipsa sectione iam recensuimus.

Circa hæc alexipharmaca non est contemnendum, quod And. Cæsalpinus *in Peripatetica inuestigat. dæmonum capit. vlt.* admonuit his verbis; *Quoniam quæ uehementer excedunt in qualitatibus (si igoris, caloriſque) corporis nostri sunt corruptiua, non minus quàm venena: ideò ea selegerunt medici aduersus uenefica, quæ aliquam partem haberent naturæ nostræ familiarem, qua corpora nostra tuerentur, dum uenena depellerent. Quæ huiusmodi facultatem habere comperta sunt, amuleta & alexipharmaca appellata, ut totius substantiæ proprietate id confecuta. plurima per experientiam inuenta, & longo vsu confirmata. Ex his autem ea maximè opportuna sunt censenda, quæ spirituosam & multam essant huiusmodi uim: tum quia intimius penetrant, tum quia cum spiritibus conuenient. Sic enim & permiscери, atque eos alterare possunt aut pellere.* Jin quibus verbis quædam inuolutiùs dicta. Nam non omnia alexipharmaca totius substantiæ proprietate veneficio repugnant. nec etiam credendum quæ magis spirituosa sunt, idcirco magis cũ spiritibus (hdæmonibus. nam de his loqui docent sequentia) conuenire. quod enim pellantur illis, potiùs argumento est pugnare cum spiritibus illis. Nec dæmonum ista expulsio directè fit physica operatione in ipsum spiritum agente, ut & ego iam ostendi, & de hac re disputans Bapt. Codronchius *d. li.4.c.9.* eruditè explicuit, cuius summatim hæc est sententia: pharmaca huiusmodi antidæmonica efficacitatem nonnullam habere contra maleficia & ipsos dæmones, etiã vsque ad eorum expulsionem. Sed non conuenire medicos, in reddenda modi ratione. Quatuor enim modos solere adferri. 1. etsi res sensibiles, vt fumus, herbæ &c. sua virtute nequeant vexationem à dæmone homini illatam repellere, mitiorem tamen ac leniorem posse reddere: ita vt si molestia, quæ à dæmone infertur, sit parua ac leuis, eam penitùs res exteriores queant auferre (*intellige, si noxa duntaxat à causis naturalibus, quibus solit dæmon vsus, profluxerit*) non in dæmonem, sed in dæmoniacum agendo; eo ipso quòd ex rebus illis adhibitis, opposita dispositio introducatur illi quã dæmon expetit, aut indidit. (*sic Richard. de Mediauil. quodl.3.q.8.*) 2. quòd quæcũque fiunt circa corpora obsessa, dæmones accipiunt vt facta & vergentia in ipsorum despectum ac ludibrium; maximè si sint irrisiua vel afflictiua, vt sunt flagra, item omnia fœtida & amara & similia. quare cum sint intolerantes iniuriæ, malunt fugere, & à molestia inferenda desistere. 3. quòd cum ista interdum sint signa recordatoria & pœnarum, quas luunt, memoriam ingerant, ab ijs dæmones valdè abhorrent, eaque vehementer detestantur: ideoque in fugam facilè per hæc conuertuntur. verbi gratia, sulphur cum igne

signum

signum est carceris infernalis, ruta amari cruciatus Christi: thus in igne positum repræsentat orationes ex charitate accensa nascentes. 4. modus quem iudicat magis consentaneum veritati, est; quod res huiusmodi piè ac religiosè adhibitæ, tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ, in dæmones agunt, illosque ab humanis corporibus detrudunt, & eorum effectus, eorumque opera uenefica destruunt ac remouent. Quibusdam enim rebus, 'DEVS dedit virtutem ut si piè adhibeantur, tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ, dæmonum effectus, & opera uenefica destruant ac remoueant: quibusdam enim rebus DEVS indidit uim ergastratem quandam moralem dæmones compellendi & ejiciendi, & energumenos iuuandi; quia consentaneum est iustitiæ diuinæ, pro infligenda malis spiritibus pœna, eos rerum sensibilium actioni subijcere, qua pœna, dempta pœna diuinæ uisionis, nulla queat illis acerbior contingere. Debent tamen res illæ antequam adhibeantur benedici & exorcizari. precibus enim impetratur aliquid peculiaris energiæ, ob CHRISTI Sanctorum que merita; ne quantum uelint, hi spiritus in exitu ac pulsione sua noceant obsessis. *Hactenus ex Codronchio.*

Verum à me per epistolam rogatus Federic. Iametius uir musices, poeticæ, & medicinæ laude unus hoc quo clarissimus, in quem simul Hippocrates, Homerus, Pindarus, & Orpheus renati uideantur; humanissimè, & doctissimè respondit, anno superiore M.DC.Cal. Augusti; è cuius litteris ea decerpenda duxi, quæ ad hoc institutum nostrum faciunt; quę ille longo usu tanquam comprehensa habes, & è liquidissimis Medicinæ fontibus hausta, pauciſque theorematis explicata, deprompsit.

Remediorum naturalium, quæ deleterijs & maleficijs obsistunt, duæ sunt differentiæ: alia enim manifestis qualitatibus id præstat, alia totius substantiæ proprietate, quæ neque ab elementorum qualitatibus, neque ab illorum materia, sed à seminibus adipiscitur. Eorum porro, quæ totius substantiæ qualitate (nam de manifestis qualitatibus paullo post agemus) occultos & maleficos morbos oppugnant, alia communi, alia peculiari dote uigent. Communi quidem sphragis Lemnia, Bolus Armena, Lapis Bezoar, Dictamus, Theriace, Mithridatium, & eorum eiusdem generis Alexiteria: peculiari uero, quæcumque sunt ab toto illo peculiari capite de remedijs naturalibus plenè & luculenter descripta. Quibus adde, si placet, herbam Paridis, quam nonnulli Solanum trophyllum appellant quod ex eius caule medio quatuor folia erumpant decussatim digesta. Si enim huius herbæ semen in puluerem redactum, uiginti continuos dies, drachmæ pondere ieiuno propinetur: mentis alienationem & insaniam, non solum ex morbi diuturnitate & sauitia, sed etiam ex maleficio ueneficioue contractam discutit: auctore Matthiolo Dioscoridis interprete, Baptistæ Sardo, & Conrado Gesnero qui in librum Galeni, uel (ut alij uolunt) Dioscoridis, De paratu facilibus, Antidotum ex acinis herbæ Paradisi, & alijs simplicibus medicamentis, à Methane paratam sibiq; ab eo missam commendat, aduersus omnia uenena & maleficia præsentissimam. Aristolochiam rotundam ceteris uenenis resistere: longam uerò aduersus angues & ueneficia drachmæ pondere ex uino bibi, & illini, testis est Dioscorides. Recentiores medici tradunt huius siccæ radicis suffitam domum cacodæmonas fugare, & hilares infantes reddere. Idem ferè Dioscorides asserit de uerbenacæ specie altera, quam ipsi Græci, hoc est, sacram herbam nominant. Ait enim, si aqua spargatur per triclinium, in qua sacra herba maduerit, lætiores conuiuas fieri: eamque sacram uocari, quoniam in expiationibus ad amuleta plurimum commendatur: quod à Plinio quoque refertur. Quid? quod & recentiorum plerique, uerbenacæ decoctum pestilentibus exhibent, ijsq; conferre credunt quod Dodonæus tamen improbat, existimatq; hanc technam, hoc inuentum esse dæmonis, qui falsa pro ueris, insalubria pro salutaribus, suo more supponat & obtrudat. Iam verò Hypericon, quam nonnulli fugam dæmonum appellant, emplastri modo admota, frigidos & maleficio deuinctos soluere dicitur. Pythagoras Scillam in limine ianuæ suspensam, malis medicamenti noxam

xam arcere memoriæ prodidit, teste Plinio & Dioscoride. Sanguis canis nigri parietibus illitus pellit maleficium. Idem efficit cor leporis pelli inuolutum & gestatum: & lupi dexter oculus. Quinetiam radix Bryoniæ siccata & collo appensa, & ricinus seu palma CHRISTI à maleficis & veneficis hominibus secures reddunt. Nec minùs est ad id efficax argentum viuum appensum, vel gestatum, vel pulueri subiectum. Lapis Aquilæ, quem Aetites vocant, inclusus annulo & gestatus, maleficia tollit. Beryllus & Magnes vxorem & virum inter se conciliant. Corallium item odia domestica & discidia componit, venenatis poculis vinculisque medetur, incantamenta diræque deprecationes amouet. Cuius rei testis est locupletissimus siue Orpheus, siue quis alius auctor est libelli de lapidibus, qui sub ipsius nomine circumfertur. Eodem auctore & Galactites lapis collo subnexus fascinationes prohibet: & Gagates suffitu ac nidore serpentes abigit. Quod Nicander & Nicandrum secutus Dioscorides confirmant. Hinc Marbodæo fortassis occasio data est scribendi Gagatem dæmonibus contrarium esse: quoniam Cacodæmon humani generis hostis infestus, serpens etiam in sacris litteris nuncupatur. Hæc igitur sunt quæ peculiari & occulta proprietate maleficis & occultis affectibus resistunt; quemadmodum & in manifestis morbis, poconia comitiali morbo, hirundinum vitarum cinis anginæ, calculo hircinus sanguis, colico dolori cingulum à lupi intestina compactum, vulpecula pulmonies asthmati, totius substantiæ dissidio & discordia, quam ἀντιπάθειαν nominant, aduersantur. Sed ea demum remedia vsurpanda erunt si simplex & solitarius morbus fuerit; hoc est, si cùm occulta pernicies inuaserit, prius fuerit corpus & integrè sanum. Sin verò vel intemperie vel plenitudine, quam πλησμόνην vocant; vel humoris vitio, quæ κακοχυμία dicitur, vel obstructione, vel alia causa præter naturam corpus laboret, non ante adhibenda sunt remedia, quæ totius substantiæ contraria tantæ maleficia profligant; quàm vitia illa summouerit ijs remediis, quæ manifestis qualitatibus, de quibus dictum est supra, morborum vim & acrimoniam hebetant & obtundunt: Si quidem præsentibus his malis, occulta medicamentorum facultates, quasi sepulta singuntur & hebescunt: præclusisque & impeditis vijs, quibus iter est ad affectam sedem, eò non possunt integris viribus peruenire. Quapropter hæc mala statim per initia tollenda sunt, neglectisque propemodùm maleficijs proprijs indicationibus vnicuique illorum conuenientibus remedijs medicandum. Ac intemperiem quidem curabimus calidam refrigerantibus, frigidam calfacientibus; humidam siccantibus, siccam humectantibus: seruata semper contrariorum lege: sicut in libris methodi medendi præceptum est. Obstructionem verò expediemus detergentibus, incidentibus, & tenuantibus medicamentis: Humoris vitiosi exuperantiam per purgationem vacuabimus. Quod si plenitudinis signa apparuerint, nec quicquã eorum repugnet, quæ sunt in vena sectione obseruanda: sanguinem etiam per initia mittemus; nisi veneni suspicio adsit. Tunc enim non ipso statim initio vena secanda erit (alioquin venenum in venas traheretur, à quibus omni studio arceri atque excludi debet) sed post vomitus, & deiectiones, atque vbi nihil ipsius veneni in ventriculo & intestinis reliquum esse coniecerimus. Præterea recollendis noxis humoribus, quos dæmon vel maleficus homo in principes partes traduxerit; conuenient clysteres acres, & sudores prolecti balneis, affuarijs, guaiacina ebeni, Sarcæ Parillæ, vel Chinæ decocto. Denique si fractura vel luxatione instrumentorum structura permutata fuerit: fracta vel luxata pars quàm primùm erit in naturale sui formam, sedemque propriam reducenda. His ita constitutis, & vt vnius cuiusque status conditioque feret, accommodatis: tum demum erit ad occultarum proprietatum opem confugiendum. Hæc habui (Vir clar.) quæ de remedijs naturalibus, quo modo mihi per meæ occupatissimæ tempora licuit, dissererem; quæ si via & ratione stabilita confirmataque fuerint, non mediocriter conferent ad integram perfectamque cuiusuis maleficij curationem. Hæc ex doctissim. viri epistola instituto nostro commodissima nolui lectoribus non communicare; quibus hoc, qualecumque opus nostrum, quam vtilissimum esse magnoperè desidero.

Porro quod illis addam non habeo quæ ad amussim tam dedolata & exasciata. Adscribam dumtaxat de frequentissimo quentissimo nostris temporibus maleficio paucula, ex eo quem paullò priùs laudaui Codronchio; qui de curatione sterilitatis & impotentiæ agens, præmittit quoddam spirituale & sacrum remedium: deinde subdit physica nonnulla. Prius ex Arabum scola desumptum, sed pium ac Christianum. Nempe quod Isaac Arabs consuluit, ut coniuges peracta peccatorum suorum confessione, sacratissimum CHRISTI Corpus, diebus solemnioribus potissimùm sumant reuerenter, & postea osculentur inuicem in osculo pacis, & sacerdos illis benedicat; & postquam exemplo Tobiæ triduò sese à uenere abstinuerint, debitum coniugale persoluant. Quod si occulto DEI iudicio, vel aliqua coniugum culpa, ueneficium non soluatur; orationibus sedulis, ieiunijs, aliisque operibus piis uacare debent, ad missam sæpiùs confugiant, peregrinentur ac sanctissimæ Virginis, uel aliquorum sanctorum limina uisitet, frequenterque peccata sacerdoti confiteantur, ac sacra uescantur Eucharistia, & exorcismis ab Ecclesia huic rei peculiariter dicatis religiosè utantur. Quoad naturalia prorsus remedia, sciendum scribit; si aliqua manifesta qualitas in maleficio appareat, pharmacis aduersus eam efficacibus, & benedictione munitis tutò ac utiliter uti posse. *Ideo* (inquit) *Cleopatra prodidit fel corui cum oleo sesamino mixtum, si ex eo vnius sui corpus liniatur, ligatos iuuare. Isaac* scribit, *quod si coniuges fel Thargarini piscis secum habuerint in partopside in niperi & antequàm somnum capiant, eo super carbone posito fumigentur, omnia uenificia euanescere. Nicola. Florentinus* laudat theriacam cum succo hyperici exhibitam, & hypericon ad formam emplastri rebus appositum. *Ioannes de Vigo* ait quod picus auis assata vel elixata habet virtutem soluendi maleficiatos. Alij cum Plinio uolunt abrotonum oleo illitum, & cum uino sumptum non parum prodesse. Denique generalia remedia hic prosunt quoque fere omnia, quibus ego omnibus illud Isaaci Christianum monitum semper præmittendum censeo. Nam quanta si tuis, & vtilitas remediorum Ecclesiasticorũ sequens sectio demonstrabit.

Morale remedium uideatur, quod Dionysius musicus AEgyptius prodiderat, Magiæ in rudes & malè moratos uim esse aliquam, in philosophiæ studiosos nullam. Sed hoc refellit Origenes *libr. 6. contra Celsum*. nam (ut scribit Macragenes) Apollonii Thianæi magicis præstigijs & ludibrijs multi philosophiorum capti fuere, etiam ex nobilioribus, & inter hoc Ophitarum parens Euphranes.

SECTIO III.

De remedijs supranaturalibus, diuinis seu Ecclesiasticis.

HAec sola carent omni peccato & à Christo, uel Apostolis eorumque successoribus fuere instituta: his antè omnia ut utantur homines, docendi monendique sunt. Hæc animæ prosunt semper, corpori nunquam nocent; sæpenumerò à morbis & alijs maleficiorum noxis liberant, aut præseruant. Hæc sapientiores medici & Catholicè sentientes approbant ut Ioan. Fernel. *lib. 2 de Abdit.* & Cornel. Gemma *in Cosmocrit.* Bapt. Condronchius *li. de morb. venefic.* And. Cæsalpinus *Disquis. de nat. dæmon.* & alij. Nec rarò cogitur dæmon à Deo, mendaci ex ore ueritatem promere, & ablegare homines, ad hæc Ecclesiastica remedia, quibus ipse vapulet. *In vallo quadam Cisalpinæ diœcesis Nouariensis destituebatur puella sensibus, sed & vmbrarum spectris, quas sibi videre videbatur, reddebatur attonita, ac similis stupenti: uersabatur in ultimis finibus huius, de qua loquimur, uallis; mulier uenatrix & saga, quæ carminibus profitebatur sanare, qua apud alios insanabilia essent. Magni ad eam ebeuis hominum consilij gratia & auxilij; & quanquam reclamarent nostri & scelus esse arderent, tamen illis abeuntibus adolescentulæ genitrix, affectu materno filiam mittit, consultique mulierculam de umbris, & remedium petit laboranti. Tum maga, adducite puellam ad illos (homines Societatis intelligebat)*

Universidad de Deusto Biblioteca

telligebat) qui nuper apud vos versabatur: ab ijs petite opem. paret mater, filiam adducit iti nere octo millium, idem exponit, ac responsum venefica: vtranque peccatorum confessione, sacro se corpore Christi comminire præcipiũt nostri: quo facto melius habuit adolescẽtula.] Bẽ eius litteris Prouinc. Mediol. Anni 1591.

a *ad Ephe. 6. v. 16.*
b *1. Thess. 5. v. 8.*
c *in Epito. Formicar. cap. 4.*

PRIMVM est remediũ in hoc genere *Vera & viua fides*, hoc est caritate Dei & proximi vallata, hoc scutũ nobis præfert & præbet D. Paullus ad Ephesios scribens, *a* hanc loricã vt Thessalonicenses induant vrget; *b* hãc discipulis suis commẽdat magnus ille Antonius; Magna, *inquit*, dilectissimi aduersus dæmonem arma sunt, *vita sincera & intemerata in Deum fides*. Ioan. Nideri*° e* ex Petri cuiusdã dictis quinque remedia, vt efficacissima laudat. 1. *habere fidem integrã & Dei præcepta in charitate seruare.* 2. *se signo crucis & oratione munire.* 3. *ritus & ceremonias Ecclesiæ colere.* 4. *publicam iustitiam bene exsequi.* 5. *Christi passionem verbo vel memoria ruminare.* de alijs postea dicendum. de primo, cõfirmat exemplo huiusmodi: *Cum (inquit) quidam maleficus, mã innocaret, ut quẽdam suimicum suum uita priuaret, aut in corpore laederem grauiter, fulminis ictu, aut alio modo: uocaui ego magistrulum: id est dæmonem; qui mihi respondit, quod neutrum facere posset: Habet, inquit, fidem bonam, & diligenter se signo crucis munit, ideirco non in corpore, sed in undecima parte fructuum suorum in campo, si libet, et nocere possum.* Sic Cipriano Mago dæmon respondit, *se Christi fide munitis nocere non posse.* d In B. Ambrosiũ Iustina Aug. quendam maleficum nomine Innocentium immisit, hic postea palãm fassus, delegasse se dæmones qui. Ambrosium interficerent, sed ne ad fores quidẽ domus, vbi manebat Episcopus, accedere potuisse, eò quòd ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, à quo adhuc remoti vrerentur. Atque ita victas artes suas, quibus cõtra sanctum Dei Sacerdotem se aliquid efficere posse arbitrabatur. *Lege Paulinum in uita D. Ambrosij.* alia refert ad hoc probandum Thomas Bosius *li. 15. de Eccles. Notis c. 1. vers. 5.* Sed sunt apud Patres alia magis accommodata. Narrat Cassianus, duos philosophos magicis præstigijs & circumuẽtione dæmonum conatos D. Antoniũ perturbare; sed cùm irrito labore nihil penitùs prævalerent: *eo profecerunt*, ait, *tales tantaque eorum insidiæ, tanta magica arte quæsita, vt per hæc euidentissimè cõprobarent, magnam professioni Christianorũ inesse uirtutem; quibus illa tam saua tamq; potentes umbræ; quas existimabant solem lunamque, si ad eas directa fuissent, obducere potuisse; hunc non solùm nihil ladere, sed ne ad punctum quidem, de monasterio suo uacuerint * perturbare.* Epiphanius *in hæresi Ebionæorum quæ est 30.* scribit conat* magorum, vt feminam quandã Christianam in amorem pellicerent; & tandem quo pacto per crucis signum, & Christi fidẽ superarit mulier: & claudit narrationem hoc epiphonemate; *quod non ualuit incantantis uis, ubi erat nomen Christi & signaculum crucis.* Confirmat experientia, fide Christiana in Indiam, inuecta, dæmonũ præstigia, spectra, oracula vel planè, vel magna ex parte vbique sublata. Et quid Indiã memoro? proxima nobis Frisia est, scribit de illa Cornel. Kempẽsis *lib. 3. de orig. & situ Frisiæ, c. 31.* Circa tẽpora Lotharij Imp. *erant passim in Frisia multa laruarum infernalium spectra; qua, in parua quadam supereminentis collis supercilio, subterraneum habebant specum, absque humana ope artificio præstigioso exstructum, in quo residebant quas antiqui uocabant, Albas Nymphas, siue uulgari gentis sermone* Vuitte Vuyvven. *harum speciem adumbratã, non ueram fuisse constat: qua solebant noctumos uiatores, gregumque & armentorum intentos exculijs, & puerperas cum infantibus sæpissimè in abdita sua, & subterranea antra clanculum adducere; in quibus subinde subterranea murmuris sonus, atque etiam uagitus infantium auditi sunt, & præterea etiã ingens fletus & gemitus hominum, & quandoque Musarum concentus & uoces dubia aure colligebantur. Qua de causa magna fiebat custodia prægnantium mulierum, & parturientium infantium, ne ab istis Nymphis infernalibus clãm abriperentur. Quæ omnes dæmonum illusiones, post agnitum syncerum Dei Euangelium (erant enim tum Frisij Sabellij & Arij erroribus dementati) euanuerunt,*

Nũ legend. proturbare.

d *Nazian. orat. in Cypri.*

uerunt, & in nihilum redacta sunt. Scripsit enim S. Gdulphus contra eiusmodi illusiones dæmonum chartam de S. Trinitate, quam per Ecclesias & Parochias Frisiæ sacerdotibus misit, vt in populo frequenter publicè legeretur chartæ exemplar, quod est Catholicæ fidei quædam explicata professio, mox subdit idem Cornelius. *De mandatorum Dei obseruantia & vitæ innocentia*, quàm sint efficax remedium docere possunt D. Cyprianus ad Fortunatum, *de exhortatione Martyrij*, Lactantius *libro secundo, capitulo 16.* & Ambrosius Ansbertus *libro quinto, in Apocal. 11.*

SECVNDVM, est *legitimus in Ecclesia Catholica Sacramentorum vsus*; Vt pro nondum initiatis *baptismus*. Nam docet experientia, eos quos cõstat nondum baptizatos à maleficijs liberari, per baptismum absolutè collatum; eos quos probabiliter putamus non baptizatos, per baptismum sub conditione idem consequi. dixi probabiliter putamus nõ baptizatos: nam ex leuibus coniecturis id putare non sufficit, ne ad conditionale quidem lauacrum, *a* verbi gratia, tantũ quia quis noctu somnijs ambulat, vel maleficiatus est; hæc enim etiam baptizatis contingunt.

a *Vide Soto in 4. di. 1. a. 9.*

De baptismo, docet Ecclesiastica historia; Tyridatem Armeniæ regem, cùm Christianos Diocletiani tempore varijs cladibus & damnis affecisset, & Gregorium quidem in lacum luto & altitudine molestissimum fame enecandum misisset; Ripsimen verò virginem, recusantem illi obsequi, & socias eius Sanctimoniales plurimas, crudelissimè necari iussisset; mox Dei vindictam consequutam inuasit enim eum insania, qua planè dæmoniacè furebat, & mutata corporis figura in porcum, mentis emotæ, dentibus suas absumebat carnes. ceteri quoque; qui eius facta approbarant, milites, magistratus & alij; in furorem redacti similia designabant, & ipsi in sues conuersi, vt vult Nicephorus, vel mente tantùm ab alienati, vt censet Metaphrastes: tandem baptismi lauacro abluti corporis formam, & animæ mentisque sanitatem receperunt, ipso illos baptizante, & hortante ad pœnitentiam Diuo Gregorio Martyre; non quidem illo Thaumaturgo, vt putat Scholiastes Nicephori; sed alio, vt docet Metaphrastes. Neque hoc malum vlla arte magica (vt eruditus vir censuit) fuerat illatum, sed Deo vindictam per angelos malos exsequente: vnde patet, cum ea vis fuerit baptismi, in dæmones maleficiorum auctores; maiorem in ipsos maleficos & eorum opera futuram. Non est dissimilis narratio, Ioannis Villanei apud Thomam Bosium; b *Anno* (inquit) 1298. *Rex Tartarorum Cassanus, quem vocant alio nomine Magnum Cham, cum ducentis equitum millibus Syriam cœpit, & finitimas regiones: omnibus itaque formidandus, petijt sibi vxorem filiam Regis Armeniæ, quod audisset esse pulcherrimam. Rex Christianus, tanti Regis viribus exterritus, dedit. Illa post aliquod tempus à viro suo Cassano edidit in lucem partum tanta deformitatis, vt rex maritus nullo modo illum veluti suum voluerit agnoscere; quid monstrum videretur. Vocat ad consilium primarios: de ipsorum sententia vxorem velut adulteram, partum veluti ex adulterio susceptum, vltimo supplicio adiudicat. Innocens mulier infelicitatem suam deplorans, ad preces confugit: ignara consilij, petijt vt sibi liceret baptizare, quem peperat, data illi facultas: ita tamen, vt adessent baptismo aliqui spectata fidei viri una cum rege, ne qua fraus fieret. Mirare, vbi baptizatus est puer, adeò uenustus ac formosus apparuit: vt Rex, tanta ve permotus, cum plurimis, nomen Deo dederit, & maximum Christiana rei factum fuerit incrementum*, fusius idem narrat D. Antoninus *p. 2. hist. tit. 20. cap. 8. §. 9.*

b *Villaneus lib. 8. ca. 35. Bosius lib. 1. de Notis Eccle. c. 16.*

Veniamus ad recentiores narrationes æquè certas. Pet. Chieza de Leon *p. 1. Histor. Peruana cap. 118.* miraculi plenam de spectris victoriam huic Sacramento à Deo tributam describit, ex quo fideliter narrabo. Prope Anzermam, loco, cui nomen Pirsa, imperabat regulus cui frater florenti ætate erat, quẽ nominabant Tamracungam: Iuuenis hic mirè baptismum sitiebat ea

ea causa Christianos adire cupiebat; sed miris eum visis dæmones perterrefaciebant. Offerebant se soli videndos olidarum auium specie, quas Auros, nuncupant. cernens iuuenis dæmones sæuire, accersiri Christianum in vicinia degentem iubet. venit ille non segniter, & intellecta reguli voluntate, crucis signum fronti eius impressit. hoc magis irritari hostes illi, & sæuiori specie se inferre videbat solus Indus; Christianus nihil nisi saxa cadentia, & dæmonum sibila sentiebat. Aduenit tum commodè eo loci Pachecus quidã Hispanus, & se socium addidit Christiano alteri in discrimen. His cernentibus Tamaracunga trepidabat vehementius, & exalbescebat metu, quin & per aerẽ raptabatur: id omnes videbant, & ipsum quidem querentem gementemque, illos vlulantes sibilantesq; excipiebant auribus. Semel cũ Indus poculum vino plenum manu teneret; en tibi vas in aera efferri, & vino vacuum reddi; mox vinum in illud exalto refundi; & formidine plenum Indum veste vultum faciemque cooperire, ne horrenda illa spectra in oculos incurrant. Sic tecto faciem, non remotis vestibus, nihilominus cretã in os ingerebant, vt obstructo spiritu fauces præfocarent. Tandem Christiani, qui continuè interea Deũ orarant, statuere in vrbem Anzermam eum deducere, vt ibi salutari lauacro tingeretur. Dedere se comites viæ plures trecentis Indi, sed adeò pauidi, vt ad Principem baptizandum propius accedere non auderent. Venere simul omnes ad iter impeditũ & præfractum; ibi hostes humani generis nitebantur abripere in aerem, vt præcipitarent; sed ille valida voce Christianos orabat, vti suppetias venirẽt. accurrere, & in mediũ agmen suum, recedẽtibus metu Indis, recepere, & cingentes eum funibus, funes cingulis suis alligauere; atque ita medium stipantes simul incedebãt, manu tres cruces præferentes, nunquã intermissis pro liberatione & salute miseri fẽcibus. Ne sic quidem omni molestia liberi processere. Sæpe illum terræ adfixere hostes; & in viæ cuiusdam accliui ascensu, vix manibus eleuare in aera volentiũ & necare nitentium extorserunt. Vt vẽrum Anzermam, in Pachieci domum; Christiani, quotquot in oppido, cõuenere; ibi omnes cernere crebro grandine de tecto lapides deijci, & audire sibilantes, clamãtesque dæmones, solemne illud quo soliti Indi Martẽ lacessere; HV, HV, HV, ferociter, & crebrò celerrimè ingeminatũ. Mortem dæmones intentabant, nisi voluntatem baptismi abijceret: contra Christiani Deũ obsecrabant, ne dæmones permitteret erepta corporis vita Indo animæ vitã impedire. Gliscente deinde saxeo imbre, templum petiere. Ibi, quia straminneum erat, Eucharistia non asseruabatur. Aiebant nonnulli, se ante ingressum nescio quos inambulãtes audiuisse. Vbi templum apertum, & cũ Indo ingressi ceteri, cernebat Indus dæmones terribili specie, sed capite deorsum terram spectantes, pedibus surrectis cumque Frater Ioãnes ordinis Beatæ Mariæ, pararet eum baptizare, non visi vlli Christianorum dæmones, in omnium oculis, Indum eripiunt, sustollunt in altum, & capite deorsum, vt ipsi erant, statuũt. Christiani tum fide freti, alta voce, IESV CHRISTE ADIVVA NOS inclamantes Indum extorquent tetẽtantib⁹, & iniecta collo eius sacra stola aqua lustrali aspergunt. attamen adhuc in templo sibila, fremitusque audiebantur; Tamaracunga dæmones cernebat, & alapis frequentibus cædebatur, adeò vt & pileum quem obtendebat oculis, ei excusserint; in & facié ab ijs conspuebatur saliua fœtida Hæc nocte accidere. Orto mane monachus sacris vestib. induitur, vt incruentũ offerat Sacrificiũ. Vix missam inchoarat, cessarunt sibila, fremitus, vlulatus, strepitus, defijt Indus vexari. Peracto Sacrificio, Tamaracũga cũ vxore & liberis baptismũ flagitat; quo percepto, fide robustior & audacior factus; se iam Christianũ asserit, experiri velle, qd hostes possent.

Solum

Solum sinerent periculum facere. solum non ausi aggredi. lætus ter quaterue per templum obambulans clamabat, gaudium non capiens, *Christianus sum, Christianus sum.* vt vidit se immunem, & victorem, domum redijt: nec quicquam ampliùs molestiarum sensit. Tanta vis baptismi fuit.

In Bungo anno 1596. erat femina gentilis a dæmone obsessa huic indicatum est à dæmone liberari non posse, nisi fiat Christiana: cum illa annueret, & iam se ad baptismum compararet, nocte insequenti dæmon ei dissuasit, ne fieret Christiana, dicens: hactenus tanta familiaritate, tanto tempore mihi es coniuncta, & nunc me deseris? nõ abibis profecto inulta. dormienti itaq; nec sentienti, abscidit capillos, vno tantum capillorũ flocco relicto. Illa verò cùm summo mane deprehenderet ademptum capillum, & arandini lecto opposita implexum; ealcar ea fraude sibi additum putauit, vt ei tius adularet ad baptismi antidotum: quod & factum est: atq; eo suscepto manssit ab omnibus dæmonis molestijs immunis. sic P. Lud. Frois in litt. Iapon. illius anni. Ex eodem sunt sequentia.

In Ciaxurana insula gentili adolescentulo octodecim annorum se crebrò visendum offerebat canis ingens, horribilis, & rufus: qui eum alloquebatur, & per montes in loca abditissima deducebat, detinens eũ ibi biduũ, vel triduũ, atque impellens, vt se manibus sublatis adoraret, aliaque scriptione indigna faceret. Adolescens miser, videns se tantas molestias à capitali humani generis hoste perpeti, tandem profugium habuit ad Ecclesiam, doctrinã CHRISTIANAM audiuit & didicit, baptismi Sacramento CHRISTO deinceps, ac de cætero nunquam a Tartareo illo cane diuexatus.

Bungi circa annum 1549. *quidam anicula habebat dæmoni familiarem. Nam dæmon ad eam accedens vulpis figura singulis noctibus domo educebat. verum per baptismum suscepta fide, ab hoc spectro liberata est. Litteræ Iaponicæ illius temporis.* Tantum dæmoni detrahitur veræ fidei susceptione. cui rei firmandæ adijciam ex Rhenanæ prouinciæ gestis aliud.

Anno 1583. *Herbipoli ædes erant cuidam parocho non procul ab vrbe, sine malo dæmone, siue præstigijs infesta. Narrabat ipse parochus domesticiq; propinqui, quidquid erat in ædibus magno impetu ad terram adfligi, ardentes præterea faces, easq; plurimas in conclaui, quo nulla aspirabat aura, conclusa, anhelitu vno restingui; lectos cubantibus, puluinos cernicibus vi summa subtrahi; plerisque domesticorum sic præclusi fauces, vt præfocari viderentur: denique multa & ad spectu & auditu tetra in ea domo fieri solita. Parochus tristis, consilijq; inops nostros adijt, commemoratisq; quas pateretur iniurijs, Sacerdotem aliquẽ cuius præsidio tueri se posset, à Rectore popposcit. Datum est vni negotium, qui cũ ieunus sub vesperam eo se contulisset; vix intra limen pedem intulerat, cũ ea ipsa quæ audiuerat intuetur, ipso cũ comite inspectante parieti est impacta scutella, tãta vi, tantoq; impetu iaculãtis, vt eos qui aderant metu propemodum examinarit. Pater omnes bono animo esse iussit, hortatusq; parochum, vt ad expiãdã domũ animũ se compararet: ipse superpelliceo stolaq; indutus in superiore ædium parte, vbi plerumq; tumultuari assuerat dæmon, ascendit. Hic usitatis Ecclesiæ religionibus ad dæmones fugandos adhibitis, cum responsum daretur nullum, nemoq; Sacerdotis voce prouocatus adesset: redit ad exhortandos domesticos, præcipuoq; ad hæresim abijciendam, expiandaq; confessione peccata: tum lustratis vitè sedibus, ad collegium non sine magno animorum fructu reuertitur. conflat enim multos ab hæresi vellitutos Ecclesiæ, & ædes illas omni superiori molestia, vt testatus est postea parochus, liberatas.* fuit eodem tempore Monachij in Bauaria quidã adolescens Iudæus, XXII. natus annos, communi omnium gratulatione in ipsã Gymnasij aula baptizatus. *huic miras sæpe dæmon instruxit insidias & quò magis vrgebat ille baptismum, eò hic impugnabat vehementius: nudum penè de nocte eiecit ex ædibus, interdum etiam fauces illi premere, nonnunquam eũ visis speciebus terrere, vt de mente illa deijceret, consuescit. Vultus dæmonis adeò fœdi, vt negaret adolescens parem sibi vllum videri ijs imaginibus eruentatum. Pridie eius diei, quo baptismate lustrandus erat. quoniam eo demũ die de victoria dæmonis agebatur, multò eum ne hemètius inuadus hostis exercuit; ita vt is ne à pluribus quidem contineri loco posset. Vt autem ei baptismatis Christi membrum effectus est, continuò fractus & debilitatus dæmon fuit.*

Non

Non dissimilis vis est *Confirmationis*. testatur enim Lactantius gentilium sacra litare non potuisse, si assisteret Christian⁹ aliquis sacro chrismate delibutus; & sic huius virtute Sacramenti dæmones fugari solitos, ne possent in visceribus hostiarū futura depingere, vel cōsulti responsa reddere a Et narrat Prudentius ipsi apostatæ Iuliano id accidisse, & omnes magicas ei⁹ artes, sic irritas factas, vnius Bataui speculatoris Chrismate signati præsentia:

a li. 4. diu. inst. c. 27.

Principibus tamen è cunctis nō defuit vnus
Me puero, ut memini. & postea
Fortè litās Hecatē placabat sanguine multo,
Cùm subitò exclamat, media inter sacra, sacerdos
Pallidus. en quid ago? maius, rex optime, maius,
Nescio quod Numen, nostris interuenit aris.
Aecitas video longè dispergier vmbras.
Territa Persephone uertit uestigia retrò,
Exitinctis facibus, fracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
Carmina. turbatos reuocat nulla hostia Manes.

& postea causam exprimit turbati Sacrificij & artis irritæ.

Nescio quis certè subrepsit Christicolarum
Huc iuuenum. genus hoc hominum tremit insula, & omne
Puluinar Diuum. lotus procul abstit & unctus;
Pulcra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exsanguis collabitur, ac uelut ipsum
Cerneret exserto minitantem fulmine Christum.
Ipse quoque exanimis posito diademate Princeps
Pallet, & adstantes circumspicit. ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signauet tempora signo:
Qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,
Purpureī custos lateris, deprenditur unus:
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Proiecit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pauidus, deiecto Antistite, Princeps
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum.
Dum tremefacta cohors, deminque oblita, supinas
Erigit ad cælum facies, atque inuocat IESVM.

Nec ocio multo, nec labore opus Scholiastæ Prudentij, ad narrationis huius de Iuliano confirmationem apud varios inueniendam: quam illi suggerebat vnus *Orat. 1. in Iulianum* Greg. Nazianzenus.

Aliud accipe narratum à Cantipratensi his verbis: *venerabilis Bonifacius quondam Lausannensis Episcopus, me audiente, tale quid recitauit. Erat in quadam villa cæcus quidam, qui vacens totius villæ in pascuis custodiebat, repellebat à frugibus, & ad certa loca pascuis uberiora ducebat: &, quod maioris erat prodigij colores, & statum singularum uaccarum specialiter discernebat. v. g. ut si uaccam coloris talis ab eo petiuisset, sine difficultate uaccam talem tibi apprehensam in cornibus obtulisset. Ad locum autem cùm quidam Episcopus aduenisset, & de cæco audisset talia, & probasset, quæsiuit ex eo, si confirmationis sacramentum ab Episcopo suscepisset. at ille: non inquit. Nec mora, Episcopus cæcum confirmauit, & mox ab eo uaccarum discretio est ablata. queniam dæmonum operatione & ministerio hoc fiebat.* lib. 2. Apum cap. 57. par. 33. vides vim sacræ vnctionis in disijciendis Satanæ machinamentis.

R

De *exomologesi & peccatorum confessione*, breuiter hæc accipite. Circa annum 1591. Pontimussi *puer erat nobili magis pollens genere, quam domo opulenta: compingitur in aulam parentum iussu à gymnasio abstractus: sed mobilitate ingenij, cùm recurraret desiderium uitæ prioris, statuit inter lixas calonesque uersari potius in castris. iter ingresso atra uiri species occurrit in serica uelte: qui interrogans causam tristitiæ, pollicetur remedium. Verùm, ubi ego te adiuuero, ecquid erit præmij? At puer. Vt totum (inquit) me excutias ne terruncium quidem reperias. subjcit alter. da te mihi modo: nulla tibi cupiditas frustra erit. existimauit puer se in seruitium expeti: postulat tempus deliberandi. ille contra, onerare promissis ingentibus, ut uel puero tanta*

iam

iam uanilo quentia mira esset, suspectare cepit, nam in figura hominis lateret cacodæmon. Mox cum tacitus totum eius corpus emetitur oculis, sinistrum pedem animaduertit cum bisida ungula ac deformi: statim cohorruit, & (qui mos rectè institutis in metu repentino) IESVM ingeminans CRVCIS signo armat frontem: eodemque puncto saua species euanuit. Tertio post die ad suos reuertenti eadem imago se effert, & proditor pedis eadem nota. Quærenti utrum captum esset consilium, respondit puer sibi domino opus non esse. rogatus quo iret, urbem nominauit, tum dæmon ante eius pedes crumenam iacit sonantem, in qua triginta quadraginta Flandritici nummi (ex his reperti postea inaurati duodecim, recentes dicentes & asperi, uelut ab adulteratoribus monetam: nam æreos fuisse ignis ostendit) tum puluerē in linteo pernicialem tradit, cuicumque subita morte tollendo. addit consilia ad turpes libidines, & admonita, ab Vjacularis usu aquæ, & ab adoratione consecratæ hostiæ (quam contemptim platonicam appellabat) alimendi; eam blasphemiam dum auersatur puer animo pio, simulque uerctur, ne obsoto cello frangulentur à monstro, salutarem crucem imprimit pectori. Ilatimque magno impetu allidituf ad terram: nec nisi post semihoram exsurgit: mox matri redditus scholaque, & sacra confessione expiatus, è laqueo nequitiæ, metuq; ereptum se esse diuina ope gratulatur. Bercius in litteris Prouinc. Franc. Si quis malit uetustā: sic scribit Hector Boethus lib. 8. rerum Scoticarum. Anno Christianæ salutis lexto supra octogesimum millesimum & quadringentesimum, nauigātibus è Horrea æstuario in Vlandriam negociationis causa, tanta fuit eorum uis, ut uelis, malo, armamentisq; ruptis, nauique fabè inter tumentes undas iactata, certissimam mortem cuncti exspectarent. Nauicularius tantam, tamq; insolitam aeris inclementiam eo temporis demiratus (suberat enim solstitium æstiuum) cum ad non sidera; sed malorum dæmonum, qui hominibus semper sunt infesti, insidijs, magnis tribueret clamoribus; reddita est nox ex ima naui mulieris se miserè in eu samis, quod incubo hominæ sub effigie, qui cum per multos antea annos habuisset consuetudinem; iam tum fuisset commiata, & ab eo subfolla: mari ergò celeritas

se tradendam, ut ipsa præsente quæ tanti mali imminentis causam præstitisset, ceteri Dei benignitate permanerent incolumes. Accedens ad lacrymantem fœminam iubet eam uiaticulario sacerdos, cuius atque ceterorum saluti consulendi causa, crimen tam palam fatentem, horrentemque celus, uehementer alto ex pectore suspiriis inditibus, pœnitentemque facti, piè est hortatus, ne sibi deesset; cui cognoscenti Dominus suorum adesse, crumena lacrymis ac animi pœnitudine deleri. Tantam miserentis Dei clementiam esse erga mortales, ut, altius iuel in malorum profundum lapsos, resipiscentes, nequam quam ad maiorē longè, quàm unquam ante habuissent gratiam, reciprat. Media iv Sacerdotis adhortatione; cùm, multis lustriis, omnite admissum facinus deploraret, concussa ipsa est atra nubes à nauis sentina prosiliente gentis; sono, flamma, fumo, atque fætore, sese deiecisse in mare. Sedatum est inde uelum, &c.

Aut si ne hoc quidem satis vetuli: audite Hincmarū Archiepiscopū Rhemensem, qui his verbis verbis: *si per sortiarias, aut aut maleficas, occulto, sed nūquā iniusto, Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur, beatādi sunt, quibus ista eueniunt, ut corde contrite & spiritu humiliato, Deo & Sacerdoti de omnibus peccatis suis duram confessionem faciāt, & profusis lacrymis &c.* a Beda quoq; illud Christi dæmonem interrogantis explicans: *Quod est nomen tibi? sic scribit: sed & nostri temporis Sacerdotes, qui per exorcismi gratiam dæmones eiicere norunt, solent dicere: patientes non aliter valere curari: nisi inquisiti fatere possunt, omne quod ab immundis spiritibus uisu, auditu, gestu, actu & alio quolibet corporis uel animi sensu, nigilantes, dormientesue pertulerint, consistendo patenter exponant. Et mox hoc idē exēplo confirmat ex relatione cuiusdam sibi coæqui presbyteri; quendam religiosum feminā à dæmonio curare cupisse, sed quam diuersa latebat, nihil apud eam proficere potuisse. Confesso autem, quo molestabatur phantasmate, mox & ipsum orationibus, ceteris sque, quæ oportebat, purificationum generibus effugasse.*

a cap. si per sortiarias. 33. q. 1.

b Ioannes Diaconus tria narrat exempla eorum qui à dæmone possessi, mox ut peccatum B. Gregorio confessi pœna peccati se liberatos senserē: & eorum quidem vnum cum octies negasset, o-

b in cap. 8 Luca colum 315.

cties sic á dæmone, renouata vexatione tortum, nona demũ vice, qua furtum fassus, percepta pœnitentia penitus fuisse redditũ immunẽ. *a Petrus Venerabilis*, abbas Cluniacensis, cũm narrasset horrendã monachi cuiusdã á dæmone vexationem, neque eã oratione, & aquæ lustralis aspersione tolli potuisse, grauiter & vere subiũgit; *sed ne miretur aliquis, benedictæ aquæ aspersione dæmonem non fugatum, agnoscat tabe interius latente, vnguenta exteriùs adhibita nihil proficere posse. Talem autem voco lethale peccatum, quod quamdiu in interioribus quibuslibet latuerit, nullius externi sacramenti perceptio ei prodesse poterit.* b Hortarus illum ad cõfessionem omnium peccatorum faciendam Abbas: postquam confessus, vexatio prorsus desijt. Cæsarius narrat, Bonnæ quendã Sacerdotem pessimæ vitæ, laqueo eã abrupisse: eo mortuo concubinam pœnitentiæ desiderio, monasteriũ ingressam: sed, Dei permissione, ab Incubo dæmonem sæpius ad flagitium importune sollicitatam; *crucis signo & aqua benedicta aspersione* repulisse: sed cum redijsset, *Angelica salutatione* deuote recitata, longius velut sagitta ictũ fugisse. Neque adhuc dum finis: donec pure omnib. vitæ maculis *confessione* expurgatis, abijt importunus procus nunquam rediturus. c Eadẽ peracta Leodiensem quendam, molestissimis succubi dæmonis ludificationibus restatum ereptũ Niderius *in Formicario Epitoma*. Sed illustri° est, quod Auctor Anonymus, sed fidei certæ de B. Catharina S. Brigittæ filia tradidit; eam cum Neapoli versaretur, cuidã Nobili viduæ narranti, filiã ab nocturno dæmone grauissime infestari, optimè consuluisse. *His auditis* (ait) *valde illarum vicem dolebat Catharina, & tacite tegens secum semel Salutationem Angelicã* (vt semper erat solita cum de rebus spiritualibus consuleretur) *saluberrimum eis consilium impertyt. Primò, vt puræ suæ peccata confiterentur. Aiebat enim ab peccata in eõ fessione celata, plerumq; id genus illusiones accidere. Deinde vt nudis pedibus, & absq; lineis indutijs eũ omni humilitate contenderent ad templũ S. Crucis, & ob reuerentiam passionis Christi coram imagine ipsius à cruce pendentis legerent septies Dominicam orationem & Angelicam Salutationem. Addebat verò se quoque, licet indignam, ex commiseratione libenter pro ipsis Deum rogaturam.* Fecerunt illæ quod iussæ. & octano die liberatæ fuerunt. *Sur. tom. 2. Mart. 22.* vbi Nota Lector dierum continuationem petitam, quia continua pœnitentia solet esse feruentior, quam interrupta: numerum verò additum; non fiducia numeri; sed vt feminæ illæ certi aliquid per modum spontaneæ pœnitentiæ ex Sanctæ consilio susceptæ præstarent: sic etiam D. Dominici tempore Reginaldus. *Confessionis* beneficio quendam fratrem, quem dæmon pede apprehensum per templum rapiebat, liberauit. *Theodoricus de Appoldia lib. 6. vitæ D. Domin. cap. 3.* Sic & S. Athanasia abbatissa mulierem eripuit a vexatione mali dæmonis. *Metaph. 14. August.* sic abs quodam ob cupiditatem vindictæ, dæmonum á legione vexato, dirã hanc pœnam S. Arnulph° Episc. Suessionẽsis depulit, vt elegãti stilo describit successor eius Lisiard° *vitæ Arnulphi capit. 24.* Sed subdamus iterum quædam recẽtiora. In Austria (nondum anni sunt decem) *vir nobilis magno quodã & furori proximo amore dulcedinis nebatur, vt nullum eius, neq; humanis neque diuinis admonitis, faceret finem: ita vesano completa igne torrebantur tota præcordia, hac ratione furere desijt, terrore diuinitus incusso.* Leuicula correptus febri, cum iaceret noctu lecto affixus, ante se videre visus rhedam flammiferam, subiectumq; equum flagrante igne: tum rhedarius, in forme monstrum, tetrumq; atq; ipse (utar verbo ipsius) malo dæmone truculentius, quo nihil terribilius mortalium timori est. *Quid cessas, inquit? quin conscendis currum dignũ promeritis tuis? horruit miser subito pauore defixus: tandẽ recepto animo corripit gladiũ proximum lecto, vibratque, vt subueniatur interim magna voce domesticos inclamans. trepidi accurrunt famuli, domusq; tota sopore discussa: quin etiam exciti vicini nonnulli, quærentes clamoris causã: dein præsentes impostũ fuisse auribus oculisque formidini alleuandæ. Verum cum fremere ei adhuc esse in conspectu, nec finiretur metus, insinuarat se potius in pectora aliorum, intempestiua licet nocte venitur ad collegium: mittuntur duo, qui lustrali aqua, crucis signo, & in cera consecrata imagine agni timorem tam tis non tantum, dum affirmaret ager dæmonem abscessisse in præsens minaci vultu, sæuaq; ira manifestium: detectis deinde peccatis, turpi per inde amore; quem tristi animum terrore liberauit.* Litteræ Austriæ 1591.

a *li. 1. vitæ D. Gregorij c. 11. 12 & 13.*

b *lib. 1. miracular. c. 6*

c *li. 3. miracul. c. 13.*

Theo. de Apold. li. 6. vitæ D. Domin.

Eodem tempore in Bauaria, *mulier eruminosa, lenitate naturæ, sine grauitate erumnæ; implorato dæmoni se se deuouit, vt opem ferret: & tum quidem non sensit præsentem eum in potestatem vt rediit ex mœrore, dedit pœnas iacti verbi, terroribus non tantum pauida, sed & verberibus tum sæpe etiam acerbis nostri templi prohiberetur, virgasq; quas soluisse conspicabatur intentu. Cùm rem narrasset matrona cuidam adducta ad sacerdotẽ nostrum, ab eoq; Confessione purgata est, omniq; molestia liberata. cereo cælestis agni imagine ad collum appensa. Idem remedium alteri fuit eadem morbo laboranti. Verum alia virginitatis & monasticam vitam, cum inceptis nuptijs mutarat propinquorum impulsu, non impiorè. nempe coniuncta efficacem viro nequam neque deserebatur. unquam ab angore conscientiæ; ita miserè viuebat. cùm afflictaretur aliquando hac cura, & caueret solatio, domo egreditur: mox dæmonem cum ingenti terrore conspicit, fugumque Cruce obiecta. sed confestim tamen, non secus ac furijs ictã, quod huic facinus immane meditatur. intermicabat in his tenebris aliquid lucis. confugienti ad preces, vt ad exortum Solis nubula, timor abesset, subit cogitatio confessionis, & recordatio fidei violatæ: nimirum hoc seminarium mali cum accessisset ad eadem, multò magis quam perrumpere conaretur ad Sacerdotem à confessionibus retrahebatur quasi manu iniecta; donec tandem aliorum auxilio exemplo; & sepissam & malum dæmonem vicit.* Litteræ German. *super.* in iisdem & illud expressum *in Vita deletes malefici quidam homo ingenij & audaciæ prompta, multa demoniasis, distantibus, quantumlibet locis, vaticinabatur, Iudicium ante diebolo; à quo cum singulis penè noctibus exercerentur, incitabatur interdiu odata specie, augustiore, ad grauiora flagitia. Eluctabatur miser, & iam vulgò miserandus; sed Deo adspirante, miserationem tandem perfugium inportu confessionis inuenit. Ibidem.* Vide etiã dicta ex Gaufrido *sup. to. 2. p. 45. 62.*

De Venetabilis *Eucharistia perceptione* reuereni ac debita, veteres quoque patres id unanimiter confitentur. Cassianus de quodam á dæmone, nocturnis illusionibus, grauiter infestato meminit; qui cùm, Seniorum consilio, medicina huius salutaris remedij vsus fuisset; *ita omnis Diabolicæ tentationis scena detecta est, vt mox virtute Dominici corporis protegente, illa præterita illusionis consuetudo cessaret.* a 2 Prosper Noster quoque temporibus (inquit) Aspere V. I. Col. Carthagini constituto, *hoc signum diabolicum monstruosumque, quod illic accidit, quis illius patriæ cuius ignorat? Quidam tunc incola Arabæ natione, ancillæ Dei habitum gestans; cum in balneo lauans simulacrum quoddam Veneris impudicè aspiceret, & seipsam, eique se consimilans, domicilium se Diabolo præbuit. Statim ille leo qui rugiens circuit, quem quærebat inuenit. Meatus igitur genitalis eius occupans, nullum cibum, nullumque potum trayectens per septuaginta fermè dies totidemque noctes, in inuium sibi Diabolus ex capto possessoque vase exhibuit. Hoc monstrum pauentes puellæ, per tot dierum spacia auferri posse sperantes, dum tuge malum ulterius tolerare non possent, simul cum filia sese ingesserunt sacerdoti, quæ alia erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur, virum quendam noctis medio apparere, qua sibi ore, nescio quid, infunderet. Stupor tunc inuasit cunctos videre puellam nullis indiciis diuturni ieiunij fœdatam, nullo pallore, seu tabe, vel debilitate confectam; quin potius robustam succo viscerum, meloque membrorum. Cumque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito consilio, in monasterio puellarum, in quo reliquiæ S. Stephani sitæ sunt, sacerdos puellam simul & præposito commendauit, illic primò tantum die apparuisse illam asserit, sibique increpasse: quòd neque sanæ, neque fessi compulsa illum appeterent locum, quo sisti nec edere non liceret. Per duas sanè hebdomadas nihil cibi vel poculi sumens in monasterio mansit. Accidit autem, vt quintusdecimus Dominicus illucescaret dies, ascendente nobiscum Sacerdote, vt matutinis illic sacrificium solitò offerretur, puellam præpositus ad altare perduxit, eo incessu & habitu quo solent rubore perfusæ ex epulis poculisque mulieres aduenire. Sed vt se illa prostrauit altari, clamore, fletuq; suis cunctis affatibus*

a *Collat. 22 c. 6.*

gemitus lacrymasque induxit; quibus tantum malum auferendum plebs Dominum exorabat. erat enim iam indecens murmur in populo. Peracto itaq; sacrificio, cum eadem inter cæteras, breuem particulam corporis Domini tinctam à sacerdote perciperet, semthora triandens trajecere non ualuit, nõdum illo fugato, de quo dicit Apostolus, Quæ consonantia Christi ad Belial? & iterum; non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: non potestis mensa Domini participare, & mensa dæmoniorum. Manu igitur faciem eius sustentante Sacerdote, ne Sanctũ proijceret, à quodã Diacono suggestum est, ut calicem salutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod ut factum est, statim ut locum illum, quem Diabolus obfederat, Saluatoris imperio reliquit, Sacramentum, quod ore gestabat, cũ laude Redemptoris transgressisse puella clamabit. Hinc lætitia, hinc mœror in gloriam Dei, quod post octo mensis & duos dies, Diabolo expulso, puella do potestate fuerit erecta inimici.

a de dimid. temp. c. 6.

b li. 2. eius tit. c. 3.

Hactenus a Prosp. D. Bero. b aliam personã super caput eius posita Eucharistia liberauit ab eodẽ hoste generis humani. Mediolani in Ecclesia S. Ambrosij addũcta ad eũ fuit mulier multis annis obsessa ficq; deformata, ut monstrũ, nõ femina, videretur. Cõuersus ad populũ, iussit omnes attentius orare: Missamq; iussa prope altare constituta femina teneri, ansticatus; quoties de more sacro salutarem hostiam signabat toties ad mulierem quaque conuersus, eodem signo crucis edito Spiritum nequam athleta fortis impugnat. Expleta autem oratione Dominica efficacius hostem aggreditur. Patena siquidem calicis sacrum Dominicorpus imponens, talia loquebatur: adest ille, qui pro nostra salute passus est, inquit, princeps mundi ejicietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod uidentibus discipulis ascendit in cælum. In huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi spiritus maligne præcipio; ut ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus deserens, & manere ultrà non audens atrocius afflixeret, tam magnam iram, quam modicum tempus habens, rediens pater sanctus ad altare, frontisem hostiæ salutaris rite complexit, diffudendamq; in populo pacem ministro dedit, & celestium pax & salus integra reddita mulieri. Hactenus Guilhelm. Abbas d. lib. 2. Ioan. autem Molinetus in Chron. Belgicis anni 1490. describens molestissimam multorum annorum vexationẽ, quam propter vnius (quæ diu dæmonis succuba fuerat) Nonnę peccatũ in innocentes virgines socias eius Querceteñses Deus Satanæ permiserat: narrat multos ex illa legione, quę religiosas inuaserat, & se Hierarchię Seraphinorũ fuisse gloriabatur, hoc remedio pulsos ex Energumenis. Cũ enim Decanus Cameracensis, vir doctus & probus vnà cũ alijs exorcistis accederet, peracta sacra communione, vinificans hostiam non ferens, subito Dæmon exclamabat Ah, satis probè armati accedítis; panemne illum sumsistis. Quę panem ais improbè inferebat Decanus. Si nihil est aliud, quã panis; manet in hoc corpore obsesso. sin aut nos eredimur, uerum est corpus IESV CHRISTI, Saluatoris nostri; iubeo, confestim fugere ex hoc corpore, nec vllã ei amplius molestiam inde exhibere. Quo dicto (vt mirum) energumena ut magno leuata fasce molestia, confestim resipiscere, & alta voce IESVM uocare cæpit. Quod idem omnes faciebant cetera, quando dæmone expulso liberabantur. Hæc Molinetus scriptor eius temporis. Cui simile nostris reporib. Laoduni in Belgica accidisse, tã norunt Caluinistæ, quorum aderant multa millia; quam fremunt & rumpuntur. c B. Auxentius Abbas discipulum habebat nomine Basilium: hunc dæmones adeò male multarũt, ut pro exanimi, corpore toto saucius & cõfractus ad Auxentiũ curru delatus fuerit. Abbas iussit eũ surgere, & venerandũ corpus & unificũ sãguine Domini nostri IESV Christi sumere. & statim reuerti in locũ suũ. abijt, nec amplius tentator eum aggressus est. Superat omnẽ admirationem, quod de Guidone de Lachia memorat Ber. Luxẽburgicus in Catalogo hæreticor. litt. G. hunc in Episcopatu Brixiensi ita fimulasse sanctitatẽ ut pro altero S. Ioanne Baptista à populo haberetur. se pultus itaque fuit perhonorifice. Post mortem certis testimonijs inquisitores deprehenderunt hæreticum fuisse quare de Consilio Episcopi & aliorũ Eccl.

c liber exstat de Nostris Lux. Obrych. sed & dem vit. per vene rabilem Ba charissium expulsum lim non fi mel Parisi no 1597. Leedy apud Houtum tus refertur & Trithe in Energume no.

d Sim. Metaphr. in vita S. Auxentij. 14

prudentium assessorum, sententiam tulerunt, cadauer exhumandum comburendumque. Exhumatur adstante populo & ossa proijciuntur in ignem sed ecce tibi statim illa dæmones (quia nullis cernebantur) illa ex rogo eleuãt & in aere suspensa tenent. Inde nata populi indignatio. exclamant, occidãtur Episcopus & Monachi, qui stimulati liuore sancti uiri ossa combutere conati. Quid cessamus? Deus id sibi nõ placere demonstrat. Eximuit Episcopus: sed Inquisitores eum adhortati sunt, Ad missam celebrandam ipse se accingeret; Deum potiùs miraculum facturum, quam fidei causam sinat in periculo versari. Missa fuit, de B. virgine; vbi ventum ad corporis Dominici elevationem, dæmones in aere clamare cęperunt à Guido de Lachia nos defendimus te, quantum potuimus: sed modo nõ plus possumus quia adest maior nobis. Confestim ossa in rogum recidere, & incendio in cineres redacta fuere. Hic perpende primò dolũ diaboli, quo pacto defuncti hæretici Magi, memoria tuea tur, ut plures animas illaqueet. Secundo, vide potentiam præsentię Domini ci corporis, & hostiæ in B. Mariæ Missa consecratæ. 3. fidem Fratrum non iritam, et studium Quæsitorum fidei tã præsenti à Deo ope confirmatum. Pet. Martyr. nauigationis Columbi texens Hist oriam, in Occidentali illo Indiarum tractu testatur, commune miraculum fuisse; quòd si Eucharistię sacramentum per Christianos alicubi collocabatur, continuò dæmones obmutescebant. Ante annos fermè quadrigentos vixit Cęsarius Cisterciensis, cius a hæc sunt verba; Tempore illo quando manifestari cœperunt hæreses Albienses, quidam maligni virtute diabolica suffulti, quadam signa atque portenta ostendebant, quibus & easdem hæreses roborauerunt, & multos fidelium in fide subuerterunt: super aquas ambulauerunt: & non sunt submersi. Cernens hoc sacerdos quidam fide catholicus, & vita religiosus, sciens vera signa cum falsa doctrina esse non posse; corpus Domini cum pixide ad flumẽ, vbi illi populis suas ostentari erant virtutes, deportant, dixitque in audientia omnium; adsumo te diabole per eum, quem in manibus porto; ne in hoc flumine, ad huius populi subuersionem, per hos homines tantas exercens phantasias. Post hæc verba illis super undas fluminis ambulantibus, ut prius; sacerdos turbatus, corpus Dominicum in flumine iactauit. Mira Christi potentia. mox enim ut elementum tetigit sacramentum, phantasia veritati, & pseudo illi Sancti, quasi plumbum descendentes in profundum, sunt submersi, pixis uero cum sacramẽto statim ab angelis sublata est. Videns sacerdos hæc omnia, de miraculo quidem exsultauit; sed de iactura sacramenti doluit: totam uero noctem in lacrymis & gemitu transigens, manè pixidem cum sacramento retexit super altare. Hæc nobis eo tempore relata sunt. Thomas Brabãtinus, vulgo vocatus à Cantipato, eodem sæculo visit; anno 1231. prædicante, inquit, in Teuthonia M. Conrado contra hæreticos, & ab eisdem feliciter occiso peremptoque, hæreticus quidam (ut per fratrem Conradum, Provincialem Prædicatorum per Teuthoniam, ante multos annos accepi) seductus à dæmonibus, fratrem quendam ordinis Prædicatorum ad hæresim inuitabat. Quem cum uideret instantissimè rem tentem, dixit fratri pertinax valdè in fide tua, nec tamen de hac nisi per scripta quædam, aliquid certius inspexisti. Credere autem si uelles dictis meis, Christũ tibi & matrẽ eius, & Sanctos oculata fide monstrarẽ. Mox ille illusionem dæmonum suspicatus, uoleis tamen probare quid esset: non immeritò (inquit) tibi tunc crederem, si promissa ducerес ad effectum. Gaudens hæreticus, diem fratri statuit. Frater uerò pixidem cum Sacramento corporis Christi clam secum sub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hæreticum in specu cuiusdam montis in amplũ valdè palatium, quod claritate mirabili rutilebat. Nec mora, ubi in interiorem partem palatij peruenerunt, uiderunt thronos positos, quasi ex auro purissimo, in quibus sedebat rex fulgore consito circumdatus, & iuxta eum regina serenoque uultu pulcherrima; & ex utraque parte sedilia, in quibus seniores quasi Patriarchæ, uel uelut Apostoli, adstante permaxima multitudine Angelorum, & hi omnes luce siderea corruscantes: ut nihil omnino quàm dæmones putarentur. Hos, mox ut uidit hæreticus, cadens in faciem adorauit. Dictus autem frater immotus stetit: sed tanto spectaculo uehementer obstupuit, & mox ad eum conuersus hæreticus: quare, inquit, Deo filium tuum non adorasti

a li. 9. Mirac. 12.

promus accedens adora quem vides, & ab ove eius fidei nostræ secreta suscipies. Tunc frater accedens propius extraxit pixidem, & obtulit regina in solio sedenti, dicens: hi regina es mater Christi, ecce filius tuus: quem si susceperis, et uelut matrem Dei recognoscam. Cum hæc protinus uoce totum illud phantasticum euanescit, & annihilato fulgore, tanta tenebræ densuerunt, ut uix frater eum ductore suo ad montis exitum regredi potuerint. Conuersus ergo hæreticus ad fidem redijt, & miram dæmonis astutiam stupefactus expauit. a Eadem alio tempore eodē remedio patefacta fuit & dissipata. accipite Pici Mirandulani verbis; b *Fuit in Alpibus Rhetijs sacerdos quidam probus ante annos duodecim; cui cum foret opus, ad ægrotum quendam graui oppressum morbo Eucharistiam deferre, cum longius ille abesset, videretque se non ita, ut oporteret, celeriter ad eum pedibus posse peruenire, ascendit equum, colloque Sanctissimum Christi corpus pixidi inclusum satis honorificè alligauit, iter suum quanto citius accelerans. Cum nonnihil processisset, obuium habuit quendam: qui, ut equo descendens secum pergeret ad spectaculum quod dam mirabilissimum inuitauit. Imprudens homo, & cupiditate rei iam stupendæ ductus paruit: vix equo se demiserat, cum sensit se per aëra una cum comite deferri, & breui tempore in altissimo montis cacumine statui. ibi amplissima, & amœnissima planicies erat arboribus undique excelsissimis obsepta, rupibusque horrendis circumuincta. In medio choros innumeros ac uarios ludos cuiusuis generis, mensas lautis ac diuersis ferculis instructas erat uidere; audiebantur etiam concentus quilibet omni suauitate affluentes. denique aderant, quæ animos hominum iucundissimis delinimentis tenere possent, & dulcedine perfusos intima demulcere solent. Obstupefactus improuisa re simplex bonusque sacerdos, neque eloqui præ admiratione aut insere audens, penè extra se positus, attonitusque hærebat. Tum socius, qui eum adduxerat, petijt ab eo, uellet ne Reginam quæ ibi aderat, supplex uenerari, & munus illi aliquid offerre. In alto quodam solio Regina adsidebat, effigie formosissima, regio cultu, & ornamentis mirificis ornata. Accedebant ad eam prosternentes se homi euntes, qui aderant, bini, quaterniue, ordine pulcherrimo, & humi se prosternentes eam colebant, uaria munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cum uideret eam sic fulgentem, & ministris plurimis cinctam, putauit esse matrem Christi, cælique & terræ Reginam. neq; enim suspicabatur ullas præstigias; dæmonumque spectra, aliquin eò non appropinquasset. Reputans igitur secum, quid illi dono daret; existimauit nihil ei gratius aut iucundius futurum in manus, quàm filij corpus. accessit & ad pedes accidens in modum supplicis, arculam, in qua erat augustissimum Sacramentum, è collo detractam, in gremio mulieris illius posuit. Miraret, omnia continuò euanuere. Perculsus huiusmodi nouitate homo rudis, & præstigijs irretitum se uidens, & in horroribus densissimis & lustris destitutum conspiciens, opem diuinam tremens implorare, ut e tantis ipsum anfractibus expediret. eumque diu per loca inuia siluasque uastissimas errasset, uix tandem pastorem reperit; è quo in uiam ductus didicit, se millia centum à loco abesse, quo Eucharistiam deferre cupiebat. Ad suas tandem sedes reuersus rem totam detulit ad magistratus. contigit hoc imperante Maximiliano.*] Hactenus Comes Mirandulan. Quare propter hæc & similia innumera semper Catholici credidere, hoc uinificum corpus, mortiferi hostis præstigias discutere, & noxas ab eo inferendas arcere ac repellere. Sctiebat hoc Prædicatorum Neapoli Prior, hac se Panoplia muniens contra horrendam visionem, circa annum 1370. *Ibi in conuentu S. Dominici accidit, ut post completorium* (inquit Fr. Antonius Senensis, c) *refectionis locum ingrederetur, cui erat illius cura commissa; qui mox in ingressu uidet illum fratribus circunquaque refertum, & illi cappas habebant indutas, &, tanquam hora foret collationis faciendæ, & illam exspectarent sedebant. Accurrit ille sine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior fratrem delirum putat, uel somnia narrantem: attamen dum urgetur, audit, uidet & credit; & ille quoque turbatur, & rem mox confert cum monasterij grauioribus Patribus & prudentioribus: de quorum consilio sacras uestes assumit, & sacrum Christi corpus deferendo, eo conuentu comitante se illuc confert, & ad illum sermone directo; qui honoratiore loco sedebat: eos adiurat, ut aperiant quinam sint, & ad quid uenerint,*

a *Cantipra. li. 1. Apum. c. 23.*

b *li. de Strigibus.*

c *in Chron. Ordinis Fratr. Prædicat. in Comment. fol. 199.*

1399.

uerint, & quid uelint: &, ut ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini, quem gestabat in manibus. Vt autem quando Prior coram illis comparuit cum uenerabili Sacramento, illi omnes assurexerunt quidem & capita inclinarunt, caputia tamen taliter demittentes, ut eum minime viderent, & hoc facto iterum sederunt: ita iussi à Priore ut responderent ad proposita, inclinarunt. Tã dem, qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit: quòd ipsi omnes fuerant eiusdem ordinis religiosi, & pro maiori parte Magistri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores, & alijs officijs donati, & quod omnes damnationis sententiam acceperant: quoniam ambitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerant damnatione dignos. Sed quod diuina permittente clementia, iussi fuerant illuc venire, vt eos & vniuersos ordinis cultores commonefacerent, vt suæ vocationi facerent satis Nam illi, quia minimè id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis. Et in signum hudus cunctis in eos aspicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt, & singuli eorum flammis circumcincti & incensi visi fuere. & nunc idem præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio euanuit, & totus conuentus mansit timore consternatus.] Vah; quàm timenda pestis hæc ambitio, quæ tanto cum damno Sãctorum etiam in cœtus se ingerit; Huic rei probandæ aliud testimonium, non minoris fidei adscribam obiter, nunc recens ex litteris cuiusdã fidei dignissimæ sacerdotis hoc anno Neapoli perscriptum in hęc verba; *Casu accidit, vt acceptis tuis proximis litteris loquerer cum Fr. N. philosophiæ Professore qui in Salernitano Monasterio fuit superior, si mihi narrauit F. Tiberium hominem Sanctimonia laude præstantiss. qui sapius hoc Sanctitatis titulo fuit superior, sibi coram rem ita narrasse. cum quadam die sub nocte. Fr. Tiberius inuiseret fratres, an in lecto de more accubuerint, transiuit per triclinium: vbi vidit plures lumina, & vocē audiuit hominis de superiore loco legentis, vidit plerosq; ministrantes. tandem qui superioris locum tenebat, facto super mensam signo sic locutus est. Ambitio, & crapula, duxerūt nos ad tartara. Et nunc etiã superest uelut cicatrix in mensa, proinde ne signe tacta esset.* [Hęc visio confirmat præcedentem. Cęterum cùm tam efficax sit sola præsentia; quid sumere, & ei vniri? docet id D. Macharius, historiã narrat Palladius; a tradens, vxorem cuiusdam AEgyptij maleficis carminibus sic affectam fuisse, vt adspicientibus equa videretur, cùm tamen sermonis humani vsum retineret. adducta mulier à marito ad D. Machariũ: hic eam liberauit, & dixit; tantùm dæmonibus in misellam licuisse, eò quòd multum temporis ab Eucharistiæ perceptione se abstinuisset. frequentiùs itaque in posterum ad IESV corpus sumendum accederet: cuius quàm utilis frequentatio, docet recenti exẽplo Leonardus Vairus; b quod, defectu Codicis, nũc ascribere mihi non licet.

Separari non debet ab hoc remedio *Inceuentum Missæ Sacrificium*; cuius oblationis eosdem effectus sæpè docuit experientia. *Vir tribunitius* (inquit B. Augustinus c) *Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Eussalensi fundũ Zuladi appellatum: vbi cùm afflictione animalium & seruorum suorum, domum suam spirituum malignorum tam noxiam petiti comperisset; rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis illorum eò pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantùm potuit, vt cessaret illa uexatio; Deo protinus miserante cessauit.*] idem confirmat exemplũ illud D. Bernardi paullò antè narratum; & aliud à Gaufrido narratũ in vita S. Petri Tarẽtasii sup. *tom. 2. pag. 73.* & aliud apud Metaphrastem de B. Theodoro Archimandrita; qui precibus & Sacræ missæ oblatione multitudinem locustarum immensam, nebulę instar Mazaniæ locum occupantem, interemit. d Possent ex Tilm. Bredẽbachio addi nonnulla; e sed vnius D. Augustini sufficere debet auctoritas. Fatentur hodie maleficæ se dum missam audiunt, ab omni dæmonis vexatione liberas esse; ideoq; se diutiùs ad horam vsque meridianam in Catholicorum templis, in quibus plures missæ dicuntur, moras trahere.

De oleo quoque *infirmorum* per Episcopum benedicto; quo in extremæ vnctionis vtimur Sacramento, ex diuina institutione; f dubitari nequit, cũ

a *in Laussiaca c. 19.*

b *li. 3. de sacrificio c. ult.*

c *li. 22. de Ciu. Dei c. 8*

d *Metaphr. 1 Apri. in vita Theodori.*

e *li. 9. collat c. 5. & alijs eodem li.*

f *Matth. 6. v. 13. Iacob. 5. v. 14. c. ad abolendã ext. de hær.*

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam ad corporis sanitatem sit institurum, & quouis oleo a viris Sanctis etiam non Episcopis, & non solemniter, sed obiter, vt se res offerebat, bene dicto, id non semel legamus effectum. Exempla huius rei plurima habemus. Beda; cum ageret de monialis cuiusdam obsessæ a varijs, quæ dæmon inflixerat, vulneribus, sanatione, & narrasset uno excepto ceteris sanatis, hæsitanti Sacerdoti ipsammet consiliū dedisse, *a si (inquit) oleum pro infirmis cōsecratum, eidem medicamento asperseris, sicque me perunxerit, statim sanitati restituar. Nā audi quondam per spiritum in quadam longius posita ciuitate; quam nunquam corporalibus oculis uidi puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter a sacerdote curatam. Fecit ut illa fecerat, statimque hulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit.* Hoc oleo S. Theodosius cœnobiarcha bruchos pellebat, *b* morbos grauissimos S. Launomarus abigebat. *c* Eucheria vxor Agapij veneficio attentata, cùm eiroderentur intestina, adlata est ad S. Partheniū; qui triduò orans, & oleo Sanctorum ei propinato sanam remisit: *d* idemque hic ipse Sanctus beneficium, eodem oleo inungens, impendit cuidam Lesbo Oano. Erat hoc ordinarium B. Auxentij Archimandritæ contra dæmonis obsidiones, morbosque ab eo illatos remediū. *e* Nec minori successu vsi eodem contra serpentis ictū virulentum Sanct. Vuinvvalocus Abbas; *f* &, qui manum pictoris à dæmone inflammatā sanauit; et qui energumenum ei sanandum obtulerat, & aliu m quoque energumenum ferocissimum liberauit; & hydropicæ, cæcoque sanitatem restituit, S. Eurychius Patriarchia: *g* & contra virulentos morsus S. Paternus Abrincensis. *h* Contra dæmonis obsidentis ferociam nō tarò prævaluere priores digiti Sacerdotales consecratione chrismatis in ordinis susceptione sanctificati. Scribit Ioann. Molinetus Chron. Belgici anno 1490. AEgydium Neteletum Decanum Camera censem, cùm exorcisaret Quercetenses Energumenas, quæ loqui, labra claudente dæmone, nolebant; solitum digitis illis labra deducere, & increpitare hostem; si uales potesque digitos hos oleo sacro imbutos mordere vel lædere, en illos tibi permitto; si nequis os aperi, impero. Mox autem Energumenas vsas liberari magna molestia, cæpisseque Decano parere, eique respondere ad quæsita.

Tertium remedium est, recurrere ad Sanctos viros, & auxilium ab ijs petere, quos constat habere donum miraculorum (quod donum, etsi rarius, etiam ijs potest competere qui vitæ sunt non probatę, *i* dum tamen fidem rectam habeant) hoc remedium; quia vix vlli tales hodie, saltem in his Europęis regionibus; vix vsui hic sig olim frequens fuit. sunt enim plenæ vtiliter ad Sanctos confugientium exē plis omnes sacrę historię: neque tum quotquot dæmonia ejiciebant, erant prędditi Ecclesiastico ordine Exorcistarum, vt constat: & erat tamen etiam primis temporibus in Ecclesia hic ordo, vt statim ostētetur. Sanè olim SS. viri dęmones fugabant & vincebant sola interdū presentia sua, vt legimus de B. Macario Alexandrino, apud Palladium, & de Ægyptio apud Sozomenum, & de S. Guthberto apud Bedam & de Rustico apud Cassianum *l* vel verbis dumtaxat vt B. Basilius & Paphnutius, *m* vel litteris vt de S. Fugendo legitur *in eius vita*, & de S. Gregorio Thaumaturgo scribit Gre. Nissē. vel percussione & verbere, vt S. Paulus Simplex apud Palladiū et Theodorus apud Gregoriū presbyterum eius virę narratorem, & B. Vrsmarus, apud Ratherium *in Surij tomo. 2.*

Quartum est *exorcismus ecclesiasticus.* Nota hunc ordinem exorcistarum in Ecclesia iam ante 1300. annos seruatum fuisse. patet ex B. Ignatij epistola ad Antiochen. & ep. Cornel. Papę ad Fabianum, quam Eusebius conseruauit; *n* &, ex Firmilia. ad Cyprian. *o* & ex alijs Patribus Consilijsq; *p* cō stat ijs, quibus in Ecclesia fit. Hinc colligo stat aliquid fuisse vere exorcismos qui bus vtebatur, certas orationes ab ecclesia cōprobatas ex Cōcilio illo Carthag probat & quia Micrologꝰ obseruauit solos exorcismos; *per Christum Dominū* &c. sicut cereras orationes non fuisse; sed, *Per eum qui venturus est iudicare vivos & mortuos* &c. cuius diuersitatis causa est, quoniam nihil magis dæmones exhorrent, quam extremi iudicij memoriam, quo omnes in æternam gehennam detrudentur. *a* Fiebant autem initio exorcismi non in domibus priuatis, ob metum; neque in templis ob reuerentiam; sed subsidio: *b* sed hoc exoleuit. putabatur signum egressionis a dæmone, *c* & nomen dæmonis; *d* quæ duo adhuc hodie retinentur: sed & cibos omnes quibus malefi ciati vescuntur, exorcizari vtile putabatur, formulam nobis suggerit Sacerdotale Romanum: alia quoque in his obseruanda collegerunt alij; *e* Nobis non vacat ista hic persequi. solum addo cauēdum exorcistis, ne cum dæmone iocentur, & curiosa, nugaciauē mi sceāt colloquia. Vidi (*inquit Niderius in Formicario*) in Conuentu Colonien si *fratrem, verbis satis iocosum, sed in gratia ex tollendę dæmones valde famosum. Hic cum in terminis conuentus Colonien sis dæmonem in obsesso corpore usitaret: dæmon petuit à fratre locum recedendi: quo gauisus frater ait in ioco, In cloacam meam vadas. Exiit igitur dæmon, & nocte cum frater ventrem purgare vellet, dæmon tam dirè eum tetsit propè cloacam, vt vitam cum difficultate saluaret.* Sancta res est dæmones ejicere, sanctè tractanda. sic fecere quotquot olim hoc exorcismi remedio tam efficaciter vsi fuere. Vixit B. Vrsmarus Episcopus ante annos octingentos, vitā eius Ratherius scriptis mandauit; *f* memorat autem memoria dignum, quod hic referā; Malbodiensis monasterij quandam monialem Diabolus inuaserat, & vehementer laniabat: eam sibi Episcopus iussit exhiberi, quod cum factum fuisset, *ille non de sua, sed de Domini præsumens virtute, accepto libro, cæpit legere exorcismum super caput eius. Dehinc benedicto oleo nares, oculosque, & os eius lenuit, & protinus immundum ab ea spiritum fugauit. Liberata tamen puella, fauor quidam, qui præsentia diaboli seminatus fuerat, adhuc pectoribus vicinorum inerat. At uir Domini præcepit sibi aquam cum sale deferri: quib. benedicti, iussit sparsi per cuncta monasterij loca: et sic omnis pauor, cum auctore suo Satana defecisset.* auditis exorcismū ex libro lectū, & capiti impositum vt fit hodie; audistis illitum oleum sacrum; auditis salem & aquam benedictam, & horum omniū auditis efficaciā. Sed & Adelelinus Sagiensis Episcop. in energumene Osburgis liberatione, aquam benedictam, signum crucis, & preces quæ solent, *inquit ipse met*, g adhiberi felici ter adhibuit. S. Maurilius Andegauensis Episc. latronem, quem ob furti crimen diabolus occupārat, per exorcismi (ait Fortunatus *h*) gratiam a dæmone liberauit: at Maurilius B. Martini tempore vixit. Sed ista sufficiant de exorcismo. Si quæras cur non semper dæmon pellatur; res clara est, id peccatis vel obsessi, vel adiurantis posse cōtingere, vel ob maiorē ipsius ægri vtilitatem, Deique gloriam. Notandum quoque quod vere & prudēter Tostadus monuit, nō solere exorcismis omnes molestias & vexationes, quas dæmones inferūt hominibus, repelli: sed solum illas, ad quas repellendas exorcismi ab Ecclesia ordinantur, vt sunt molestię quas inferūt manēdo in corporibus, & illa vexando; siue dum interius manent, siue dum exterius obsident; *& illa (inquit) regulariter sanantur per exorcismos. malefica autem dæmonum, et alia mala, quæ nobis inferunt, contra quæ non ordinantur directè exorcismi, non curantur per exorcismos, nisi raro.*

Porro qm̄ Dei opera reuelare & cō fiteri honorificū est; iō his adhuc subiungā illustre diuinæ benignitatis, & tyrannidis dęmonicæ argm̄, plane rectę; & vt is cui accidit ore proprio fatus, res in facie Ecclesiæ hic Grætii gesta, narrationem nostri in collegio seruāt proprijs manu ipsius subscriptā, et nunc cū hęc scribere penes me habui.

Igitur anno 1600. die Martii 22. N. Prutenus, vt aiebat nobilis, annos natus 22. ipsa Hebdomadæ sanctæ feria quarta; collegium nostrum (cuius impulsu, quoue fine, incertū) cumq; uno e nostris spectante & audiente, in porticu inferiori collegii deambulās, arrogātius gesticularetur, et cū crebraca

pitis

exor. Florentij. in Dextro. nimis., Con. Tridentino sess. 7. can. 1. & sess. 14 de extrema unctione. can. 1.

a in Luc. c. 8. fol. 315.

b Metaphr. in eius vita mense Ianuar.

c Surius 19. Ianuar.

d Metaphr. 7. Februar.

e Metaphr. 14. Februar.

f Surius 5. Martij.

g Eustathius in eius vita. April. 9

h Anonymus in eius vita 16. April.

i Matth. 17 v. 22. Mar. 9. & Luc. 10.

k Clemens. Roma. li. 8. consti. c. 32.

Iustinus Marty. dial. con. Tripho. Tertullia. in Apolog. cap. 32.

l Pallad. c. 19. & 20. Sozome. lib. 6. c. 29. Socra. l. 4. c. 19 Beda in vit. S. Guthberti c. 15. Cassia. collat. 14. c. 7.

m Rufin. l. 1. Eccl. hist. c. 4 & Anthilo. in vit. S. Basilij.

n li. 6. hist. Eccles. c. 35.

o li. 4. epist. 7.

p Clemens ep. ad Iacob. Anaclet. ep. 3. Caius epi. ad Felicem epis. Cornel. Rom. sub Sil nest. can. 3. Antiochen. can. 10. Carthaginense 4. can. 4. & sequ. qui in terfuit & subscripsit D. Augus.

a Micrologus de obser. Eccles. 7.

b Concil. Laod. c. 26.

c Pallad. in Lausia. c. 77. et Iosep. li. 8. antiq. c. 2.

d Lactan. li. 2. divin. inst. & Beda in Act. 8.

e Pet. Greg. to. 2. de republ. fol. 315 Spranger. p. 2. Malles. q. 2. c. 6. Anania. li. 4. de nat. dæmon. fol. 156. Indagine sius & ordinarius P. Thyræus noster integro de dæmon. operep. 3.

f Apri. 18. Surij to. 2.

g Adelelin. in uita S. Oportunæ 22. Apr.

h in uita S. Mauilij c. 10.

pitis quassatione verba in Deum blasphema, & plena disperationis audacius euomeret; monetur iterum ac sæpius, sese vt habeat modestius, ac linguæ frenum injiciat: sed frustra. proficiebat enim in peius, & per omnia anxij afflictique animi signa præbebat. Quamobrem accedens eum noster, quærit benignè, ecquid habeat? cui rei vacet? & cur adeo creber in Dei nomine irreuerenter vsurpando? Refert ille; Perij miser, Diaboli pedicis sum irretitus; nec tamè quas promisit, & opto delicias frui datur. Quibus auditis noster, graue quidpiã subesse veritus, manu prehensum in collegium intro ducit, & blandè rogitat; quid hoc rei sit, ne sibi grauetur aperire. Tum N. cum lacrymis ordine, tũ quidem perturbato, sed sequenti die tranquillius, eo ipso quem referam, narrare cœpit: se nobilibus ortum parentibus & re ampla, educatum lautè ac delicatè: & certis de causis (quas prudens reticeo) parentis gratia excidisse, & lare patrio profugere coactum; & pecunia, quam discedens copiosam secũ acceperat, absumpta, in extremam egestatem decidisse: tandem in via dæmonem cum vehementi vento ad se nocte quadam sub arbore iacẽtem accessisse; &, recensitis ijs ipsis quæ patiebatur, quæque perpessurus esset incommodis, opem & auxilium, pristinamque parẽtis gratiam promisisse: si modo se dato chirographo vellet ad paucula quædam obligare. Se quidem suggestioni, quam perniciosissimam sciret, ea vice non obtemperasse; dæmonem eodem, quo cum venerat vento ac fragore recessisse; prædixisse tamen fore, vt eum aliquando non acceptæ conditionis pœniteret. Quæ cum non procul à Vvratislauia pone quendam pagum accidissent, inde se Vvratislauiam contulit, vbi breui uictus incommodis, die quodam sub vesperam oppidum egressus, seipsum quod fidem dæmoni nõ dedisset coarguentem, de fleuisse animo conditionem qua exciderat, in quam inciderat, nulla sibi reliqua consilii, auxiliiue spe affulgente. Nox erat intempesta; cùm illi se dæmon gygantæa mole offert cõspicuũ, & insultans ait; Nonne verò dixeram futurum, meam vt opem supplex expeteres? Iure quidem tibi illam, vt indigno, posem quantumuis supplici denegare; verùm vt intelligas, quàm tibi ex animo velim benè; en promitto auxilium, parentis gratiam pristinam, veteres delitias, iocunditatis annos solidos numero. XII quibus expletis plena mihi sit in corpus animãque tuam potestas; tu vicissim stipulãti sponde, quæ exigo; & nunc inprimis Deum, Deique matrem, Cælites omnes, & fidem quam docuere veteres eiura: insuper fidem da, mortaliũ te nemini hoc pactum manifestaturũ, in nullum vnquam templum ingressurum, precarium codicem non lecturum, ac demum homines omnes, & eos potissimum, qui te ad pietatem incitare, hortarique voluerint, odio implacabili prosecuturum; te vxorem non ducturum, sed concubinis pecunia conductis vsurum. Cumque in tã pernicioſam legem consensisset iuuenis, iamque sola superesset syngrapha proprio sanguine describenda; dæmõ illi porrectam vltrò sinistram tanta vi compressit, vt sanguine è trium digitorum extremitatibus expresso, manum implerit, subministrauit etiã scriptioni materiam (nescio quam) pergameno molliorem sed charta duriorem, & calamum; scribentique conceptis verbis præiuit, quæ sibi præstari vellet; & quæ se vicissim præstiturum polliceretur. Conscripto traditoque chirographo, miram se dicebat omnis generis instrumẽtorum harmoniam audiuisse, & ad sonum obdormisse adeo pacato & alto sopore, vt sequenti die, nullo per vias publicas prætereuntiũ strepitu percepto, in multam lucẽ iterterit. tandem euigilasse, & ilico patrati facinoris pœnituisse, profectumque Vvratislauia Olomutium, & inde Viennam. Vienna Græcium. ibi diuertisse ad doctorem Venediger; ab eo se ad Dominum Strabergerum directũ & commendatum. Postremò venisse Marpurgum ad Doctorem Homeliũ. ibi exilii pertæsum, se rursum indoluisse,

quòd pactum cum dæmone initum non custodisset. adfuisse sibi noctu denuò in lecto iacenti dæmonem, ac de pacto renouando in hunc modũ actum esse; vt nimirum proprio sanguine nouum dæmoni chirographũ cõscriberet, ac in templo quodam nuper diruto, non procul Marpurgo, noctu deponeret. Post paucos dies iterum se factinus damnasse, manus sibi violentas desperatione actum inferre voluisse: tandem suasu cuiusdam venire Græcium, vt quæreret remedium, statuisse. Pridiè tamen quàm Marpurgo discederet noctu adfuit dæmon, & certum hic Græcij, propè Carlauu tuguriolum describit, in quo. 30. Martij compareret; fore, vt tum fiat voti compos, & pristino statui ex pactis restituatur: caueret interim etiam atque etiam ne Iesuitas adiret vnquam, alioquin grauissimas eum pœnas daturum.

Hæc omnia nostro iuuenis eo ipso narrabat die, quem illi dæmon præfixerat, ad suum in illo tuguriolo congressum: &, quamuis illo die à tali congressu fuerit à nostro deterritus, nihilominùs postridie (quæ fuit die Veneris sancto) post meridiem, nemine cõsulto, assignatum sibi à dæmone locum infœlix adijt. Adest dæmon, exprobat perfidiam, quod contra suum præceptum nebulonibus Iesuitis adfuisset. petit tertiò renouari pactum hac ratione, vt medium sinistræ manus digitum in pignus ei offerat. deinde recensitis ab adolescentia peccatis, ostendit animæ salutem esse desperatam; allegatis è S. S. testimonijs. quamobrem ducat in bonis dies. Simul libellum offert iuueni, quo omnium dæmonum nomina continebantur, & modus quemlibet pro arbitrio euocãdi: nihil tamen horum iuuenis acceptauit.

Sabbatho sancto, vbi rescitum quod contigerat, maior iuuenis cura haberi cępta, & cautum ne vnquam solus esset. & ex eo tempore ab vno patre, cui peculiariter eius cura commissa fuit, in rebus catholicæ fidei est institutus. Sub finem Aprilis sese ad confitẽdum generaliter præparauit. Quo die confessurus erat, visum vt in præsentia Patrum aliquot Diabolo renunciaret, & malè pacta benè rescinderet: dum recitantur Leraniæ ad verba; *Pater de cœlis Deus*; corruit penè exanimis. hominem erigimus totis artubus contremiscentem. Ad glorioſum *Dei parentis* nomen denuò corruisset, ni titubãbantem vtrinque sustinuissemus. Tandem facta ægrè renunciatione, & dæmonis abiuratione, cibo refocillatus (destitutus enim erat viribus, & contremiscebat ita debilis, vt consistere nequiret) post meridiem ductus ad tẽplum vt confiteretur, recitatis de Nomine I E S V, & de Angelis Litanijs, cùm peccata recensere cæpisset, ei dæmon in aurem insusurrat; Huic nebuloni (confessario scilicet) ne credas, ni si velis ab eo improbè circumueniri. Totus Maius impensus, tum vt in fide confirmaretur, tum vt crebra confessione vniuersos conscientiæ recessus perpurgaret. non fuit dies, quo pater designatus cum eo nõ ageret. optima iam sperari posse videbantur. Patiebatur tamen dæmonis insultus varios. nam & nocte quadam ter est ad spatium trium passuum lectulo eiectus, absque vlla tamen vllius membri læsione. Et alias se illi exhibuit dæmon, & magnam præ se ferens beneuolentiam, suasit, Marpurgũ ut rediret: quid hic se affligeret? Miror (inquit) qũ cùm noris te damnatum esse non maiorem des operam, vt vitam hanc ducas hilariorem, reuertarisque ad pristinas, quibus excidisti, fortunas. Pudet me tui, & miseret, quod meus cùm sis, vitam hic ducas adeò acerbã. Et quoniam eo ipso tempore quidam studiosus obierat in domo pauperũ (in qua etiam ipse degebat) pro quo nonnulli in valetudinario per totam noctem ad Deum fundebant preces, subiunxit; se nec posse, nec velle manere diutius, viuis canibus inferius (*in valetudinario*) apud canem mortuum latrantib. Quamobrem rogat etiam atque etiã, vt vel semel ad dictum tuguriolum reuertatur: fore, vt ibi ea audiat noua quæ antea nunquam.

Die.

Die. 28. Maij, Dominica Sanctæ Trinitatis, cùm nostri Deo negotium assidue commendassent, aliaque nonnulla pietatis exercitia mortificationesque in hunc finem Deo obtulissẽt, dispositus est ad sacram Synaxim. Et primũ in multorum è nostris & Congregationis Sancti spiritus præsentia, in templo S. Catharinę, ex charta conceptis uerbis dæmonem eiurauit, & pacta se rescindere nefarie contracta est protestatus, sed incredibili difficultate, dæmone sic sensus impediente, vt nec legere, & ægrè tardèque præeuntem sequi posset. Fecit deinde professionem fidei Catholicæ iuxta formulam in Bulla Pij. IV. relatã. Vbi ad hęc verba ventum est (*Ecclesiasticas traditiones, obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto & amplector*; Et; *Septem esse vera & propria sacramenta noua legis*. Et; *in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem* &c. Et; *hæreses ab Ecclesia damnatas, ego pariter damno* &c.) omnibus corporis viribus prorsus est destitutus, ereptus illi oculorum, aurium, & linguæ vsus in tantum; vt sibi aliquantulum restiturus diceret, vereri se ne sibi eo loco sit moriendum. Cùm in illa esset sensuum estasi; frustraque vigeremus ut quod corde credebat, exprimeret ore: credere videlicet se CHRISTI in Eucharistia præsentiam; placuit illi venerabile sacramentum propius admouere; ad cuius præsentiam ita sibi restitutus est, vt, velut è graui somno experrectus, diceret, & credere se, & experiri copiosè CHRISTI præsentis virtutem. Licet etiam diuersum euenerit, vt Eucharistia in altari collocata, loqui posset & audire; accedente vero sacerdote, tanquam iuueni sacramentum porrecturus esset, sensib. omnibus destitueretur, denteſque tanta vi comprimerentur, vt nulla ope referari posse viderentur; & recedẽte rursum cum Eucharistia sacerdote, videret, loqueretur, & audiret. Dicebat uerò se inscium eorum omnium, quæ illi in aurem inclamassemus solum animaduertisse veluti forcipe sibi os claudi, atque ut nihil relinqueretur intentatum, idem sacerdos relicta in altari Eucharistia, digitum consecratum ori imposuit; posimodũ uerò vbi Eucharistiam ori admouisset, & veluti sumẽdam obtulisset, tum demùm inimicus eum ore patenti exagitare, & multis renitentibus eum in aerem attollere cœpit. Cumque adiuraretur, eum vt quietum esse sineret, & chirographa restitueret; ea tertiò ex iugenti funes dependentia in fastigio templi iuuenis solius repræsentauit obtutibus, cęteris nihil omnino tale videntibus. Eo die nihil aliud actum, præterquam quod & multæ ibi ad Deum pro salute eius preces fusæ, & maximæ recuperandarum syngrapharum spes iuueni fuerit relicta.

Die. 3. Iunij iuuenis templum ingrediebatur, cũ hostis inopinatò vultũ eius quasi pallio diuerberauit, & simul manũ sinistram miserũ in modum dilacerauit, vt sanguis copiosus defluerẽt, nemine tamen qui hæc inferret viso: senſit quoque ibidem collum sibi ab aliquo torqueri, nihil tamen incõmodi passus est; præterquam quòd diebus sequentibus remanserint in manu citatrices, cum maiore dolore quam senserat, dum illi manus lacerarentur. Eodem die multa fecerunt nostri, vt, ad Dei gloriam, felicem res tota sortiretur exitum. Excitatus ea nocte ventus ingens, absque omni omnino pluuia, auditaque iuueni vox velut in vento miserabiliter lamentantis.

Die 4. Iunij, Dominica infra octauam corporis Christi, in eodem templo D. Catharinæ, post sacrũ & Litanias ad singulas sanctissimæ Trinitatis personas habitas, iussus ex charta detestari sua peccata, profiteri fidem, & coram Deo, Angelis, & hominib, protestari catholicum se esse, nunquã se de misericordia Dei diffisurum, fecit id aliquamdiu adiutus a nemine. Cùm ei visus deficeret, prælegit alius, ipse tarde, ægre, & cunctanter verba efferebat, dæmone linguam impediente. Ventum vt diceret, *Quapropter è bona IESV*. &c. nec legere id potuit, nec alios audire suggerentes. Adiuratur dæmon, eique virtute Dei præcipitur, ne iuueni in hoc opere sit impedimento. Exagitatur illicò iuuenis ac si foret obsessus, & inter hæc vnico velut momẽto linguam Germanicam dedisci; beneficio dæmonis loquebatur satis eleganter; nativo retento idiomate: Hoc animaduerso aucta omnibus fiducia. In gratiarum actionem recitatur, *Te Deum laudamus*. Iubetur progredi, nequit dicere, *Confiteor* &c. *Domine non sum dignus* &cet. frustra. Accedit sacerdos cum Eucharistia, dæmonique in virtute Dei præcipit, hominem vt missum faciat &c. Tanta vi iuuenis attollitur in aera, vt decem duodecimuè è nostris vix eum retinerent. Ad crebram nominis IESV, & Beatissimæ Virginis MARIAE inuocationem dæmon fractus abscessit. Exclamat iuuenis idiomate suo; *Aufugit a me*. Quare illico flectit genua lætus, & magna alacritate, altaque voce progreditur; *Quapropter è bona IESV* &c. Orationem finita his ipsis verbis subdit; *Laus Deo. iã sum alius homo*. Præparat se ad communionem, dicit *Confiteor* &c. *Domine non sum dignus* &c. Occurrit peccatum cõfitendum, confitetur. Adiuratur dęmõ non solum iuueni posthac negotium ne faceſſat, sed chirographa vt restituat. Iterum confitetur. Demum tantę debilitatis fuit, vt nec sedere posset, liber tamen iam ab omni dæmonis incursu. Nihilominus genua flectit, recitat *Confiteor* &c. *Domine non sum dignus* &c. & alta voce profitetur; *credere se totis animi viribus Christum in Eucharistia esse præsentem, & sperare se, ipsum sibi propitiũ futurum*. sumit Eucharistiã magno animi sensu, flexis genib. aliquandiu agit gratias: & tantas illicò vires recuperat, vt templo egressus, nullam sensisse debilitatem videretur. Iam demum (inquit) dæmonem non timeo & contemno ex animo: quod hactenus a me ipso ut facerem vix impetrare poterã. Iam paratus sum centies pro fide Catholica sanguinẽ profundere: & multa subiunxit in commendationẽ charitatis nostrorum, qui de hominis nunquam visi salute adeò essent solliciti: horum apud Lutheranos nihil esse, aliaque quæ uerecundia non sinit referre.

Decima die Iunij ipso D. Barnabæ Apostoli peruigilio, nostri domi se rursum contra inimicum armant, quibus modis nouit Societas. Iuuenis quoque ne sibi deesset tota die cilicio gestat, & se sub uesperam sponte flagello acriter diuerberat. Ingens rursũ tum eo vespere, tũ noctis magna parte ventus collegium imperit. Ante. xi. noctis adest inimicus alio aliaue comitatus, & per cubiculum, in quo cum alijs tribus iuuenis cubabat, deambulãs Cernis (*inquit ad sociam. nam saga quæpiã existimatur*) vt iacet hic nequam? & rursum; ò si aliter rem meam instituissem non esset hũc sortita finem. Ante octiduum penè me abegissent (*Patres intelligebat*) Interim tibi hominem commendo. eum quantum licuerit assidue diuexa; & conuersus ad iuuenem fremebũdus; Perfide nebulo, homoque leuissime & inconstantissime, nunquam fidẽ mihi seruasti. ò pectus ignobile ac degener. Maiores tui maluissent centies corporis animæque facere iacturam, quam vel semel datam fidem violare. En tua habe, quę mihi dederas: ego vicissim, q. meũ erit reseruabo. Et hoc dicto, bis aut ter iuuene audiẽte strepitũ fecit, velut cuiuspiam aliquid è charta eradentis. Et rursum *sociæ*. Pergam ad locum mihi cõstitutum, tu interim curam habeto. Rursumque iuueni: Et exitissimas perdite nequam fore, meas manus ut euadas? cõjectus nũc tibi tua restituo. Tu interim & Iesuitæ nebulones me posthac a stultis, confictisq; cæremonijs vestris liberum esse sinitote quod enim ruum sit, nihilomnino habeo, licet plura lõge posthac ex te sim acceptarus. Fides enim quam susceperit iniqua est, & per Papas (quos nos velut sanctissimos colitis, ego autem in inferno tracto pro merito) cõficta. Quib. dictis & manu frigidissima iuuenis collo siue oi læsione contrectato, euanuit. Ad oia hæc iuuenis nihil rñdit, excepto hoc unico; videlicet, ut abiret, habere se Deũ propitium. Interhęc iuuenis cęteros in cubiculo alium cormientes suscitare conabatur, eorũ nomi-

nomina inclamans; quorum vnus æger vocem audit, prosilit in pedes, & ad alterius sani lectum accedens eum excitat. Hic ignem excutit è silice, sulphur accendit, sed, priusquam candelæ admoueret, violenter ab aliquo exstinguitur, idque secundò; accedit tertiò, iamque candela lumen conceperat, cũ simul & semel materia sulphurata candelaque restinguuntur. Tandem venit homini in mentem vt cereum benedictum accenderet; accendit, nec amplius valuit exstingui. Habito lumine inimicus euanuit, & quãuis semel ac iterum dixisset, se iuueni restituere omnia quæ ipsius essent, nihil tamen ab eo iuuenis receperat. Cõponunt igitur se ad orationem, & qui lumen accenderat, ante imaginem B. Virginis Litanias recitat. Post mediã circiter horam surgens videt humi iacere chartam sanguinolentam, attollit, eique porrigit, cuius erat chirographũ. Hic agnito suo chirographo gestire lætitia, exosculari illud & pectori admouere: & illicò Deo omnes simul agunt gratias, & quatuor simul (tot enim erant) recitant, *Te Deum laudamus*. Et, ne forte dæmon illud recuperare posset, signo crucis muniunt, aspergunt aqua benedicta, & corona B. Virginis circumligant.

Dominica mane vocatur Pater, cuius curæ iuuenis erat commissus, ollẽ dunt & tradunt ei recuperatum chirographum, quod Marpurgi postremo conscripserat; in eoque erat ium e priori, cuius materiam dæmon suppeditarat, sanguinem. Ne tamen dolí mali quidpiam subesset, & fortè non omnia integrè restituta essent, quæ iuuenis erant in priori chirographo: iterũ de more a nostris ad S. Catharinæ templum fusæ ad DEVM preces, recitatæ Litaniæ, porrecta iuueni Eucharistia; adiuratus & soliciratus Dæmon, ut si quidpiam residuum esset, quod ad iuuenem spectaret, illud Dei omnipotentis virtute restitueret. Sed quoniam iuuenis dicebat sibi satis constare, Quod omnia integrè essent restituta, suumque animum esse per omnia quietissimum; placuit nihil amplius attentare. Quare actis diuinæ bonitati ob tam grande beneficium acceptum gratiis, recitatoque *Te Deum laudamus* regredimur læti vniuersi. Placuit tandem Serenissimi Principi Ferdinando Archiduci, & Reuerendissimo Secouiẽsi, vt series tota & processus pro concione populo proponeretur; quod factum est 18. Iunii a meridiẽ, & ipsum chirographum una cum sanguine, quo alterũ descriptum erat, in templo nostro per Parochum Grætiensem, iussu Episcopi, in magno hominum concursu & frequẽtia combustum fuit. Hæc historia rei gestæ verissima, in qua vides (Lector, canę fidei tenax) omnium fermè & singularum Catholicarum cærimoniarum efficacitatem. de quibusdam, alia subdamus.

QVINTVM remedium petitur à *misericordia operibus* satisfactoriis, ieiunio, eleemosyna, & oratione; *Eleemosynas* commẽdat Canonum auctoritas, a vt & duo reliqua. *Deiiunio*; inuenio id præcepisse cuidam comitissæ S. Auxentium Abbatem, b & S. Procopius Monachus hoc vsus sæpè victoriam contra dæmonem obtinuit, c & aliis idem imperauit. Sed & Christi Domini testimonio accedente, (*Matth. 17. v. 20. Marci 9. v. 29.*) quid addendum? *De oratione* versus quidam anonymi sed veteris versificatoris reperitur; *Dæmones aduersus magna est oratio virtus.* & sũt de eadem sequentia exempla, quędam nostrorum hominum litteris, certa fide contestata. Anno 1549. *quidam vnà è nostris confessus; media circiter nocte; dum pannum pro deliciis sibi irrogatam persoluit, repentè vidit feles, muresque & alias bestias colore atras aspectuque terribiles tam multas, vt totum occupare cubiculum viderentur. quo ille viso perterrefactus, timere cœpit ne vnus à bestijs abriperetur. Anxius & trepidus accurrit ad Domini nostri imaginem, magna voce opem implorans: quare omnium animalium species subitò euanuerunt, tanto cum impetu, strepitu, & fragore, vt domus ruere videretur.* I. Bungi in Iapone Anno 1555. familia fuit, quã iam à 100. annis dæmones infestabant, & molestia in pastores quasi hæreditaria transibat.

a *d. c. sper sortiarii.*
b *Metaphr. in eius vita Feb. 14.*
c *Nic. Lius in eius vita. 4. Iulii. c. 1. &c.*

Pa-

Paterfamil. opes omnes placãdis idolis insumpserat. potius auctum ijs, q̃ cessauit malum. Trigesima annorum filium dæmon occupauit, ità vt nec patrem nec matrẽ agnosceret, nec quindecim dieb. quicquam cibi sumeret: sub horum finem Patrum Societatis vnus eum accessit, iussitque vt *D. Michaelem* nominaret. *dum Diuum nominat vehementi tremore cœpit concuti, & varios motus membrorum edere, ita vt circumstantibus terrori fuerit. Inuocante vero Patre DEVM PATREM & FILIVM, & SPIRITVM SANCTVM, subito à dæmone liber exitit.* Huius soror, paucis post diebus molestijs dæmonis agitata est, qui etiam in ea loquebatur. Certis temporibus patris nostri concionibus auditis, Christianam fidem suscipere voluit: cum verò sacro fonti esset admouenda, conaretur que principio se sacro signo crucis munire, tremere vehementer ac concuti cœpit. Pater preces fundebat sollicitè, ipsa verò sacrum IESV nomen & D. Michaelis proferre nitebatur, sed magis ipsam tunc dæmon irretiuit obstringendo eã & comprimendo. Tandem verò in cantum prorumpens exclamat: *si idola Xacam & Amidam, sectarum Iaponensium auctores reijcimus, nullus superest qui adorari debeat, aliaque huc spectantia protulit; nec esse, quod in ijs reprehendere quisquam posset. Quadam die innumeris Christianis præsentibus Pater sacrum fecit; cui quoque intererat dæmoniaca. quo finito, rogat, qui iuberet? optimè, ait, iussa verò D. Michaelis nomen pronunciare, tremere ac dentes stringere cœpit, & dæmon se nolle exire dixit: sed quoniam iam à tot annis ea familia pro hospitio uteretur, non libenter migrare.* Iubet iterum pater S. Michaelis nomen proferre. *Respondit illa, id permolestum esse, & lacrymas fundens & conquerẽs; quo, inquit, me uertam? Christiani itaq; omnes in orationes coruant, dumque satis diu erant, dæmon occupatam hactenus prædam deseruit: ipsa verò subitò potum petijt. Admonita vt IESVM & MARIAM inuocaret, tanta fiducia utrumque protulit nomen, vt angeli uocem uiderentur sibi audire.* Anno 1588. Brunæ in Morauia, *mulier erat in Nosocomio aterrima diaboli oppugnatione sic oppressa, vt nunc aquis sibi uitam extinguere, nunc cultro, quem gnatus necandi porrigebat in manus, eripere molirentur, prohibentibus cunctis qui erant in valetudinario: post illam triennij uexationem apoplexia corripitur, obligatione lingua loquendi usu adempto: mittitur ad nostros, ut pro concione populi preces efflagitent: & exoratũ fuisse Deum, solutus primum lingua nodus, deinde animæ, post sacram confessionem peractam, effendit.* Hector Boethus quoque Scotorum res describens *lib. 8.* In Marrea regione testatur se ab ijs qui conspexerant accepisse, quod eius uerbis adscribam; *Puella Natalibus altis forma conspicua, complurium nobilium auersata connubium in nefandam cum dæmone incidit consuetudinem; quæ cum uterum ferret, parentum rigore coacta edere stupratorẽ, adolescentem mira pulchritudine frequentius secum noctu, interdiu nonnunquam conuenisse: unde uenisset, quoue abiisset, nescire se, respondit. Parentes, tametsi filiæ parum crederent, accuratius rem aduertentes, consilio, quis esset qui gnata expugnasset pudicitiam, explorandi: cognito tertio post die indicet ancillæ stupratorem adesse retusis foribus, accenso thedarum ingẽti numero, cubiculũ ingressi, horrẽdum monstrũ, figura supra humanũ existimatione terribile, in filia amplexibus iunctum conspicati. Cucurrere ocyus cõplures ad fœdũ excitati spectaculum. Inter eos sacerdos probata uitæ, sacra disciplinæ non ignarus, cæteris aut trepidè abeuntibus, aut pauore terræ illisis, cum Christi Apostoli Ioannis euangelij initium recitare orsus, ad eum locum, VERBVM CARO FACTVM EST, perduxisset; malus dæmon horrendo sublato clamore, cubiculi tectum secum asportans, omnis supellectili incensa abijt. Femina periculo seruata, enixa est monstrum undequaque fœdum aspectu, quale nusquam unten (vt ferunt) inter nostræ ætatis uisum. Id obstetrices, ne obseruatum contumelia esset familiæ, accensa ingenti pyra citissimè concremarunt.* Idem paullo ante docuit dæmonem quoq; succubam orationefugatum. *In Gareetha (inquit) regione, uico quatuordecim uiæ passuum millibus ab Aberdonia, adolescens multa formositate, coram Aberdonensi Antistite quæsitus est palam, sese à dæmone succuba (ut dicunt) gratissima omnium quæ uidisset forma, multis antea mensibus infestatum, eandem occlusis foribus noctu ad se ingredi, blanditijs in sui amplexus compellere: dubia luce abire, sine strepitu penè: nullo se posse modo, cum plures*

Universidad de Deusto Biblioteca

attentasset, à tanta ac tam turpi uesania liberare. Iubet continuo optimus Episcopus adolescentem alio se conferre, & ut Christiana religione magis laudatis ieiunijs & orationibus plus solito accommodaret animum: fore ut pijs operibus intento victus encoëdrium tandem esset terga daturus. Euenit adolescenti, salubre consilium religiose exsecuto, paucos post dies ut venerandus Antistes erat præfatus.

In litteris Iaponicis anni 1569. ita scribitur; *Multis in locis Bungensis regni, ubi quidam erãt ab hoste humani generis obsessi, Christiani facto conuentu sola recitatione Dominicæ orationis & salutationis Angelicæ clara uoce instituta, dæmonem sæpe repulerunt.* De *oratione* notior res, *a* in confesso est etiã hæreticis: sed qualis ista esse debeat, non æquè. Inprimis maximè saluratè esse communem Ecclesiæ orationẽ Patrũ testimonijs cõstat, Chrysostomi, Augustini, aliorumq; *b* deinde & priuatã hominũ Sanctorũ, vt cõfirmat Glycas, Eugyppius, & Metaphrastes. e si quæras quid orandũ? præcipua dignitas & efficacitas est, *symboli Apostolici & orationis Dominicæ*, nõ modo ex Canonũ præscripto. sed & veteris æui nostriq; experientia, vt docet multis D. Augustinus *lib. 2. de symbolo ad Catechumenos c. 1.* & *lib. de utilitat. cred. cap. 12.* exẽplis astruit Nicol. Remigius *lib. 1. dæmonolatr. l. 6. ca. 28. c. 13.* & *lib. 2. c. 4.* Nec dubito proximã his facere, *Salutationem Angelicã*, eiusque iterationem illam ad orarios globulos, quã *Rosarium* appellamus; cui licet Heidelbergensis aliquis anonymus *d* suum bimonstre partũ *d'vtero Ianua. Metaphrast. in uita S. Auxentij Abba. d Fran. Irenium ferunt fuisse: sed incerta fama.*

a Tobiæ 6. & 8. Matth. 20.

b D. Chrysost. hom. 3. de incomprehensib. Dei Natura Aug. li. 22. de ciu. Dei. c. 8. Theodoretus li. 4. Hist. Eccles. cap. 21. Socr. l. 6. ca. 28. Glycas p. 4. Annal. f. 354 Eugyp. in uita S. Severini mense Ianua.

c Glycas p. 4. Annal. f. 354 Eugyp. in uita S. Severini mense Ianua.

d Irenium ferunt fuisse: sed incerta fama.

In litteris Lud. Frois è Iaponia scriptis anno 1569. hæc narratio exstat, Moguntiæ his verbis Latinè excusa, fol. 179. *Nobilis quidam homo, olim magna auctoritate in hoc regno Fungano pollens, baptizabat filiam matrimonio cum gentili copulatã, cuius mater eũ tota familia quoque erat gentilis; nullus erat Christianus nisi dictus nobilis, vir bonus & religiosus. Accidit filiã ejus improuiso infirmari, & quadam intra sex dies vsq; ad mortẽ: quidã aiebãt à dæmone obsessam, propterea quod tã fœdos & insolitos gestus ederet, vt aqua duabus vel tribus hominibus teneri posset. Maritus & socer implorarũt opẽ Bonzi iuxta suos illi ritibus & nugis superstitiosis ne hilã quidem eã iuuare potuere. Verum quia femina impẽdebat mors, certiore reddidere eius parentem, octodecim milliaribus inde disiunctum. Is celerrimè aduolat, inuenit filiã quidẽ spirantem, sed mentis impotẽ, vt patrem suum non agnosceret. Pater illico manus ad cælum mouit, orationem Dominicam & salutationẽ Angelicam aggreditur pronunciare: femina interim nihil mutatur, sed horribiliores primùm gestus, q̃s prius edit, vt à multis teneri vix posset. Pater redit ad præsidium rosarij, eo verberat virginem filiã dicens: tu videre mihi dæmon aliquis, excede ex hoc corpore. Et respondit dæmon: non excedam. Pater, vt erat homo virtute præstans, rosarium injecit in eius collum, dicens: odis nolis, excedes. Tum dæmon: Tollite, inquit, rosarium, quia adfeindit mihi collũ, & tunc recessero. Respondit pater, minimè tollã, immo funes quosdã arripiens, minatus est se eũ diuerberaturũ: & sic dæmon excessit.* &c.

En quid in Indijs rosaria per Iesuitas inducta. Subiamnat tamen falsus poeta verbosissima Elegia cõra Iesuitas, q̃ ipse primũ Parisijs, post Lugduni Batauiæ iuuenculus quidã *in Odaporico* edidit. Quot doctissimorũ poetarũ de Societate IESV edita testimonia de gestis in India & perlatis ardore fidei, possent opponi hupero isti poetæ? quẽ etsi miret tam calide, Patris sui, viri optimi, clarissimi, laudatissimi Iustitiæ Sacerdotis, iudicium dãnare, vt, nescio quibus, placeat; miror tamẽ minus, quia vix est vt Iesuitæ talibus ambiguæ fidei hominibus placere possint. dici solet lupũ benevolum esse canibus gregarijs nõ pastoribus. fors etiam id à quoda insito petulantis bilis vitio cacoethes natũ. Quibus Archilochus ille, seu Hipponax, pepercit? lege quæ olim Cæsaro duni Turonum edita. Mittam quę in Hispaniæ Regem, *a* Sabaudiæ ducem, *b* & MARIAM STVARDAM laudatissimam fœminam & Scotiæ Reginam fidei causſa capite truncatam, *c* virulentissimè, & calumniosissimè chartis illeuit. uide quid de sua ipse patria? *d*

a fol. 28 pa. 2.

b fol. 9. p. 1.

c fol. 23. & 27.

d fol. 4. pag. 2. Electa haut. ex libro Epithanorũ Germin. Auct. Thuan. Exeuy.

Musarumq; tribunal
Quondam, cara Lutetia,
Nunc spelunca Cyclopum, arx Polyphemia,
Antri latebra. Antiphatæ teges,
Et Lastrygonis antrum,
Bebrycisq; Amycis specus.

ò pium filium; quid de cunctis religiosis ordinibus? sic ait fol. 27. p. 2.

. . . scelera & examina mille
Monstrasq; sub rigida latitantia barbacucullo.
Virtutum tegmine locoq; sibi sumere nomen:
Demiq; profitebatur, & famea impietatis asylum,
Nostra Deitatem fallam per crimina templa.

Sed dicat se forte malos tãtum perstringere; Erasmi & commune maledicorum refugium hoc semper vnicũ fuit. Quid de ipsa Romana fide? fol. 6. pag. 1.

. . . luimus nocentis
Crimina Romæ.
Improbos mores, & adulterinos
Numinis cultus, tragicasq; fraudes
Odit, & totum Deus vltor armis
Concutit orbem

Ergo Romanæ Ecclesiæ ritus colendi Numinis huic sunt adulterini? eorum crocitatu, ranam coaxatu; Caluinistam uerbis, agnoscas. Ne dubita; dabit plura indicia. Quid enim de Pontifice Maximo? liberalissimus est conuiciator, non uno symbolo contentus. primũ pa. 2. fol. 3. ore blasphemo euomit non in vnũ, sed in multos, ut pestilẽs ructus latius diffundatur; sequẽtia:

Tu septifrontis comma bellua;
Et quicquid audent hinc socer, hinc gener;
Huiusq; debellare sæcli
Monstra pijs inimica natus.

Alloquitur eũ, qui tum adhuc Caluinianus, & capiti Ecclesiæ conuitiũ Caluinianum de Apocalyptica bellua ingerit; & Catholicos Principes *huius sæculi monstra* uocat *inimica pijs*. qui *pij* isti? nonne hæretici quotannis in Bulla Cœnæ Domini excommunicari soliti? sed pergit fol. 6. pag. 1. linguam sacrilegam in Cælum armare, dum canit;

frustrà pandet aperta
Cœli templa uicarius
Vanis pollicitis callidus artifex
Vulgi stulta leuis pascere pectora.

Per sarcasmum uocat, *Cæli uicarium*; qui uerè talis, Dei gerẽs locũ in terris: Petri successor. cetera de Indulgentijs hæreticum cor poetæ huius manifestant. Nondum finis blasphemiarum. fol. 28. pag. 1.

. . . licet inuida contra
Bellua Vaticana fremat.

Bellua nunc, qui paullò ante cæli uicarius. facile tamen antilogiam expedio. illud ironicè abste, hoc serio dictum. ò merito uteroque linguam eradicandam. Non contentus in solum Pontificem Max. incurrisse, fædè male dicit Purpurato concilio, & toti Senatui Vrbis æternæ. nam subdit,

Romanumq; apicem pulsis tibi Roma cinædis
Restituat, ciuisque tuos, frisceumque Senatum.

Quid tu fies nescio, Deus scit. Nullus uir probus talia uiris talibus objiciat, scio. Optas etiam idololatriã, & Paganismum Romam reduci? parcior Symmachus, qui retinere conabatur: modestior Gentilis, qui conuitijs abstinebat. Quid his tam maledicis, tam uirulentis queat adijci? vnum est, ut

orbem ferè totum, qui Catholicus, loligine suo perfundat fo.29. vnico districho, inuoluit.

Ad prædam acciti (nam sat Lotharingia non est
Vna) Quirinalis prædo, Sabaudus, Iber.

Multum remisisti de iniuria, qui ex *septifronti vaticana bellua* saltem hominem, licet improbum, nempe *prædonem* fecisti *Quirinalem*. Et cum hæc scripseris, cùm hæc in lucem Turonis emiseris, audes oculos in cœlum tollere? putas te latere posse, vel tam sceleros versiculos ætatem laturos speras? Qui parcas paruulæ Societati, qui talibus Principibus, qui vrbi æternæ; qui patriæ tuæ, qui fidei Catholicæ ritibus; qui Dei vicario non pepercisti? ringere, freme, frende, spuma. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Non ego tuam illam elumbem elegiam flagellabo, non tanti est. non quisquam tibi respondebit. conuitiandi palmam retineto. Considerabunt Antistites Catholici (ceteros non moramur, quibus laus est displicere) quid aut quantum tam virulentæ, tam impudenti caluniandi licentiæ sit credêdum, quo camo & fræno tales maxillæ coercendæ; quib. petulantia tam noxia sit Ecclesiasticæ disciplinæ flagellis vindicanda. Quibus mentes rectè stant, nondumque odio, inuidia, hæresi deuiarunt, credent potius Læuino Torrentio Episcopo Antuerpiensi *in odis*, credent Petro Angelio Bargæo *Syriades lib.6.* poetis clarissimis, credent Frederico Iametio, credent Iusto Lipsio (cui hac in re quoq; te foret æquum credere) credent aliis viris eruditione, pietate, & sapientia ornatissimis; quorũ exstant elogia tuis conuitiis contraria; quę possẽ hic tuis opposita repræsentare: sed nec tu tanti, nec me sinit uerecundia, nec defensoribus istis veritas eget. Quod ille dicebat in tragædia.

Virtus Vlyssis nota Danais est satis,
Nimisq; Phrygibus.

Id tibi dictũ puta. Danaos esse bonos & Catholicos, Phrygas Caluinianos & Atheos. Virtutem Dei quæ se hominum nostrorum labore, studio, industria, per quatuor orbis plagas exeruit; (Deo sit laus & gloria) tibi tuique similibus inuidiosam potius, quã ignoram aut imitatu facilem esse. Sed non uacat pluribus diem verbis conterere: ut anchoras legam, monet me institutum, ad quod redeo.

De recitatione AVE MARIA, & SALVE REGINA multa poteris (si lubet) exempla reperire apud Cantipratensem *lib.2.Boni uniuersalis ferè toto cap.29.*

Nõ dissimile illi Fingano, apparuit in eiusdem Iaponiæ insula Scichina, *quod ibid.fol.195.narratur*, de virtute Litaniarum; Mos est operariorum illius ditionis tempore pluuio, vasis aquam excipere, qua sudo cælo irrigare possint hortos & agros. Quoniã uerò aliquando contigit (*haut dubiè maleficio dæmonis*) vasa, licet plena, nullam reddere, etiam post impedimenta omnia remota, aquam; vocarũt veneficum, qui suis ritibus diabolicis, & inuocationibus superstitiosis effecit, ut defluxerit idq; in multos annos perduraut. (*En maleficium maleficio pulsum*) Hoc verò anno cùm rustici in Beatissimæ virginis confraternitatem adscripti essent, & anteactæ vitæ lapsus erroresque cum dolore animi patefecissent: ac flato tẽpore ad excipiendam aquã necessariã reuersi, animaduerterent more suo nõ defluere: (*en tertiam fraudem dæmonis ita vim aquam sistentis, vt iterum ueneficus adiretur*) nonnam amplius ad magos, sed ad Ecclesiam confugere, certioremq; ea de re fecerunt senem quendam optimum Christianum, qui in Ecclesia Futaiana solus diù omnium fidelium personam sustinuerat; eumque etiam atque etiam rogarunt, vt ipse preces aliquas supra uas aquæ recitaret: se rã Magicis superstitionibus nuncium remisisse. Senex purgauit se quantum potuit, & re considerata secum in hũc modum est ratiocinatus. Si aqua Deo annuente fluxerit, Christiani fortiores, robustioresque in fide reddentur: si a ob mea peccata non fluxerit, multi in fide refrigescent, & pluris faciẽt fraudes, & veneficia Satanæ, quam ritus & preces sacras. Tandem tamen existimauit eorum voto satisfaciendũ multisque eo loco Christianis comitantibus ad locum contendit, & primum flexis genibus *Litanias de Sanctis*, deinde *Symbolum Apostolicum* recitauit, ac mox nulla difficultate aqua per canalem effluxit. Igitur his addenda Catholica *Litaniarum* recitatio. Volunt nonnulli etiam a Claudiano Mamerto hoc remedium institutum cum Viẽnenses in Gallia horribiliter a dæmonibus diuexarentur. Vnde Mãcuanus in 4. Fastorum.

Vrbs sedet ad Rhodanum, Galli dixere Viẽnam;
Quæ tulit aduersos casus, pastore Mamerto,
Et longum vexata fuit. num fulmine crebro
Arsit, & horrificis terrarum motibus arua
Scissa dehiscebant, vimis penetrantibus vsque
Ad stygios amnes, vbi sunt Iouis antra profundi:
Adde lupos, qui Tartareis agitantibus umbris
In furias acti, ne dum iumenta per agros,
Audebant laniare homines & in vrbibus ipsis.
Casibus his perculsi omnes, diuina coacti
Quærere subsidia; & Diuos excire precando.
Hinc traxit Litanea ortum: transiuit in omnes
Religio similis paruo post tempore gentes.

Exstant Litaniarum uaria genera, in libro, quem P. Thomas Salius collegit; sed plures longè in eo, qui Monachij excusus curante *Serenissimo VVilhelmo Bauariæ Duce*; qui hoc æuo Caroli V. Imp. exemplũ imitatus, curis Principalib. filio relictis, totum se pietatis studio addixit. reb. alijs sapientissimè gestis, hunc feliciter omnib. laudatissimũ addens colophonem; gnarus, quid illud vnum porrò ne cessarium, & quę pars melior esset eligenda. Ceterũ Litania olim tum contra cetera mala oĩa tum nominatim contra ludificationes & vexationes dæmonum, semper utilissima fuit, a ut plurimis testimonijs & argumẽtis egregiè probauit ex nostris Nic. Serrarius, erudita sua Disputatione de Litanijs, Herbipoli edita: cuius etiam sunt illæ aliæ piæ & eruditæ Litaniæ de Sacrosanctа Trinitate, nõ semel iam excusæ. De hoc remedio trium satisfactoriorum operum non, pauca nec leuiter Tyræus *p.3.de locis infestis.cap.66.*

SEXTVM est inuocatio deuota nominis *Saluatoris IESV*, vel *Christi*, vel B. *Deiparæ uirginis*, vel petita opitulatio ab *angelo custode*. De *Saluatoris nomine* docẽt uetustissimi quique Ecclesiastici scriptores, tam constanter, tam frequẽter vt putidum sit verba eorũ hic coacerware. b Tot etiam exempla reperiuntur efficacitatis, ut fastidiũ mihi lectoris cauendum potius, quàm quęrendi labor sit subeundus. Indicabo loca, vn de qui uolet petat. *recens vnũ refert Anania lib.4.de Natura dæmon. fol. 152. vetustiora duo de B. Auxentio in eius uita Metaphrast. aliud auctor uitæ S. Euthrasiæ virg. mẽse Martio; aliud de S. Theodoro archymandrita Grego. presbyter. 22. April. apud Surium, et apud eundem alia quinque uel sex; to.4.pag. 154. & 513. to.5. pag. 827. & 892. tom.6. p.671. tom.7.pag.567. uide præterea Gretzerum libr.3.de Sancta cruce capitul.27.* & egregium exemplum illud, quod superius litt. R. retuli de Mussipontano iuuene. De *B. Virgine* docet exemplum illud notum Theophili, de quo præter alios egit Honorius Augustodunẽsis, in *Sigillo Mariæ*; & nobilis cuiusdã Eburonici, de quo ex Cæsario egimus *lib.2.* & addi potest exemplũ nobilis puellæ quod *ex Meri lib.1.Dialo.c.16.* narrat Bredenbachius *lib.2.c.27.* itẽ quod narrauit *tom.2.pag.55. A.* De *Angeli custodis* ope testis est *lib.6 contra Celsum ubi eius XIIX. calumniam exagitat.* & de eadẽ satis clarè Paullinus *in uita* S. Ambrosij; & de eadem ope satis clara, etsi nõ petita, capio miram narrationem Salisberiensis

a *uide Io. Diaco.li.4. uitæ D.Gregor.c.93.et Sigiber.an. 858. Iacotum Rabũ libr. contra Marbac.ca. 26. Eisingrium li. de exorcismo Oetingensi. Thyræum de dæmonia.p. 8.nu. 654.*

b *D.Iustin. aduers.Tryphon. Orig. lib.1.contra Cels. Tertul. de corona militi. ad Scapulam, et in apolog. Cypriã aduers. Demetria. D. Athanas. de incarnatione uerbi, Climacus grad. 20. IESV* nomine cędi inimicos: neq; .n. in cœlo aut in terra potẽtiora sunt arma.

berienſis *li.2.polycra.cap.* 11. his uerbis; *Dum puer vt pſalmos addiſcerem Sacerdoti traditus eſſem, qui ſortè ſpeculariam magicã exercebat; contigit vt me, & paullò grandiuſculum puerum, præmiſſis quibuſdam maleficijs, pro pedibus ſuis ſedentes ad ſpecularia ſacrilegium applicaret, vt in vnguibus ſacro neſcio oleo an chryſmate delibutis, vel in exterſo & leuigato corpore peluis, quod quærebat, noſtro manifeſtaretur iudicio. Cùm itaque prædictis nominibus, quæ ipſo horrore, licet puerulus eſſem, dæmonum uidebantur, & præmiſſis adiurationib. quas Deo auctore neſcio, ſo eius meus ſe neſcio quas imagines tenues tamen & nebuloſas, videre indicaſſet: ego quidẽ ad illud ita cæcus exſtiti, vt nihil mihi appareret niſi vnguis & peluis, & cetera quæ antea noueram. Exinde ergo ad huiuſmodi inuitis indicatus ſum, &c. quaſi qui ſacrilegia hæc impedirem, ne ad talia accederem condemnatus. Et quoties rem hanc exercere decreuerant, ego quaſi totius diuinationis impedimentum arcebar. ſic mihi in ea ætate propitiatus eſt Dominus (vtique arbitror per Angelum cuſtodem: ſed addit.) Cùm verò paululum proceſſiſſem, & flagitium hoc magis & magis exhorrui. & eò fortiùs confirmatus eſt horror meus, quòd cùm multos tunc nouerim, omnes antequam deficerent, aut defectu naturæ, aut manu hoſtili, beneficio luminis orbatos uidi, ut cetera incommoda taceam, quibus in conſpectu meo a Domino aut proſtrati, aut perturbati ſunt, exceptis duobus, Sacerdote uidelicet, quẽ præmiſi, & Diacono quodam; qui ſpeculariorum videntes plagam, effugerunt. alter ad ſinum canonicæ, alter ad portum cellulæ Cluniacenſis ſacris ueſtibus inſigniti. Eoſdem tamen præceteris in congregationibus ſuis aduerſa plurima poſtmodum perpeſſos eſſe miſertus ſum.* De implorata uero & impetrata eiuſdem cuſtodis Angeli ope teſtis eſt S. Golauduch, cuius mentio apud eius coætaneum Euagrium; [a] ſed quod adſcribam, apud eum non habetur, ſed ex Stephano Hierapolitano retulit Nicephorus *Hiſtor. lib.18.capit.* 25. eam grauiſſimè variis Perſicorum Magorum verberibus, cruciatibuſque affectam; ſemper abſque ullo medicinæ præſidio, angeli ductoris opera ſanatam fuiſſe. Quæ ad vtrumque, Angeli nempe, & Dei genitricis ſimul auxilium apprimè pertineat, dabo narrationem aliam, certa torius Luſitaniæ traditione notiſſimã, & a rerum D. Dominici Ordinis Hiſtoriographo Ferdinãdo del Caſtillo memoriæ proditam, *1.p. Hiſt. Gener. ordi. predicator. lib.2.c.72. ut ex eo refert Alph Villegas Flor. Sanct. p.3 uita.* 173. Boncela municipium Conimbricenſe eſt; ibi nobilib. parentib. natus quidã Ægidius. hic, vix dum adoleſcens, induſtria & fauore tres Canonicatus & Prioratum vnum adeptus, omni uitio diffluebat, nõ indoctus humaniorum litterarum, & philoſophiæ, & medicinæ; cui, quam ſibi oportuniorem ad nequitiam rebatur, totũ ſe dare. & Lutetiam eius addiſcendæ cauſa cùm cogitaret, iter aggreſſus dæmonem obuium humana in ſpecie habuit. Malus ille viæ comes, a noto ſibi ſed ignotus, paulatim uaria quærere. ut audiuit profectionis cõſilium, quio tu (inquit) ne potius audis. ſcientiam indicabo, quæ & adeptu facilis, & uſu præcipua ad dignitates voluptateſque; ipſius etiam, quã ſitis, medicinæ ſumma perfectio eſt. Necromantiam dico. dixit & perſuaſit, abducit Ægidium, & adducit in vaſtum ſpecum, propè Toletanam ciuitatem. ibi occurrere læti, & excepere uenientem uiri, dæmoneſque humana effigie. itur in ſpecum. exigitur nõ ſecreti tantum, ſed & ligiæ fidei ſiue homagij perpetui Sacramentum. uolens adigitur, & ſcedula proprio conſignata cruore, promiſſum cõfirmat. Septennio illic tetris artibus, & caliginoſa ſcientia imbuitur. poſt Lutetiam profectus, miros breui inter Hippocratis ſectatores progreſſus facit, & Doctoratus laureã adeptus: gliſcebant enormia magis magiſque peccata: ruebat de ſcelere in ſcelus: ambiguum erat, fama eruditionis, an nequitiæ infamia maior. Sed, ò Dei bonitatem; vi, quem lenitate nequiuerat, ſtatuit trahere. Ecce tibi equitem hoplomachum, lanceam uibratem, & intentantem miſero, irato vultu, minaci voce clamantem: *Vitam hanc moreſque deſere, ad frugem reuertere.* Subitus Ægidiũ terror occupauit, ſed ueloci mora cum terrore inſitutum priſtinum diſplicere deſiit. ad volutabrum luti reuerſo, poſt triduum idem ille eques iam terribilior nõ ſolum minatur, eadem verba repetens de mutando vitæ inſtituto ſed lanceam pectori infigit, & vulnus, etſi non graue, imponit. Fractus animo noſter: *Dedo,* inquam, *me, faciam Domine quicquid iuſſeris.* Saulum diceres in terram deiectum. Statuit ſeriò, ſe totũ Deo dicare, & quo intus impelli ſe ſentiebat (vrgẽte, ſic opinor, angelo cuſtode, qui apparuerat) religioſæ alicuius inſtituto familiæ ſe addicere. Hoc animo Luſitaniã repetens, dum per Pallentiam iter habet, vbi tum Monachi Dominicani monaſterium moliebantur; ſubit cupido cernendi operis. vidit viros ſanctitate & eruditione claros, quoſdã etiam viribus & ætate defectos, delicatè olim nutritos, calcem ſubigere, ligna dolare, lapides parare, & onera humeris portare; ſumma lętitia & alacritate. Optat ſe illis iungere, petit inſtanter admitti, impetrat. Tirocinio defungitur, magna ſpe Sãctitatis futuræ excitata poſt aliquot annos miſſus Santarenũ in Luſitaniam, ibi creſcebãt oratione, & victoria ſui. Vnus angebat ſcrupulus, quòd penes dæmonem hæreret ſcedula illa obſcæna, & inteſtabilis. igitur ardentius Reginæ cælorum ſe commendabat, mali huius remediũ aliquod poſtulabat, non ſine lacrymarum imbre, & continuo ſuſpiriorũ concentu. Quid neget miſericordiæ Mater ſic poſtulãti? Die quadã, cum in ſacello templi prolixius oraret, apparuit illi dæmõ formidabili aſpectu, deteriore vlulatu, conuicio facit, & præſtitam fidẽ, acceptaque beneficia petulanter exprobrat. tandẽ poſt multa minaciter, & proteruè, & impotenter obiecta. *faxo* (inquit) *huius te monachiſmi, & vio lentiæ quæ me tibi ſyngraphã hanc cogit reſtituere, nũquã ſatis pœniteat.* ſimul abijcit eũ ad pedes Ægidij, & videri deſiit. Ægidius chartulã accipit, & lacerat minutim. Nec vanæ dæmonis minæ fuere. admirandis illũ modis plus ſeptennio poſtea vexauit. mitto vexationes alias. aſſumebat monachi cuiuſdã qui in eodem degebat monaſterio ſimilitudinẽ, & nihil non, quod excogitari inter domeſticos poſſet, moleſtiæ Ægidio inferebat. patiebat hic, ſed tandẽ dolens malitiam illã ſerpere; & fratrem, vt putabat, illum, Deũ ſic ſemper offendere; rem defert priori, & petit alio mitti, cauſamque aperit. accerſito fratre, deprehenſus calũniator; & inſolens ab aliis, ſolitus ab Ægidio vinci, deſijt victori negotiũ faceſſere. Viuus tandem clarus multis non virtutibus tantum, raptibuſque; ſed & miraculis varijs, anno 1265. mundo denaſcitur, vt cælo naſceretur. ſepultus Santareni, vt ſanctus colit Habetis & Deiparæ virginis vno in exemplo efficaciſſimum contra dæmones præſidium, & (quæ dixi alijs locis) præterea de ſcholis Magicis Hiſpaniæ, [a] de homagio præſtando [b] & chirographo cruento, [c] de repræſentandis innoxijs, [d] de apparitione dæmonum & etiam angelorum. [e] Ioannes Molinetus [f] narrat Energumenarum illarum Quercetenſiũ, de quibus egi non ſemel, poſſeſſores dæmones inter cetera quæſtos; ſibi à *Miſericordiæ matre* manubias animarũ plurimas quot die eripi, nec non ab illo gigante pueri baiuſo, & ab alia rotæ, & alia turris geſtatrice. ſic enim illos ſacratis *Mariæ Criſtophori, Catharinæ, & Barbaræ* nominibus abſtinentes, ad Eccleſiaſticam picturam alluſiſſe.

Quid verò prohibet me, PATRONAE virginis DEIPARAE memoriam & veneratione, alia quoque certiſſima narratione recolere, vt quã efficax ſemper eius inuocatio contra tartareã tyrannidem fuerit Lectores intelligant? Horatius Turſellinus Hiſtoriæ Lauretanæ ſcriptor, pari elegãtia & fide, rẽ geſtã proponit: [g] *aluũ porro inuenem Lauretana virginis tutela ſeruauit, quem in præceptem locum libido inſana protexerat. Hic, ut erat proiecta cupiditatis audaciaque, in vetitas ſe effuderat voluptates. Expugnato multarum matrũ familias pudore, immodico cuiuſdam mulieris amore flagrabat: qua cũ nec prece, nec precio, nec vi, dolone potiri liceret: vltima experiri ſtatuit. Igitur conciliatum magicis cõtionibus dæmonem*

[a] *lib.6.cap. 39.*

[a] *li.2.q.1.* [b] *libr.2.q.* 4. [c] *li.2.q 12. num.* 5. [d] *libr.2.q. 27. ſect. 2.* [e] *libr.2.q. 26. ſect.* 3. [f] *Chr.Belgia anno* 1490. [g] *libr.4.ca* 33.

nem rogitat, vt se voti cõpotem faciat, ad omnia se descendere parvitum ostendens, si eo, quod expeteret, fruretur. Diaboli ergo iussu a Christo deficit; seque totum illi dedit, traditque. Super hac omnia iurat conceptis ab illo verbis, & chyrographo suam obstringit fidem: vsque eo impuras mentes voluptatis amor excæcat. Cæterum, at potius est, quod cupierat; fecit, vt sit, fastidium copia, & celesti luce obvia, magnitudinem sceleris sui sera æstimatione perpendit. Ergo postquam animum curis anxium pœnitentia subijt, ad venia spem erectus, cæleste opem spectare, Deum Deique parentem implorare cœpit. Inter hæc occurrit animo virgo Lauretana, eiusque ædis Sacerdotes amplissima facinorum expiandorum authoritate præditi. Protinus Deo authore ac duce Lauretum petit, haud dubius quin inibi esset tantis malis remedium inuenturus. Nec sua illum frustrata spes. Lauretum vt venit, Sacerdotem idoneum nactus, re omni exposita consulit, ecquia sibi spes sit reliqua salutis. Ille primò sceleris atrocitate exterritus pauluisper hæsit: deinde immanitate facinoris demonstrata ita spem illi salutis ostendit, si precibus, ieiunijs, voluntariaque corporis vexatione Deum placare pœnitus insisteret. Cùm ille nihil omnino pœnarum recusaret; promisit Sacerdos si imperata faciesset, se facilem aurem ei daturum, & tantum piaculum Deo propitio vtique expiaturum. In digressu hominem monet, vt per triduum ieiunio, cilicio, flagris corpus afflictet, B. Virginis opem imploraret, per eam a Deo veniam expoſcat: se eadem triduo rem diuinam pro ipsius incolumitate facturũ. Et vtrinque exstitit fides. Ita triduo extracto, sacerdos optimum patus est ante absolutionem chyrographum à dæmone extorqueri, ne quid omninò iuris in illum haberet. Proinde hominem ab se dimittit monitum, vt angustissimũ sacellum ingressus precibus lacrymisque Deiparam vsque eo fatigaret, dum chyrographum à diabolo extortum reciperet. Morem gerit ille, suæ salutis, securitatisque auidus, haud dubia spe, id se deprecatione Deiparæ virginis imperare posse. Ergo prostrato ante Virginem corpore, lacrymans obnixè eam precatur, vt recepto illo nefario chyrographo, saluti incolumitatique suæ consulat. Tum celeri ingenti miraculo cõpos voti efficitur. Versiculos illos ex animo iterabat; MONSTRA TE ESSE MATREM. SVMAT PER TE PRECES, QVI PRO NOBIS NATVS, TVLIT ESSE TVVS. Talia precatus subito chyrographum in manus suas delapsum conspicit. Itaque vix sibimet ex inopinato gaudio credens, integrato fletu grates Virgini enixius agit. Inde sacello egressus, lætitia exultans ad Sacerdotem accurrit: receptum Deiparæ beneficio scriptum ostendit. Id erat tot tantisque in Christum, atque in ipsum qui scripserat, diris & execrationibus refertum, vt facile appareret, a sempiterno humani generis hoste dictatum. Verumtamen tantum vinculum omni diabolica fraude potentiorus diuina dissoluit; ita deuotum illud inferis caput, Deiparæ benignitate asseritur in libertatem filiorum Dei: ne quisquam omnino quamuis facinorosus, acperditus, si modò ipse perire nolit, de sua salute desperet, neuenì quam in dubium veniat Dei clementia, quæ vltrò MATREM suam rei PATRONAM dederit ad salutem. Hoc exemplum gratius futurum spero, eo quòd simul praxin quandam iuxta rutam & facilem Confessarijs, pœnitentibusque proponat; cuius normam ductumque in similibus admodum perplexis consultationibus imitari possint: quod libri huius sexti institutum vel maximè flagitabat, a me non præteriri. Alia duo valdè illustria refert Cæsar. miraculor. libr. sexto capitul. 26. & 27. ex quibus quam efficax contra dæmonum præstigias remedium sit, nominis MARIAE deuota cum fide pronunciatio, clarissimè videtur. Alia suggerit Historia miraculorum B. Virginis montis serrati, in qua multi traduntur dæmonum tyrannide, quibus se deuouerant, consecratæ B. Virgini, & eius imagine insignitæ candelæ partim solo aspectu, *vt narratum Mirac.* 150. *fol.* 138. partim contactu, *vt miraculo* 172. *fol.* 147. & *miraculo* 237. *fol.* 215. partim sola inuocatione S. nominis & petitione auxilii, vt *miraculo.* 45. *fol.* 60. partim promissa ad hanc ædem sacram peregrinatione, vt miraculo 289. *folio* 256. liberati. sed claudat hunc S. sanctus uir, & bonus poeta Prudentius de sacratissimæ Dei genitricis contra dæmonas potestate agens; Cathemer. hymn. 3.

Auctor & ipse doli coluber
Plectitur improbus, vt mulier
Colla trilinguia calce terat:
Sic coluber muliebre solum
Suspicit, atque virum mulier.
Ecce venit noua progenies,
Aethere proditus alter homo,
Non luteus, velut ille prior:
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corporisque ferens vitijs.
Fit caro vincula sermo Patris:
Numine quem vtilante grauis
Non thalamo, neque iure tori,
Nec genialibus illecebris,
Intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modò cernua femineis
Vipera peteritur pedibus.
Edere namq; Deum merita
Omnia virgo venena domat:
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger remomit
Gramine concolor in viridi.
Quæ feritas modò non trepidat
Territa de grege candidulo?
Impauidas lupus inter oues
Tristis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat,
Exagitansque truces aquilas
Per iuga nubila, perque notos
Sidere lapsa columba fugat.
Tu mihi Christi columba potis,
Sanguine passi cui cedit anis;
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Sub iuga tigridis ora premens.

SEPTIMVM, est *signaculum Sanctæ crucis*; de cuius præconijs liber esset solidus contexendus ex Sanctorum Patrum scriptis, & rerum gestarum exẽplis. *Vide D. Cyprianum serm. de passione Christi, Origenem lib. 3. in Iob, Lactant. li. 4. cap. 24. D. Antonium, apud Athanasium, ipsum D. Athanasium de Incarnat. verbi:* (*vt ait*: signum crucis tollit omnem Magiam.) *D. Greg. Nazianz. orat. 1. in Iulian. & ad Nemesium. D. Chrysost. hom. 8. in epist. ad Coloss. & homil. 50. in Matthæ. D. Cyrill. Catech. 4. de ascens. Nissenum in vita Taumaturgi. Hieronymum in vita S. Hilarionis. Augustinum lib. 2. de symbolo ad Catechum. & serm. 81. de temp. Theodoretum in vita Macedonij, & lib. 3. hist. c. 3. & lib. 5. ca. 21. D. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 10. Ioann. Diaconum lib. 2. vitæ D. Greg. c. vlt. Thomã Cantiprat. lib. 2. cap. 57. a part. 34.* apud quos exstant memoria dignissimę de hac re historiæ; nec minus illustres aliæ, vna de incendio sæuissimo quod Rhemis Diabolus excitarat, & S. Remigius signo crucis exstinxit, habet Hincmarus *in eius vita.* aliud de B. Vedasto qui crucis signo maleficium aliud aboleuit, teste Albino Flacco historico vitæ eius; eodem dæmonibus prævaluit signo D. Auxentius, teste Metaphraste: vt & S. Albinus teste Fortunato, & S. Suibertus teste Marcellino; & B. Caluppanus, teste D. Gregorio Turonẽsi, qui memoria dignum rem narrat, *a* vt & de S. Niceta Theocteristus eius discipulus apud Metaphrastrem in Aprili; & de B. Vincentio Ferrerio Rauzanus; *b* & de Eutychio Patriarcha Eustathius eius discipulus: qui & signum crucis vocat *telum dæmonib. formidabile.* hoc signo Macarius Parriarcha Antiochenus in Bauaria morbos pepulit, Mechliniæ incendium exstinxit, Tornaci seditionem compescuit, ut tradidit Anonymus, *in eius vita*, qui ante quingentos annos scripsit. benedictione huius signi Theodorus archymandrita veneficiũ Theodori Magi vicanit, sæpè dæmones expulit, solitas frugum calamitates auertit, & dæmones certis locis includebat, & signo crucis locum obsignabat, ne cui nocere possent, teste Georgio eius discipulo. Eodẽ gladio vrebatur B. Godefrid teste Nicolao eius æquali, *capi. 13. eius vitæ*, & S. Portianus, teste Greg. Turonico *de vita Patrum c. 5.* & S. Maximus Rhegiensis, teste Dinamio Patricio (*apud Sur. in Nouembri*) qui & miras dæmonum præstigias, & unico hoc telo partam narrat victoriam. Docebat hoc S. Eligius Nouiomensis suos his verbis; *Christiano nec augurio, nec alia quælibet figmenta possunt officere: quia ubi signũ crucis cum timore & fide Dei præsserit, nihil*

a *in vita Caluppani apud Surium to. 2.*
b *lib. 1. eius vitæ c. 10. et lib. 2. c. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi inimicus nocere poterit. a Fatetur hoc dæmones expulsi à S. Patapio apud Metaphrast. *mense Novemb.* clamantes; *verè terribilis es, ô Nazarene, verè terribilis es, & ubique in omnes obtines imperium. Quo ergo proficiscar? si in desertum, si in ciuitatem, si ubicunque duxerit aliquis, tu illic præsumis: sola crucis figura, solo tuo nomine nos expellens.* Merito itaque S. Daniel Stylites, ad effugandos dæmones, ubique *crucem, ut arma inexpugnabilia* (ait Metaphrastes) *inferebat.* Hoc in signo tam feliciter vincebat S. Maurilius, vt narrat Fortunatus; b necnon S. Aichadrus, vt refert Hulbertus scriptor eius vitæ; item S. Nicetius Treuirensis, vt prodidit Turonensis Gregorius; c item ex consilio B. Nonni pœnitens illa famosa Pelagia, teste Iacobo Diacono Heliopolcos; item S. Iacobus Alemannus, teste Antonio Flaminio *vita illius cap.* 11. item S. Gallus Abbas & confessor, teste Vvalafrido Strabone *lib. 1 vitæ S. Galli. 7.* & innumeri alij. eadem enim Sanctorum omnium semper de hoc signo ac trophæo salutis nostræ sententia fuit, eadem sæculorum omnium experientia. Nolo plura addere, velim dumtaxat legi, quod de Diacono à S. Vvulfranno misso vt præstigiosum palatium Ratbodo ostentum viseret, narrat Ionas Senonensis, qui eo tempore vixit, & id se accepisse ex oculati testis. Quæ Presbyteri Frisij ore scribit, in *vita S. Vulfrani, apud Surium mense Martio.* Quod cur in dubium vocet Corn. Kempensis *li. 3. Hist. Frisæ. 11.* non satis intelligo. Multa enim passim talia à grauiss. script. prodita. Legite quod de Cabade Persarum Rege narrat Glycas *p. 4. Annal. fol. 370.* & his addite quę Thomas Bosius collegit, *lib. 2. de signis Eccles c. 8. & seq. & lib. 15. cap. 1.* & Sprengerus *cap. 1. 9. 4. p. 2. mallei.* denique Societatis nostræ Iacob. Gretzerus *lib. 3. de S. cruce cap. 18. & 19. cum aliquot sequentibus,* & Pet. Thyræus *p. 3. de dæmoniac. c. 44. & lib. de locis infestis p. 3. cap. 68.* Sed vnum nolo prætermittere, notatum à Franc. Bencio litteris Mediolanen. *Anno 1591. Sacerdos quidam Aronæ agens pollicitus erat Deo, adsturum nostram societatem idque uni è nostris aperuit. Indignè hoc tulit dæmon sequo, ad solita arma conuertit. Impuris cogitationibus hominem aggreditur, ita infestis ut adimerent somnum: surgit è lectulo miles Christi, & lectitandis piorum historijs noctes ducit insomnes, neque hoc tulit aduersarius, suspensam lucernam ad pariete sic deijcit, ut effuso oleo totum uolumen fœdè prolueret. neque hoc satis: inter canendum inuadit immundo afflatu: hic à mensa statim in cubiculum, humiles ad Deum preces effundens humi proiectus, & pro tibe corpori flagra ingerere: cùm sic quoque eaco igne carperetur, nudatis pedibus terram insistit binas horas uel ternas, dum importunus calor defæuiscret. dein conijcit se in subtile fassus: usus in eodem strato uidere mulierem & attingere eius comam manuum extentus: desilit repentè attonitus, & ad lectulum conuersis luminibus nihil uidet; donec bis, terue agnouit, timuit ludibria oculorum: idque pluribus noctibus accidisse testatus est: tandem eores processit, ut miser: tunis cubitii, brachia sib: manusque arctè colligaret, indutis uinculis, ne in somno attrectareni quicquã manus errantes. frustrà. simul enim sopor & ligabat sensus, breue ad tempus, & brachia soluebat. Sed nimirum, quæ est Dei clementia, diaboli tentatio est infra hominum facultatem: fugauit illum qui pro cæstitate pugnabat, cùm fortiter obstitisset. Rediit tamen uiëlus ad pugnã admirabili arte. Egressus aliquando Sacerdos idem ex oppido, leuandi æstus, iuxta lacum in ambulat persoluens horarias preces Mariæ uirgini. Vix ducentos passus processerat, cùm assecutus eit eum nir quidam, cum rutila barba & promissa, ut neque magni precij: insidebat equo pulcherrimo atri coloris, qualis nullus illis regionibus: famuli erant à pedibus duo: cùm accessisset propius perhumaniter salutauit, numquid ad iubilæe, inquit, peruenisti? recitabat fortè Sacerdos illum psalmũ, & quod magis mirum, ita pressa uoce, ut exaudiret tantum se ipse. tum uero equitẽ inter & sacerdotem sermo institutus; hoc ordine. Prior eques specie rumantis, qua est animo tibi infixa curæ qua sollicitudo maximè exedit? at ille dissimulãs, mihi benè est ac bellè: frustrà tibi huius rei quæstio fuit. Cui eques. Mi homo, mihi dare uerba difficile est; cui datum olim à Deo, ut introspiciam, quid tacitis cogitationibus uolutent homines, agitentque. cùm stetisset Sacerdos admiratione defixus, & stu-*

a Fortunat. li. 1. uitæ S. Radegund.

b D. Hieron. contra Vigilantiũ

c uita patrum c. 17.

& stupens loquentis habitum, corpusque totũ lustraret luminibus, sumpto animo. Quod, si tibi ea est virtus, effare, qua me angit molestia? si quid fortasse tu plus scis de rebus mtis quàm ego ipse. Cui ille: Votum Societatis Iesuitarum hic stimulus cor vellicat, hoc te quietum esse non sinit. Sed tu alias res agas necesse est: ad illam tibi aditus nõ patebit: me uide. Suspicatus alter, ne aliqua ratione inaudisset à nostris. Non certum satis uotum illud fecerim, nec nec: sed ut ita sit, si certum est Patribus me excludere, non alijciam animũ, nec me discruciabo: neque enim una est tantùm pię ac sanctè Deo inseruiendi via. Rectè istud quidem, ait eques, mitte illam de pectore curam: est tibi ea indoles ingenij, is trũcus corporis, & hæc, si per ea uoluntas ut uel in ista qua nunc uteris ratione uitæ, possis innocentiam tueri, quod si me audis, aliam terram vide, vbi Deo viuas & tibi. Arona relicta. tã me sequere, nec temerè erit consultum rationibus tuis: optima apud me eris conditione. non lacto manibus promissis huc respice. hæc cùm diceret, crumenam prægrandem manu perutiebat crepantem argento. egit gratias sacerdos. non possum ad præsens uti liberalitate tua, vt fidem meam præstem Ecclesiæ Aronensi. & subitò interfatus eques, qua isthæc fides, sine pubitea ulla sponsione aut chirographo? Ante. IIII aris libra (neque enim plures accepisti) addictum habebunt. Assentiebatur hæc audiens non sine admiratione: sed cõiectura ducebatur ad suspicãdum, ad illius aures permanasse omnia ab aliquo Aronensi. Tum paullo fidentior, Tu uerò quo iter intendisti tibi habes? Pallantio respondit (nomen est oppidi ad Lacum Verbanum) & qui ad nos appellat linter meus est ad uicinale usum paratus. agebatur ab uno atq; altero remige, utroque pullato. aspicit sacerdos, & miratur non antea visum. Nunc, si accipis conditionem, Pallantia mecum eris quamdiu uoles. si stat religiosam uitã coplecti, ut in urbe admittaris insignem & Sanctitate præstantem, curabo. Laudo egregiam humanitatem tuam, qua sponte uteris in hominẽ ignoti: sed habeo cau sas remittendi. Hæc sermonum uice cùm paullùm subsistere cogeretur Sacerdos. Prai, Domine, inquit, est paullo sequar, nec aliter secessit dixit. Tum salutare crucis signũ in frõte exprimens, atque in loco cordis, & pensilem corollam baltei consertam sacris, queis preces numerantur, manu prehendens præcedentem subsequitur. desiere ad crucem subitò apparere, eques, famuli, cymba remigesque. Quis non miretur tot contortuplicatas colubri tortuosi fraudes, vnico Sanctæ crucis signo nebulæ instar dissipatas? Ec si non sis (Lector) præoccupatus aut mente vana, nihil dubito, quin Vvieri impudentiam, virulento & tortuoso sermone conantis eleuare, quam ipsemet prodiderat narrationem, sis vehementer detestaturus. Illud quoque velim notes, & in memoriæ finum recondas, quod B. Fortunatus diserte prodidit, aliquando Sãctos hisce diuinis remedijs quædam alia adhibuisse, dicis tantum cautum miraculorum gratiam, hoc quasi naturalis remedij velamento (quæ illorum erat humilitas) obumbrarent, & humanam laudem effugerent vt de B. Radegunde Regina idem prodidit, eam crucis signo solium pãpini addere consueuisse. a

Octauum præbent *Sanctorum* qui in cælis beatitudine perfruuntur æterna *reliquiæ*: de quibus illud, ut in cælis sic in terris uerum, *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* fremant ut lubet Vigilãtiani nostri, in eorum illos Principe D. Hieronymus iam iugulauit. damnauit eos Nazianzenus, damnauit Chrysostomus, dãnauit Ambrosius: dãnant Ecclesiastici Annales, damnant gesta Sanctorum omnium; damnat, quæ errare nõ potest in fidei rebus, Ecclesia Catholica. b de innumeris pauca memorabo. Quotannis ad D. Philippi Apostoli sepulcrum in Sicilia plurimos energumenos liberari; adeò ut anno 1541. plusquã ducentæ fœminæ huiusmodi fuerint numeratæ, auctorẽ habeo Thomam Fazellum *lib. 10. de rebus Siculis c.* 2. idem cernimus in Brabantiæ Gela, ad S. Dympnæ sepulcrum; in Flandriæ Rothnaco, ad reliquias S. Hermetis. scribit Turonensis puerum ægrotum, cùm hariolo traditus fuisset sanandus incantationibus, sortibus, ligaturis; pro vita morti mãcipatum: alium eadem lue laborantẽ, sumptis de sepulcro S. Martini pulueribus sanitati restitutum. *d. c. 45.* idem narrat,

D. Naz. ora de B. Cypri. circa fin. D. Chryso. in orat. contra Gentiles de sancto Babyla, et homil. 26. in 2. ad Corin. Ambros. ser. 77. et 91. Rufin. li. 2. hist. c. 25. Socrat. lib. 3. c. 16. Euagr. li. 1. c. 18. Sozom. lib. 7. c. 26. Nicepho. li. 10. c. 8. Grego. Turonẽ. li. 2. de glor. mart. c. 45. plures alios citat ex nostris Io. Gibonus eruditus Disputat de Sanctis à nu. 319. excusa Treuiris: & Bosius lib. 15. de signis Ecclesiæ ca. 7. 11. & 12. & Thyr. p. 3. de dæmonia c. 43. & ad hæc accuratius p. 3. de locis infestis. ca. 67. Hi multos citant, quibus addo Theofri. Abba. ser. de veneratione sãctorũ, & ser. de Sanctorũ reliquijs.

narrat, Iustinum magicis præstigijs ac laruis mirè infestatum, suppositisse capiti frenum Cõstantini, in quo clauí Dominici vnius virtus intexta, & tertia vexationis nocte quietem recepisse. *de gloria Mart. libr. 1. cap. 6.* Georgius Monachus scribit oleo sanctarũ reliquiarum, addito ieiunio & oratione, multos dęmoniacos à B. Auxentio sanatos. Hanc virtutem sepulchro S. Hereberti Coloniẽsis Episcopi, tribuit etiam Rupertus Tuitiens. *ca. vlt. eius vita*; de sepulcro Lutgeri Monasterijensis Episcop. referunt Monachi Vverdenenses *libr. 3. uita eius c. 6.* de lipsanis capillorum S. Vincentij Ferrerij Petrus Rauzanus, *li. 4. uitæ illius ca. vlt.* de S. Guthlaci zona Felix Crolandiensis *in eius uita*; de S. Richarij corpore Albinus Flaccus, *in eius uita.* Apud Cappenburgum quidam multas malignorum dæmonũ infestationes patiebatur; vt adijt sepulcrum B. Godefridi omnia dæmonum phantasmata euanuerunt. *a* Merito itaque S. Bano Misnensis Episc. toto uitæ suæ tempore religiosè reliquias sanctorũ colens, eas tanquã cælestem quendã thesaurũ veuerabatur. *b* Meritò B. Ioã. Damascenus sanctorum reliquias vocauit, *Fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, suauissimũq; unguentum profluit.* *c* Meritò tot olim & hodie ad eorũ sepulchra institutæ fuerũt peregrinationes, et suspensæ tot coronæ, atq; anathemata. Cauendum dumtaxat, ne quas in hoc cultu Sãctissimo superstitiosas cærimonias misceamus vt monet Silvest. *verbo reliquiæ.* Sanctis enim odiosa superstitio, grata religio Testata id fuit B. Glyceria martyr, ex cuius corporeis exuuijs vnguentũ suauissimum, & saluberrimum morbis omnibus medicamentum fluere solebat: quadam verò die, cùm Episcopus Perinthi insciente argenteum quoddam Vasculum emisset, quod Magicis minis terijs impensum fuerat, continuò desiit sacri fluor vnguenti. *Rem ita perculsit Antistes ad preces confugit, diuinoque impulsus spiritu uas noctu amouit, & antiquum reposuit, ac protinùs unguentum sicuti prius scaturire capit. Quocirca rem diligentius inquirens, comperit uxs illud nefandis rebus seruisse, quod simul atque ad Imperatoris aures peruenit, habita quæstione, tanti criminis reum, uti par erat, supplicio affici iussit. Narratur à Nicephoro libro 18. cap. 32.*

a *Surius tomo. 7. ex Anonymo coætaneo S. Godefri.*
b *Emissenus c. 25. eius uita.*
c *li. 4. de ort. fid. ca. 1.*

NONVM, in Ecclesia quoque vetustissimum, & miræ efficacitatis est, *aqua benedictione sacra & sollemni ritu ad id instituta*; eaq; duplex, una baptismalis in vigilia Paschæ & Pẽtecostes cõsecrari solita, quæ iure Canonico cõprobatur *d* altera lustralis, singulis Dominicis initiò primi sacri cõsecrata, nominatim ad dæmonis imperũ reprimendũ, & alia pericula auerruncã dã; iam in usu ante Alexandri primi tempora, & semper à Catholicis omnibus, magno cum fructu, retenta honoratq; aque. *e* Meminit *in uita D. Gregorij Magni* Ioannes Diacanus monasterij, per eius aspersionem, à dæmonibus liberati: hodie miraculum istud apud Indos sæpè renouatur. *f* Plura referunt alij exempla. de Iosepho quodam Epiphanius scribit, cùm ad hue ille Iudæus esset, insanum quendam ab eo per aquam cruce signatam, sanitati restitutũ: de femina, quæ magicis præstigijs in equam transformata putabatur Palladius testatur, cũ B. Macarius aquã benedixisset, superque caput eius precatus fudisset, fecit se: vt, quod erat, omnibus videntibus femina uideretur. *g* Apud Theodoretu Marcellus Episcopus Iouis Apamini fanũ cũ dirueret, atrum dæmonis spectrum flammęq uim ne materiam lignea depasceretur, impedire cernens aquã signaculo crucis muniuit (*h. benedixit*;) & ea iussit flammam aspergi. contactum non ferens improbus ille aufugit, & aqua quasi oleo excitatus ignis, momento temporis fanum consumpsit. B. Theodorus Archimandrita noxas omnes aqua benedicta solebat repellere: etiam morbos à dæmonijs illatos, vt *à Phantino illo apud Tantendiam: qui obuius dæmoni in forma canis solo illius hiatu in grauissimam agritudinem inciderat: ut à Theodori eiusdam tribuni domo in qua homines & animantia omnia à dæmonibus cruciabantur: & cum domestici; aut*

c. in Sabbato, & canato, nominatim ad dæmonis imperũ reprimendũ, & alia pericula auerruncã quam. de consecr. d. 4
e Alex. l. ep. 1. Concil. Nannetens. cap. 5. Rhegino libr. 1. de discipl. Eccles. cap.
f li. 2. hist. de reb. Iud. ep. 1.
g Epiphan. hæres. 30. Pallad. Lau. cap. 19. Theodoret. lib. 5. hist. cap. 21.

aut vrãderet, aut canarẽt, lapides super mẽsas in cubitũ. Ex quo magnus omnes terror inuadebat, & mulierũ telæ rũpebantur, & tãta serpẽtum & muriũ multitudo domũ occupabat, ut præ formidine in eã ingredi nemo auderet. Domum igitur Dei famulus ingressus, totam nostram psallendo & Deum obsecrando tradu xit, & aqua, cui benedixerat, totam domum aspergens, eam à spiritibus immundis liberauit. Hactenus Georgius presbyter sæpiùs iã citatus. Idẽ postea hoc quoq; recenset illustre miraculum; *Apocomen sit uici incola boum occidarunt, ut carnibus eius uescerentur. Contigit autem ut omnes, qui ex illis carnibus comederant, in morbum inciderent, & iacerent ut mortui. & quicquid carnis reliquum fuit, nigrum euasit ac fœtidum. Qui igitur ex carne illa non gustarãt, id quod acciderat, utpote sancto miserunt. Qui respondit, exitium istud à phalãge dæmonum, qui per lebetes pertransierãt, profluxisse. Et cum eo tempore non posset cum illis discedere, benedixit aqua, quam per ianuam è fratribus misit, ut pericli antes conspergeret, eisque bibendam propinaret. Quo facto, cunctis tanquam è somno surrexerunt, præter unum, qui mortuus est. Ioannes enim procurator, cuius fratri ea calamitas contigerat, nõ exspectans utri sancti benedictionem, accurrit ad mulierem uenẽficam, & dum eius incantationes adhiberet fratri, ille animã egit.* S. Huberti Episcop. Leodiensis, veri dæmonomastygis, habitaculum multiplices caterųe dæmonum inuaserant: id animaduertens uir Dei, puero dixit; *Vade, aquæ que Sacerdotali cõsecratione sale admixto benedicta, & ad effugadam inimici nequitiã orationis uirtute impregnata est, liquorque olei istidem (en chrisma) Apostolica auctoritate benedictus, huc deferatur: quorum aspergine atque littera, mox ita effugabuntur hinc inimici virulenta phantasmata, ut amplius sua non audeat inferre machinamenta.* Hactenus Anonymus D. Huberti discipulus vel familiaris scriptor uitæ illius. S. Eligius Nouiomensis Episcopus, quinquaginta amplius energumeno simul, porrecta eis aqua benedicta liberauit, vt refert æqualis eius S. Audoenus *a* Sed & S. Laurentius Dunelmẽsis in Britãnia, & S. Anon Archiepiscopus in Germania, et S. Macloulus in Gallijs, alijque duo à

h li. 2. uitæ S. Eligij. c. 10.

pud Petrũ Cluniacensem, fæpè dæmones hoc rore fugauerunt. *b* nonne cõtumaciores dæmone Germani, Galli, Britanni Caluinistæ; qui tã sacram vndam, vt hydrophobi atque lymphati auersãtur? horũ vnus è numero Vvierus scribere fuit ausus, in Greçorũ Ecclesia hanc aquæ benedictionẽ, vt superstitiosam damnari. quæro in quã? nõ veteri, quomodo Theodorus, Theodoretus, Palladius approbarent? Agnoscit aquæ bñdictionẽ D. Dionysius Areopagit. *c. 2. de Eccles. hierarch.* & in Scholijs ad eũ agnoscit Pachymer. *fol. 128.* An ergo in adhuc recentiore Schysmatica? nihil miror hæretico tales placuisse duces. Sed accedãt & certę fidei quædam narrationes. Rigæ anno 1583. *Ruthenus quidam, cum sæpius moneretur, ut cum Ecclesia Romana rediret in gratiam, semper autem obstinatè esset, sine pœnitentia decessit. Ex eo die varia se in eius domib. spectra domesticis offerebant. assidẽtibus auferebantur mensæ, nemine comparente: cubiculorum fores, non modo possulis verum etiã sera pensili obfirmatæ, totis cardinibus eneruabantur. à summis ædibus lapides ingentes iaciebantur pice fœdati, quos se tractasse perhibet Sacerdos è nostris: quidam autem Polonus, quem pater idem se ui disse affirmat adolescentem est nalvertatus in uertice, ut dies aliquot iacuerit semiuiuus. in eadem domo cum multum straminis esset, id totum in minutissimas partes comminutum est. Denique hæc & id genus alia cernebantur plena terroris: quæ nõ obscurè quantum sibi ius in ijs ædibus sumpsisset Satanas, indicabant. ingressus in eas is; quem dixi, Sacerdos cum comite altero aqua benedicta thureque adhibitis expiauit; quo exorti simo omnis tumultus dæmonum conquieuit, id quod multis deinde gratijs ædium Domini testati sunt. ita littera Collegij Rigensis illius anni.*

b *uide Surium in uitis horum Sanctorum. & Cluniacens. li. 1. c. 7. & 14. & plura recentem de ui aqua benedicta Græcorum li. 4. de Cruce c. 36.*

In Mexicana prouincia sedes etiã Pascuaræ Societas nostra posuit, ibi circa annum 1587. (*ut litteris prouinciæ illius accepimus*) erat *trida famina puer, quem cunctis noctibus cum cubaret, eripi sibi à latere sentiebat, deinde reponi, quo raperetur ignara, ipse puer interea uitali spiritu in dies egestio lenta tabe properabat ad finem. hanc puero salutare fuit in ædem sacram deduci, & lustrali aqua, adhibitis*

Universidad de Deusto Biblioteca

hibitis comprecationibus sacris, adspergi.

Sequenti anno octuagesimo octauo *Viro cuidam Treuiris mulier rustica nescio quid ouorum offerebat, excipit pileo pedisequus, mox pileum ouis expositis imponit capiti, & statim usqueadeò uexari capit dolore, ut penè desperet. confugit nescius quid ageret in ædem sacram, incensum caput immergit in uas promptum aquæ lustralis, conualescit: magæ comprehensa in quæstione dixit, ouum sic fuisse uenenata, ut gustantibus interitum, extuberationem tangentibus essent paritura. Littera Treuirenses anni 1588.*

Mussiponti anno 1593. *Virgo ætate prouectior, tot incita furijs, ut obsessa diceretur, recitatis à Sacerdote nostro Litanijs; infecta altera maleficijs, epota salutari aqua; alia uexata à maligno spiritu, appensa ad collum sacra cera cælestis agni, ad se rediere, mox & confessa decessere è uita, cum essent precibus intenta. Sic Littera Prouinc. Franciæ illius anni.*

Franciscus Lopezius Gomara quoque testatur dæmonum ludibria & apparitiones apud Indos tribus potissimùm remedijs discuti & depelli solita efficacissimè; Venerabilis Sacramenti Eucharistiæ præsentia, Crucifixi imaginibus illatis, & aquæ benedictæ aspersione. idque non semel ipsos cacodæmones Indis confessos. *lege Hist. Mexicana cap. 235.*

DECIMVM exhibent remedium res aliæ Catholico ritu solitæ benedici ad hunc effectum, ut cereæ formæ orbiculares *Agnos Dei* vocamus; propter agnum vna in facie impressum; de quorum effectibus liber exstat Vincentij Bonardi. multa quoq; Petrus Matthæus in 7. Decretal. cùm consecrantur à Pontifice Maximo, postulat ille à Deo, ut deuote gestantibus Deus tribuat, quæ breuiter his versibus complexus fuit Frusius noster;

Postulat in primis sacrati aspectus ut agni
Agnum ad cælestem cõcita corda leuet;
Vtque salutifera memores uitaque, necisq;
Criminis & uitij noxia uincla terant.
Hostis ut infidias Stygij, ac certamina uincant.
Deciplas mundi, carnis & illecebras,
Corporeos nobis morbos, casusque repelli,
Præsertim horriferos, mortificosq; petit.

Item *grana benedicta, cerei benedicti, sal benedictum, & panis benedictus.* Inter quæ panis benedictio tum ob antiquitatem, tũ ob crebra miracula, celeberrima sanè videtur. Etenim & meminit illius nõ uno loco C. Paullinus in Epistolis: [a] & eo vsi contra dæmones varij Sancti viri, vt B. Elphegus Cantuarienſis in Danis sanandis (*auctor Osbernus in eius uita*) & S. Vuolphelmus Abbas in morbidæ feminæ curatione (*auctor Conradus eius discipulus in uita S. Vvolphelmi*) & B. Hildegardis, cũ improbo amore nobilem puellã Treuirensem liberauit. *Theodoricus Abbas l. 3. de uita S. Hildegardis c. 9.* & S. Marcellus Abbas Eugenij cuiusdam ex ipso mortis limine in uitam reduxit, vt narrat mense Decẽbr. Metaphrastes. Sed ista satis multa pijs impijs nihil satis, ut credant: quiduis plus satis, ut nauseẽt *Lege si lubet, Gretzerum li. 3. de S. cruce c. 37.* Accipite & ista ex Epistolari Historia paucis nota; *Drepani fuit anno 1585. pater familias quidã, cuius in ædibus, uaria dicebãtur aliquot iã mẽses ex occulto uoces exsistere. familiaris is erat dæmon, qui uarijs modis conabatur hominibus illudere. iaciebat saxa prægrandia, nullius tamen capitis detrimento: uasa quoque domestica altè iaculans, non frangebat. cũq; in his tectis fidibus caneret adolescens, dæmon, cunctis audientibus, lasciuis cantibus prosequebatur testudinis sonũ aperteq; dæmonẽ se esse iactabat. cumq; ædiũ Dominus una cum coniuge quoddam in cpidum, ad sua negotia discederet, comitẽ sese dæmon adiunxit: cùm autem ille madefactus aqua pluuia rediret, nequam spiritus antecurrit, sublatisq; de uia clamoribus, præmonere domesticos cepit, ignem ut extruerent, herum iam esse in tanuis, totum imbribus madefactum. Veriũ cùm ita se illudi Dominus ædium intelligeret, minitatus est dæmoni adducturum se patrem de Societate; qui è suis eum sedibus exturbaret. ille uerò, ne id faceret clamitare, minitarique inimicitias & odia, & quamdiu Pater in ijsdem ædibus versaretur fore, ut sese conderet & occuleret. Venit tamẽ herus ad patrem, & rem illi narrat ex ordine. domum etiam mutat, & se illis molestijs liberet obtestatur. Pater, ne imperita multitudo elata cupiditate id ædendi, id quod fore uidebatur, accuraret, & ad eũ sibi proficiscendum non censuit.*

[a] *vide Stephan. Duranti lib. 2. de ritibus Eccles. Cathol. cap. 56.*

censuit: tantum monuit ut ipse, & tota eius familia, ablutis generali cõfessione peccatis, cælesti pane se confirmarent, cauerentq;, ne quis aut ex domesticis, aut ex externis, sermonem cum hoste misereret: neue ex eo, ut antea fecerant, occulta perquirerent; viderent potiùs, quæ ab eo dicerẽtur, & ut orta ex mendacij patre planè contemnerent. Illi cùm se facturos recepissent omnia, dedit eis pater ex consecrata cera agni cælestis simulacrũ; quod filia ceruicibus, ut quæ omniũ maximè à dæmone uexabatur, inserarent. Hic terrere dæmon cæpit clamoribus filiam, minitarique ni ceram illam abijceret, fore ut ei obtorto collo animam eriperet. Sed illi patris monita & consilia secuti; cùm loquenti responsa non redderent, seseque inuicem contra hostem Sacramentorum telis armarent, facilè se ab eius insidijs molestijsque tutatæ sunt.

In Treuirensi ditione hoc ipso tempore, vt sunt plurimæ illic fagæ; *quadã puerum octo circiter annos natum, suis præstigijs ac carminibus circũuentũ, in eas sedes solita erat abducere, ubi per licentiam nostris ac tenebrarum nefarijs lusibus indulgerent, hic sua quoque parte puero dabantur, ut dum illæ choreas cõsertis manibus inter se ducerẽt, is earum saltationi tympano prosequeretur. nec modò ludorum erat chorique spectator, sed sæpè etiam præstigiarum quibus illæ humanis corporibus uti sunt nocent. Hunc Archiepiscopus deductum in aulam custodiri iussit, ut Catechismo, cuius erat planè rudis, imbueretur: cui cum sacerdos noster effigiem cælestis agni de cernicibus suspendisset, nec tu ad fuit dæmõ grauiterq; puerum increpans, quod tam facile se decipi passus esset, iussit ceram illã, ni uapulare uellet, abijcere: territus puer imperata fecit, continuoque dæmon, eo quod iam metuebat amoto, ad muros urbis eum abripit, nigroque impositum hirco, ad impurissimas sagarum regiones momento transfert. Qui cùm aliquamdiu inter uenefícas latitasset, reditum iterum in Palatium, fracta implicitaque nodis rusticula, unde cera illa pendebat.* Is puer Archiepiscopi & Ciuitatis petitione in Collegio nostro inclusus seruatusq; donec doceretur quę ad disciplinã Christianam necessaria, vt cũ postea rediret in aulam, Sacramentis religiosè munitus à dæmonũ laqueis eriperetur. quod & deniq; factum. etsi postea relapsum criminis post aliquot annos pœnas dedisse debitas inaudiui.

Anno subsequente in eadem ditione fuit adolescẽs rusticus, sed peracri ingenio intra quintum decimum annum. Hic non semel accesserat ad feralem locum vbi permisti feminis mares, & ætatis teneræ maioribus dæmone magistro epulabantur, noctis licentia discrimine pudoris exstincto. *ipse tamen nondum Deo Deique aquæ renunciarat, execrandas nondum pretationes fecerat dæmone præeunte. Felis tantùm cerebrum cùm sumpsisset in cibum, decrescente luna sentiebat sibi mentem imminui. Vbi Treuirensem ingressus est urbem, quam nunquã antea uiderat; eò ni mirum ducente ad supplicium, qui duxerat ad maleficium: uti fanaticus deductus est in ædes Principis, ut, seorsim ab aliis certa in domus parte curatus à nostris, dæmonem excuteret. Sed cùm ei nulla à dæmone nocte daretur quies: coniurati; que à quibus diuerberabatur, uel cerea effigie sacri agni, quam ad collũ habebat, uinclis; Archiepiscopo placuit mitti in Collegium Societatis: nec hic quidem fuit misero pax, nisi solemni ritu cubiculo expiato, pratium erit quædam ex ijs memorare, quæ ab ipso narrabantur. ita enim ipsimet Antistiti ille: cùm exerceretur nostra comessatio, fuit unus è tua cohorte, qui gloriatus est quadã nocte (indicabat enim eam qua fuisset) dormienti tibi potionem pestiferam ingessisse, reperto ad te adita ex occasione agni Dei, quem itaque cubitum reliqueras imprudenter in mensa, quod si paullo capacior fuisset calix, mortẽ non effugisses. Certè ipse Archiepiscopus dixit, se post illam noctem ita infirma fuisse valetudine, ut per aliquot dies decumbere cogeretur. Cùm hæc diceret in magna corona, nobilitũ nõ faceret fide; ad Præfectum Vrbis, quin & te, inquit, nostra Lamia bis tuua seruum; sed ab ea pixidula quam fers continenter, ubi sunt imagines binæ, & nescio quid consecratum (agnũ Dei intelligebat) sunt à conatu repulsa. de harum gestatione rerum confessus est præfectus.*

Alius à dæmone obsessus, canem magis ringendo & latrando, quam ratiocinando, & loquendo hominem, se esse ostendebat; hic à Burgundia usque ad nos adductus, uique summa compulsus in templum; non priùs desiit canem agere, quam agnus Dei in collum insertus est: tum demum obmutuit, & humanitati redditus, salutari animum confessione purgauit, idem amuletum alteri tum eo-

dem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem morbo laboranti.] *Ex litteris Germaniæ superioris, collegij Friburgensis.* Anno 1590. ex eadem Prouincia in hæc verba Oenipontani; *vt grauitati morborum medicamentorum respondet vtilitas, terriculis diaboli opponitur multis in locis* sacrarum planguncularum *vsus, ex eo genere nonnulla ponentur. Affirmabat se quidam in ferijs destinatum ob scelera commissa, furiisque agitatus inuocabat dæmonem subinde, quem & adesse monstrabat, pauentibus alijs, indictis intentu: huic persanauit vnus è nostris mollibus primò delenitum verbis, mox etiam ad confessionem addictum; donata, quam piè demitteret in pectus,* bulla agni cælestis. *Corpus quidam animamque diro animarum prædoni deuouerat tempore præstituto: hora fere instante, (vt sæpè prauæ consilia, & nimium calida reputantur post factum) mœstus atque anxius adit sacerdotem: eum dum consulit trementibus labris, deerrantibus oculis, repentino pauore; Opem, exclamat, infelici, opem quin tu expedis, pater, auxiliare aliquod sacrum. Quærenti nostro, ecquid nouæ? Aſtat, inquit, ante ostium hostis, operiens abeuntem & hostili vultu minitans raptum ex conclio. ergo huic quoque simile remedium allatum est. Neque hæc sunt fama incognita. Rusticus cùm in animo esset Oenipontiagere vitæ; qui veneficia & præstigias cerijs medicaminibus abigerent; in collegium venit, medicinam (hoc verbo vtebatur) petens aduersus diabolum, interrogatus quid intelligeret nomine medicinæ: haud scio, respondit: nihil enim præter auditum habeo, sed ipsud quidquid est, quod diabolum fugat. Data igitur particula cereæ, quam salutarem sensit adeò, vt paullo post vni è nostris per ipsius oppidum iter facienti, cum propterea obsideretur à pluribus, septuaginta amplius fuerint dispertienda.]*

Tum etiam è Turonensi collegio perscriptum: *Puella recens nuptui collocata, post horarum trium irritam luctam cum horrendo spectro, sono vocis motuque corporis energumenam referebat: mox breui gestatione sacrata agni imaginis, quam à nobis acceperat, est in pristinum restituta.*

Sub idē tempus Auenioni mulier maligno vexata spiritu, *cui suaserat vnus è nostris vt conueniret sacerdotem (dato interea parentibus cælesti agno, quem ignara insuerant in vestem) cum consilium obliuisceretur, aut differret; à quatuor quasi felibus per fenestram raptata est supra domesticum tectum: mox audiuit humana voce minantem præcipitium, nisi eo ream imaginem abijceret, quam in veste habebat. Intellexit illa quid esset, & agnouit suasores mali, ergo magno animo negauit facturam, statimque conuersa ad preces, relicta est (vt eam inuenit maritus excitatus clamoribus) de tecto suspensa.]*

Anno 1590. Treuiris *acceptam adolescens iniuriam, cum insigni rerum iactura, à quibus minimè debebat, ferebat iniquius quā Christianum decoret: ita dolore atrox & mœroris immodicus, cùm sub crepusculum solus obambulat, dæmonem haut occasionum ignarum, aut segnem, obuium habuit, effigie viri nobilis, atro colore: exhortatur primùm, sed salus dicta timorem dempsit. Quærenti causam tristitiæ, respondet quod erat: tum dæmon præcisam omnem spem recipiendæ pecuniæ per validiorum potentiam interuersa: proinde sequatur: compensaturum omnia lœui negotio: Cui adolescens. A notis mihi & ab amicis imponitur, & habebo fidem ignoto, & quē nunc primùm adspexi: bene Deus. Hoc extremo dicto velut fulminatum monstrum hominis in auram cessit. postridie eadem hora idem agitanti, offert se mulier amœno cultu, erat breue spatium secreti recessus: abnegat inuenit: instantem repellit: Exin suadet illa, proferat è cubiculo gladiū, & in aduersum parietem impingat: recusat principio demùm, nescius quid ageret (aut cura abstulerat mentem) mortem gerit: inter ferendum parietem, Deus bene uertat, exclamat: hoc quoque secundum fulmen dæmonem abegit. Redyt & tertiò (hærebat enim adhuc infixa animo solicitudo, & pellax non deserebat) mulierem assimulat pollentem ætate ac forma: in stuprum illicit lasciua uoce gestuque, nec se continet intra verba, uim adfert renitenti: uecifer atur iuuenis opem implorans: accurrentibus subitò domesticis, improba facies euanuit: at ipse confectus lassitudine linquente animo repertus: rogatus timoris causam, & clamoris, ne hiscere quidem: adeò iacebat rigentibus oculis exanimatus, per metum et amentiæ amissa: igitur collocatur in lecto ac refouetur, simulque reuocatur animus aspersu aquæ iaculatoris, postridie rem omnem exponit, & nostrorum fusu sacris mysterijs, consecrata cera, cæterisque armis formidatis diabolo, instructus, ita perterrefecit aduersarium, vt apparere desierit.*

Ben-

En unum vt medium.

En Secūdū Tertium. Quartum.

Bencius in litteris Rhenanis d. anni. Fit tamen aliquando Dei permissu, vt hoc remedium non iuuet, maximè quando per aliud glorioſius vincere decreuit Deus, vt per nudum nomen Iesu, vel Mariæ. veriſſimo id euentu comprobatum Augustæ Vindelicorum anno supra milleſimum, & quingenteſimum nonageſimo primo. *vbi adeptio cōſecrata cera cum imagine agni, multis præſens remediū in horrificis à diabolo monſtris, & terroribus nocturnis fuit: alicui tamē, quaſi contemneret dæmon, palàm apparens, & magna oblata vi argenti ad flagitia impellens, retinaculo perrupto, abiectoq; inuolucro; Iesu, & Mariæ inuocata nomina ſaluti fuere.* Idem in litt. Germaniæ Superior.

Anno 1589. mulier quædā quæ chirographo, quod proprio ſanguine cōſcripſerat, ſe dæmoni deuouerat; *cùm reſipiſcenti illud dæmon ſæpiùs oſtentaret; fretā* diuini agni *præſidio, cuius imagine pectus munierat, cùm reddi chirographum ſibi iuſſiſſet; tandem vidit illud in cinerem, & ſaſillam conuerſum ad pedes ſibi abijci.* Ita litteræ Colonienſ. & Treuirenſis Collegij.

VNDECIMVM ſunt *pia ſcripta, ſeu amuleta ſacra* ad collum appenſa, *vt ſymbolum Apoſtolicum,* Initium Euangelij D. Ioan. *In principio erat,* &c. vel Pſalmi alicuius particula; quo & olim vſi multi, & ſcribit Eman. Coſta [a] Hormutij noſtris temporibus, hoc pacto dæmonem ex energumena pulſum. Sed vt hoc remedium ſit licitum, duas conditiones B. Thomas exigit [b]; Prima eſt, vt pijs verbis nihil ſuperſtitioſum admiſceatur, verbi gratia, ſi fideret quis figuræ, coloriuē litterarum, vel modo ſcripturę, vel materiæ membranæ, vel atramenti. ſecunda conditio, vt recta ſit gerentis intentio, veluti ſi pius verborum ſenſus obſeruetur, ſpes verò figatur in Deum, idque fiat, vel ad profeſſionem fidei veræ, vel ob alium pium, & ſanum finem, effectuſque à diuina potentia, ſub eius beneplacito, exſpectetur. Vide quæ diximus lib. 1. q. *de Periaptis, & pariammatis.*

VLTIMVM accedat *pulſatio Campanarum Eccleſiæ Catholicæ* (nam hæretici magis obiectantur tonitruis bombardarum) quam docet experiētia quotidiana dæmonibus adeò infeſtā, & inimicā eſſe; vt ab ijs excitatæ tēpeſtates, vel ingruētes impediantur, vel iā ortæ ſedētur, & aliò auertātur, vt rectè docuit Cōcil. Colonieſe [c]; & cōfirmat exēplo quodā Venerabilis Petr. Abbas Cluniacēſ. [d] *Cùm aliquando* (inquit) *frater quidā, Ioannes nomine, natione Italicus, regularis diſciplinæ ſeueritatē faſtidiens, etiā fugere de monaſterio cogitaret: ipſe ei Diabolus Abbatis ſpecie aſſumpta ſe obtulit. Nā duobus dæmonibus in ſpecie monachorū ſe comitātibus, fratri in quodā monaſterij loco ſecreto ſoli reſidēti, multaq; ſecū volūti, opportunū ſibi fallendi tēpus ſe inueniſſe credens apparuit, eiq; aſſidens dixit: Ego (frater) modò quo hoſpitandi cauſa diuerti, ſed caſu te conſpiciēs, agnoui multa te ſollicitudine laborare, multoq; in corde tuo cogitationū æſtus verſare. Quorum cauſa, licet quibuſdā referentibus mihi ex parte nota ſit: ſi tamen eam plenius indicaueris, potero forſitan utile tibi dare conſilium. Vnde, quis ſis, & quare mœſtus ſis, amico quærenti expone. Cumq; frater ille ignoto, vt putabat, homini ſecreta cordis ſui aperire formidaret, & ſe tantummodo natione Italicum eſſe reſpōdiſſet: damō, qui monachos videbatur, adiunxit: & ego ipſius regionis abbas ſum. & tibi benè in cibus auxiliari poſſum. Noui enim, licet tu reticeas, & Abbas Monaſterij huius, et cæterimalè te tractant, neq; vt dignū eſſet honorāt, inſuper multis ſæpè iniurijs vexāt. Vnde admoneo te, vt tibi conſulas, & locū hunc omnimodis perniciōſum deſerlinquas, & mecū recedas. Paratus enim ſum te ab his malis erīpere, & Abbatiā tuā, qua Cripta ſerrata dicitur, perducēre, omni te ibi honore ſublimare. Ad hoc frater reſpondit. Ego hinc exire nullo modo poſſū, quia et clauſura monaſterij prohibeor, & fratrū me multitudo circumdat. Tūc diabolus; Nec ego, inquit, quā diu hic fueris, te in aliquo iuuare potero: ſed fac qualibet arte, vt ſepta monaſterij tranſgrediaris: quod poſtq; feceris, ego ſtatim adero, teq; ad locū meū, vt dixi perducā. Sed miſericors Deus, qui nō permittit nos tētari ſupra q̄ ferre poſſumus, nō vltrà paſſus eſt hoſtē procedere: ſed ſicut ſcriptū eſt, qui fecit illū, applicauit gladiū ei.* Quā do namq; hoc agebatur, fratrū conuentus in refectorio, ex cōſuetudine, hora cænādi reſidebat: qua expleta, à Priore, ſecundū morem, vno ictu ſcilla percuſſa eſt. Quo ſono audito

mox

a *Commēt. in Indic.*

b 2.2.q.96 a.4.

c *Cap.24.*

d *lib. 1. de mirac. c.13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnox dæmon, qui Abbatem se fingebat, actus diuina virtute, à fratre cui loquebatur se abripuit, & præcipiti cursu ac maximo impetu ad latrinas, quæ proximæ erant, tendens, vidente fratre iam dicto in earum se inferiora demersit. Idem quotidiè fatentur maleficæ, si, quando à dæmone ad conuentus feruntur, vel inde domum referuntur, signum campanæ audiatur; confestim dæmones ipsarum baiulos ipsarum onus in solum deijcere, & fuga trepidos dilabi. Recentiores historias ex actis iudiciarijs fideliſſimè depromptas, cum Martino de Arles, & Grillando, non paucas nec illepidas suggerunt Binsfeldius, & Nicol. Remigius *a*; qui sapiẽter nos admonet cauere à duabus technis Iamiarũ, mẽdacio consutis: dum inquiunt primò hunc sonitum campanarum inefficacem esse, postquam tẽpestas se in territorij, vbi campanæ sunt, terminos penetrauit: quasi vero aliquæ potentiæ diuinę sint metę ponẽdę; vel Deus nõ semper paratus sit nos à maleficijs cũ expedit, eruere. alterum, dũ aiunt, nõ prodesse sonitũ campanæ, cui dum lustrabatur, cõcubina Sacerdotis nomẽ imposuit, quo quid magis ridiculum.

a *Arles, tract. de superstit. Grilland. lib. de fortileg. quæstio. 7. Binsfeld, de confes. Maleficor. post concl. vlt. dub. 6. Remig. libr. 1. dæmonolat. c. 26.*

Obserua hic (Lector) quæso duo. primò vulgus censere campanas baptizari, quod & Maximilianus 1. Imp. putauit, vt patet ex grauaminibus sedi Romanæ ab eo propositis: arripiũt hæretici, & acerbissimè in hunc morem Brentius, Caluinus, Vvierus, quę vocant *campana baptismum*, inueniuntur. Sed hic mos illorum est, affingere Ecclesiæ errores idiotarum, vt transu gio & schismati suo nefario & monstruoso colorem aliquẽ inducant. Verissimum est, quod rectè docuit Cardinalis Hosius *b*; campanas non baptizari, sed benedici. Legant ipsum Pontificale Romanum; de baptismo nihil inuenient. Legant Alcuinũ Flaccum, & reperient hæc verba; *Neque nouum videri debet campanas benedicere, & vngere; & eis nomen imponere.* En tibi verè & integrè ritum totum. an hoc est baptizare? Sed ecce, inquiat aliquis, tibi in Capitulari Caroli Magni prohibetur, *ne qui clocas (h. campanas) baptizẽt.*

b *lib. 5. contr. Prolegom. Brentij.*

Sed (quod Vitus Amerbachius etiam non diffitetur) non benedictio illa, de qua eius præceptor Alcuinus, sed quæ fortassis tum irrepserat superstitiosa quæpiam baptizatio, & intinctio campanarum in aquam, prohibetur. Alioquin etiam benedictionem alibi à Gallis scriptoribus baptismi nomine scio nuncupari. Iuo *serm. de Sacr. dedicat. Ipsum, inquit, templum suo modo, & ordine baptizamus.* quid hoc, nisi benedicimus, vel consecramus? Hanc benedictionem etiam Græci olim nouerant. Nam apud Gregor. presbyterum lego, B. Theodorum archimandritam tintinnabulis benedixisse. vixit autem ille D. Gregorij Magni temporibus. Nolę in Campania inuẽtas campanas Strabus est auctor, *lib. de rebus Eccles.* inde à Nolis nolę, à Campania campanę. putatur ante mille annos D. Paulinus Nolanus Episcopus instituisse, vt tubis veteris testamenti argenteis, & corneis *c* succederet; & populum ad festorum cultũ, & mitissimum sollemnia, & horas Ecclesiasticas cõuocarent: quid hic Deo displiciat? benedicũtur, vt fragore suos spirituales hostes terreãt, & repellãt. quid hic superstitiosi? Nomen illis in Beati alicuius honorem imponitur, vt illius quasi commendetur tutelæ vas metallinum, diuinę laudis instrumentũ. quid dignum reprehensione? Effectus illos non tribuimus formę, seu arti, vel naturæ metalli. Nõ obtusa adeò Catholici pectora gestamus, nec Sol veritatis ab Ecclesia tam procul auersus radios suos elongauit. Non asserimus, quod Petr. Mexia, *d* discuti has procellas vi sonitus aerem dissipãtis. fecerit hoc efficaciùs sulphurea belli machina. poppysmis foret velle Iouis fulmen dispellere. foret in Gentilium opiniones deliras incidere, de æris sonitu dæmonum fugatore; de quibus videndi Alexand. Aphrod. & Macrobius *e*. Tribuimus ergo vim efficientiamq; omnem consecrationi, siue benedictioni, sic diuino iussu, seu dispositione operanti. Dei virtus, Dei digitus agnoscẽdus. talia Deus diuinæ suæ protectionis, & potẽtiæ suauiter omnia

c *Num. 10 & 29. Iustin. 23. Sophon. 1. Isaiæ lib. 3. antiq. c. 15.*

b *vide D. August. lib. 22. de ciuit. Dei c. 22. & libr. 83. qq. 79 & Chryso. homil. 8. in c. 1. ad Roman.*

d *In Silua nauifest. lib. 2. c. 9.*

e *Alexand. Problem. 43 lib. 2. Macrob. li. 5. c. 19. vide Mõtfalc. l. 4. cap. 14.*

nia disponentis, & fortiter operantis signa notasque Ecclesiæ sponsæ suæ tribuit. Serui nequam dęmones hunc sonum, quasi Dei viui imperantis fugam, recognoscunt præconium: haut aliter quàm subditi omnes, etiam inuiti, regij salui conductus signum reuerentur. *a*

a *vide de his Guilh. Parisiensem libr. de legibus fol. 44. & Stephan. Durant. li. de ritibus Eccl. 1. cap. 21. Binsfeld. sup.*

Obseruandum præterea, Non semper Ecclesiastica ista remedia esse efficacia, neque semper homines per ea maleficijs liberari: duas verò huius rei causas præcipuas videri. alteram peccatum maleficio læsi, vel medicinam adhibentis, maximè si ea non vacet superstitione, vel si modicam spem fidemque habeãt; propter quæ, indignos effectu se præstant: causam censeo alteram, maius bonum ægri seu læsi. nam afflictio & ægritudo solent à multis peccatis homines abstrahere, aut præterita peccata expiare, aut patienti meritum adaugere, & spectantibus patientiæ aliarumque virtutum specimen præbere. Quid? quod & Gentiles intellexerunt, præstabilius & felicius esse, patienter aduersa tolerare, quàm illæsum nihil omninò aduersæ fortunæ degustare.

CAPVT III.

Quorundam remediorum Ecclesiasticorum contra calumnias hæreticorum defensio.

SOllennia semper insaniunt; qui ex Ecclesiæ matris gremio, ab eruditione & pietate implumes pulli euolarunt; quotiescumque vel rei tractatio, vel mala illos mens adigit de cærimonijs ritibusque Ecclesiæ Catholicæ disserere. Ferunt tamen inter eos furoris & maledicentiæ palmam, qui Theologiam vix, ac ne vix quidem, à limine salutarunt; impudentes quidam medici, arrogantes grammatici, & litigiosi leguleij. absit Iurisconsultos vocem, & sanctum augustumque nomen rabulis prostituam; qui diuinæ sapientię, cui vera iuris disciplina innititur, tam sunt expertes, quàm maledicentiæ virulentæ periti, & superbia hæretica turgidi. Lumi-

Pro exorcismis.

Reprehendit primò *Exorcismos* Pontificiorum; & dicit annumerandos exorcistas Pontificios incantatoribus. cur quæso? *priuatim, quia Aretius scribit, hos ut plurimum esse Magos.* scribit Aretius? vah; quantæ fidei? quantæ nimirum hostis Pontificiorum, hæreticus Suinglianus. idoneum testem, cui credas iniurato. hoccine est Iurisconsultum esse, tales testes adducere? sed video addi multos alios, & quos honoris (credo) causa nominabat. Chẽnitium, Lauaterum, Peucerum, Bodinum, & Vvierum. benè quod eiusdem farinę. benè quod hæretici aperti cæteri, vnus vel hæreticus, vel fidei nullius fuerat. intestabiles omnes; & vna linea inducenda nomina. vno verbo reijciendi: *inimico iurato contra hostem non creditur.* Addit probationem secundam, *vt incantatores diris euocationibus diabolos ab inferis euocat: ita exorcistæ malignos spiritus ex hominibus & animantibus certis precibus recitatis & usurpatis, additisque aliquibus cærimonijs, characteribus, execrationibus, & sæpè repetito Dei nomine, Mariæ & Sanctorum eijcere conantur.* vide comparationem & ride, incantatores diris carminibus dæmones ex inferis euocant; &cæt. inprimis

falsum illud, Incantatoris ex inferis dæmones elicuisse: aerij tantum fuere, & nondum in inferni malam mansionem compulsi. inde nullis patet exitus ad Magorum carmina. Soli Deo hæc potestas eos emittendi competit. Sed ignosce hoc erratum Leguleio, & qui ex Chemnitio, Aretio & Lauathero lectis obiter, subitò Theologus. Deinde non qui conatur pellere de corporibus dæmonem idcirco Magus, quia conatur. Sed si magico ritu conatur. idcircò (inquiet) dixi id eos *conari certis precibus, characteribus, execrationibus*, &c. de *characteribus*, quod ait mendacium est: Pontificij exorcistæ ijs non vtuntur. de *precibus* respondeo, illas quæ in Pontificali Romano præscribuntur Sanctas & pias esse, nihilque continere quod sapiat superstitionem: vel, cedo, quid illud? *Execrationes* Diabolo ingeruntur non vt hosti conuicia tantum, quod magicum tamen non foret; sed ab vtentibus auctoritate, à Deo, Apostolis & successoribus eorum concessa, in pœnam criminis Diaboli, & pœnæ illius à Deo inflictæ commemorationem. quid hic magicum? Dei nomina repetuntur, quia Dei potentia his declaratur; eaque declaratio dæmoni admodum odiosa, Deo honorifica est. nam Dei virtute se exorcista dæmonem expulsurum sperat, & cõfitetur. quando tamen B. Virginis & Sanctorũ nomina adiunguntur, (nec enim id frequenter fit) idcirco adiunguntur, vt sit quod dæmonem mordeat; qui se ab his sæpe victum, sæpè triumphatum meminit, & tali nominatione vehementer cruciatur: præterea, vt hi Sancti & præsertim Deipara virgo MARIA (quàm contemptim caninum illud os *Mariam* nũ de nominat) intercessione sua energumeni à Deo liberationem obtineant. Quis (o caput insanum) queat hoc incantationi ascribere? multi vestrum Sanctorum inuocationem, quàm calumniose, tam inepte ac frigidè, in hunc vsque diem impugnarunt: non eò tamen insaniæ proiecti, vt Magiam in hac inuocatione vllam causarentur. Fatetur postea *in Ecclesia primitiua peculiare donum fuisse, voce humana & potestate diuina de corporibus obsessorum exigere Diabolum vel compescere: & hi* (ait) *dicebantur Exorcistæ, propterea quod manus vexatis à cacodæmone imponebant, & solemnibus quibusdam imprecationibus & obtestationibus dæmones ejiciebant.* Igitur te ipso (mi homo) teste in Ecclesia primitiua *Exorcistæ* fuerunt; qui quo nunc nostri eodem & nomine dicebantur, & eadem ex causa, & eodem ritu ac munere fungebantur. Quid igitur in nostris culpas? an idem culpas in veteribus? illosne incantatores etiam facis? non opinor. Si non facis, cedo discrimen: cur nostri incantatores & nõ illi, qui quod nostri faciebant? si discrimen nullum ostendere potes; nõne mortalium ineptissimum te calumniatorem meritò pronunciemus? Sed ecce discrimen. *olim hoc in primitiua* (inquit) *Ecclesia fuit peculiare donum: cum autem hoc donum ejiciendi dæmonia in Ecclesia desisset; κακοζηλία illa ad superstitiosos exorcismos, & ad Magicas verius incantationes transiit, vt Chemnitius ait.* Pergit nobis Oraculum suum ex Chemnitij cortina depromere. Nos Chemnitium ceteris, quibus eius libri referti sunt mendacijs, hoc inprimis illustre adieciße contendimus, nec simplex istud, sed in vno multiplex mendacium. Primo mentitur, cum ait, hoc donum ejiciẽdi dæmones in Ecclesia desijsse: quando enim desijt, quod quotidie videmus per totam Europam, vbi Catholica viget, vigere: quod in vtramque se Indiam propagauit? Indicarum rerum Annales euolue, ad templa Catholicorum per Italiam, Germaniam, Gallias, Hispaniam; frequentius nihil inuenies narrationibus verissimis eiectorum dæmoniorum. Desijt hoc donum in Protestantium Synagogis, fateor: *a* sed illæ, partes Ecclesiæ esse, schismate nefario, defierunt. Secundò mentitur *κακοζηλίαν* vocans hanc obseruationem Catholicorum. Obtemperãt illi diuinæ iussioni, & ritũ ab Apostolis per manus acceptũ retinent: sibi promissum sciunt; *in nomine meo dæmonia ejicient.* fidei, quã mordicus tuentur, hãc promissionem annexam fallere sciunt non posse. hac illi fiducia, & proximorum inuandorum caritate inducuntur ad suscipiendum cum dæmone certamen: hac freti, diuina eos iuuante gratia hostem occupatis sedibus etiamnum expellunt.

a *vid. Thyræum de dæmoniac. p. 3. cap. 40.*

Tertiò mentitur, cum ait ad superstitiosos exorcismos deflexisse & Magicas decantationes. Proferant exorcismum aliquem superstitiosum, ex Ceremoni. Eccles. Roman. quod nominant. Proferant, inquam, si possunt. non protulere, quia non potuere. In re tam graui, tam capitali, nudis assertionibus vtẽdum non fuit. non fuissent vsi, nisi mentirentur. Ex Mengi libello video illos quiddam fru stulatim intexuisse de Nominib. Deiparæ: quæ nomina illi sanè, vereque tribuuntur: si pietas ac deuotio Mengi illa sibi censuit adijcienda ceteris; quibus Dei virtus Dæmoni objicitur, quaque ille iubetur egredi; quid magnoperè culpandum, nisi illis qui Deiparam vilis mancipij loco habẽt; qui eius laudes, & præconia non ferunt? Sed nec nos omnes priuatos exorcismos à diuersis exorcistis, pro cuiusque deuotione compositos, defendimus: solùm Ecclesiæ Catholicæ ritum, & publica Ecclesiæ auctoritate introductos exorcismos, tuemur: hos ab omni superstitione vacuos, & expertes incantationum asserimus: neque hoc certamen subire contra quẽuis aduersariorum detrectamus. hinc in nos tela torqueant, si quæ inuenient: hoc ipsi scuto facilè illa depellemus, ne latus hauriant. Probandi onus illis incumbit. nondum probauere. Nec probabunt. quid enim queant idoneum mendacio proferre probando? Veritas mendacio nequit suffragari. molestia nos liberasset Godelmannus, si quid in Cærimonia exorcismi Magicum sit, attulisset. Non rusparemur, nec singula persequenda forent in exorcismo, *persona, res, verba, intentio* reperitur. Personæ culpa nulla; non obsessi, cui licet ab Ecclesia remedium petere, quam nouit pharmacopeiam à Christo morbis spiritualibus institutam. non exorcistæ: nam institutus hic ordo iam ab Apostolorum fermè temporibus, *vt dictum cap. precedenti.* *a* non eorum ornatus. Nam stola cinguntur, eamque energumenis injciuntur, qua meminere feliciter sic vsum Pontium Bonenallensem Abbatem: *b* sciunt hac dæmonem quasi ligari, & memorem fieri, eum esse Christi captiuum, & à Christo subiugatum. superpelliceum induunt, quia hoc ordinis & officij eorum est signum; sicque significant se in pugnam non priuata temeritate, sed ab Ecclesia stipendiatos auctoratosque procedere. Rerum quæ adhibentur vitium nullum inuenias, si adsunt accensi cerei; testantur lucis aduentum exspectari à vera luce Christo, & fugam potestatis tenebrarum: si flagella, & alapæ accedunt, moderatæ; fit, non vt corpus obsessi lædatur, sed vt contumeliæ impatiens obsessor diffugiat. vsum hoc remedio, D. Gregorium, & D. Hubertum, & alios fœliciter, docuit, qui de his ritibus egregiè Petrus Thyræus, cuius tantum nunc vestigijs insistimus. *c* Manum exorcizandis imponere, docuere Apostoli, & vir Apostolicus B. Martinus, cum Tetradij seruum Treuiris expulso dæmonio liberauit. Eucharistiam in hunc finem energumenis & ostendere, & sumendam præbere: quam efficax semper & frequens fuerit; legere potuistis ea pitulo præcedenti. *d* nec opus repetere.

a *sect. 3. re med. 4.*

b *Vita S. Bern. lib. 4. cap. 7.*

c *d. p. 3. c. cap. 46. eum adi, Lector.*

d *sect. 3. re med. 2.*

De uerbis res æquè expedita. Verba exorcismi (vt rectè Thyræus) vel ad Deum diriguntur, vel ad Sanctos, vel ad dæmonem. si non sufficiens ista diuisio, ostendant quid desit; equidem nihil inuenio. Ad Deum dirigitur petitio, vt peccata remittat, vt misereatur obsessi, vt potentia sua dæmonem comprimat & exire compellat. Hoccine Magicum dicent? tollant igitur orationem omnem, vt ieiunia sustulere. Negent fidem historiarum omnium: quibus efficacitas orationis in dæmonũ expulsione con

a vide supra sect. 3. rem. 5. & Thyr. supra 649.

testata. a respuãt Christi Domini auctoritatem, id in D. Lucæ Euangel. ca. 9. asserentis. Ad Sanctos quæ dirigun tur vt ad Dei familiares amicos & cœlestis regiæ intimos Palatinos, gratia valentes; vt nobis impetrẽt, qđ a Deo obtinere cõtendimus; petimus, vt ipsi intercedãt. Eorũ adiungimus interdũ merita, nõ vt æqualia Christi meritis (per hæc. n. illa efficacia sunt, & sine his illa nullius meriti forẽt penitus separata) nec. n. vt meritũ Christi deminuãt: sed vt primũ & præcipuè Deus filij merita adspiciens, & oculos vltra porrigens ad ijs tincta imbutaque merita Sanctorũ, fructũ meritorũ filij tã longe patentẽ, & per omnia membra corporis sui influentẽ consideraus; citius moueatur, seque à nobis exorari patiatur. Sic ergo per Christi & famulorũ Christi merita, interdũ exorcistæ obsecrant. Nec ociosa est Sanctorũ nominatio; quorũ olim nomẽ dæmones nõ tulisse constat; ex ijs quæ de B. Antonij nomine Athanasius, & de Litaniarum recitatione alij tradidere. b Nihil ergo Magicũ in his ad Sanctos verbis. Dæmonẽ exorcista alloquitur, increpando eũ seuere, & comminatoriẽ, & per modum imperij, sicut habens auctoritatẽ a Deo: quo modo loquẽdi & eijciendi dæmonẽ Apostoli vtebantur, secuti exemplũ Christi: sic etiam solitos increpare dæmonia primitiuę Ecclesię sanctos viros docet B. Cyprianus ad Demetrianum, *Adiuuãtur a nobis & torquẽtur spiritualibus flagris, & verborũ tormentis de obsessorum corporibus eijciuntur dæmones. & omnium optime Prudentius;*

b vide sup. d. sect. 3. remed. 5.

Intonat antistes Domini. fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solue latentes.
Mancipium Christi fur corruptissime vexas?
Desine. Christus adest, humani corporis vltor.
Non licet vt spolium rapias, cui Christus inhæsit.
Pulsus abi, ventose liquor. Christus iubet. exi.

Nec Christi IESV nomẽ solum inculcatur, sed & alia Dei nomina, & cuncta Christi miracula. idem Prudentius;

Nomine percussus Christi, nec fulmina vecli
Ferre potest. agitant miserum toi uerbera linguæ
Quot laudata Dei resonant miracula Christi.

Addunt *adiurationi* (qua voce vsus Cyprianus) dum *exorcizant* (sic etiam Tertullianus locutus) alia nonnulla: petunt nomen dæmonis, quod Christi faciunt exemplo (*Marci.* 3.) & fieri solitũ superius docui. c & si hoc licet, cur etiã non liceat petere vt socios indicẽt, vt sciamus cũ quibus confligendum? petunt causam ingressus: vt a similibus peccatis alij caueant, & eo vitato vel expiato facilius sanetur energumenus. signum expressionis perũr, vt constet iam vere liberatũ ægrũ. Mẽdax quidem est Diabolus; sed exorcismi verum inuito extorquent. Deinque iubent illum in certum locũ profiscisci, verbi gratia, infernũ, quẽ ei Deus ab æterno præparauit; vel desertum aliquod, vbi nequeat hominibus nocere. Hunc illi locũ exorcista tantum definit, sub spe diuinæ ratificationis: eiectionis enim habe nus promissionem, exilij exempla quædam, non tamen promissionem. Restat mens siue intentio exorcistæ; illa Magica nõ est: quia sperat & cupit dumtaxat, pro officij sui ratione ac munere, diuina potestate sibi cõcessa & promissa, dæmonem in Dei nomine eijcere, & suæ cõsortem naturę hominem ea miseria eripere. Si ergo nec in mẽte, nec in verbis, nec in rebus, nec in personis Catholici exorcismi, quicquam est vel superstitiosum, vel incantatorium: eãt nunc Nouatores nostri, & toties in hac lyra delirent.

c d. rem. 4.

Pergamus ad impij hominis reliquas inaniloquentias. Ait; *Salem quaque exorcizant vt sit omnibus sumentibus salus animæ, & corporis, & fugat Diabolum.* hic iterum nugatur. Salem exorcizamus, & quidẽ formula quæ extat in Romano Missali; inde petat qui volet. Exorcizare licet, vt iam probauimus. Creaturis benedicere licet. nã & Christus panẽ benedixit, & aquæ & alijs creaturis primi Christiani benedixerunt. Multa testimonia protulimus ca pite præcedẽte; d & alia cõtexuit Thyræus noster. a Addo nunc solum testimonium B. Dionysij Areopagitæ, qui in Baptismi ritibus & olei benedicti (seu chrismatis) & crucis signi, & benedictionis seu sanctificationis aquæ simul meminit, his verbis, ut

d d. p. 3. c. 45.

b *de Eccles. Hierar. c. de rando Sacramento illustrationis.*

b Perionius vertit; b Cum ei (*baptizando*) planè vestes ministri detraxerunt, tum sacerdotes sacrum vnctionis oleum afferunt: ipse cum inungẽdi ac perfundendi iter exprimendo signum crucis initium fecit, virumque deinceps perfundendum toro corpore Sacerdotibus tradidit, ad Matrem adoptionis venit: eiusque sacra appellatione inuocationneq; sanctificatis aquis, cùm eas trina vnguenti perfusione &c. Græcè clarius; *καὶ τελέσας ἀπαρεσπάσατον ἀυτὸν τῶν λειτουργῶν, κομίζεται μυρέψεως τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. ὁδὲ, τῆς χρίσεως διὰ τῆς σφραγίσεως ἀπαξάμενος, τὸ λοιπὸν*

fol. 117. edit. Morelia na.

Exponit Paschymer. τῷ παραδοὺς, ἀυτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς κλήσεως ἔρχεται, καὶ τὸ ταύτης ὕδωρ ἁγιάσας τε καὶ θεοποιήσας ἐπὶ τοῖς ἱεραῖς ἐπικλήσεσι καταγίζας, καὶ τριπλῆ τῷ παναγεῖ ἀτμῷ τὸν καυρεσιλέστ χύσει &c. In formulis aũt quid reprehendi meritò põt. En illas bona fide. *Salis hæc est; Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere & sanctificare digneris; ut sit omnibus sumentibus sanitas animæ & corporis, & quicquid ex eo tactum vel aspersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ, per Dominum nostrum IESVM* &c. Ecce totam quam fraudulenter truncatam exhibuit aduersarius: neq; in ea dicitur; vt fuget Diabolũ, quod ille fingit: nec mens illa nobis ea dicentibus, credere salem efficientem fore causam effectuum illorum: sed illo sale vtentibus, oramus, vt per IESV merita Deus petita largiatur. Eadem mens formularum sequentium:

Pro aquæ bened.

Aqua, huiusmodi; Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaque sacramenta, in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & huic elemento, multimodis purificationibus præparato, naturam tuæ benedictionis infunde: ut creatu-

ra tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos dæmones morbosque pellendos diuina gratia sumat effectum &c. Vbi hic illud, quod crepant aduersarij, *aqua benedicta deleat tibi tua delicta?* Vides effectum non tribui efficacitati aquæ, sed diuinæ gratiæ, quam sibi concedi postulat, qui aquam sumit: vt illi Ecclesia gratiam diuinam orauit. Herbas quoque benedicimus, & ramos palmarum: & cum benedicimus rogamus, *vt quicunque ex eis acceperint, acceptiant sibi ad protectionem mentis, & corporis &c.* Mentitur autem Leguleius dum scribit hæc verba: *Herbis quoque à se exorcizatis certa & concepta verborum forma has vires asfingunt: quòd omnes qui utuntur, ex eis benedicantur & sanctificentur, & sit eis sanitas animæ & corporis. Et omnibus hominibus peroribus sue qui ex eis guttaurant, oẽm putredinem & omne phantasma diaboli, & omnem morbum, & omnem pestilentiam, & dolorem expellant.* In his verbis primum mendacium est nos herbas exorcizare: tantum enim illas benedicimus, quòd quantum discrepet ab exorcizatione; vel pueri norunt. alterum est, quod nos has vires ipsis herbis sic benedictis tribuimus: hoc falsum est. nam tribuimus ipsi Deo, per illas herbas, vt per morale instrumentum, sanitatem & alia illa reliqua operanti. Tertium est, quod his puremus homines iustificationem consequi. Nihil enim tale vnquam Ecclesia Catholica somniauit; non modò non dixit, vnde colligatur eam iustificationem alteri rei quàm quibusdam sacramentis tribuere, vel vt putarit hæc esse sacramenta. Sed pergit mentiri & maledicere; *De agno Dei ex cera & lana confecto, atque à se consecrato asserunt; peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit.* ò impudentem insaniam? Tunc vnquam agnum Dei vidisti, qui ex lana confectũ putas? si non vidisti, vbi legisti? si nec legisti, vel fuxisti, vel audiuisti. ex auditu solo narrare talia, lenis est cordis, & nimis credulus fingere, dignum hæretico, dignũ filio Diaboli, qui mendax ab initio & in veritate non perstitit. discè materiam. cõflat cera virginea, chrismatis balsamo, &

De herbarũ & palmarum benedict.

De agni cærei benedict.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua benedicta. Benedicit nõ q̃libet, sed solus Romanus Pontifex; forma hac vtitur, inter alia (longum. n. foret ritum totum ascribere) *Quæsumus Domine, hos agnos, quos de cera virginea in tuã honorem formauimus, sacra & perenni vnda balsamoq; sacri chrismatis perfusos, benedicere, sanctificare, & consecrare digneris: quatenus è te benedicti, virtutem accipiant, contra omnia diabolica tentamenta, & omnes portantes tuti esse possint, inter aduersa, & prospera: vt tua consolatione accepta nullũ periculum timeant, nullamq; formident umbram, nulla sæuitia Diaboli aut versutia humana illis nocent; sed fortitudine tua virtutis roborati, tua consolatione glorientur, qui ue re paracletus diceris* &c. En materiam, en finem & formæ preces, en cui tribuatur efficacitas. Quid in his carpi dignum aut culpari? quid non pium & sanctum? petitur vt Deus benedicat, sanctificet, consecret ipsos Agnos; dicitur fieri ad Dei gloriam: petitur vt consolatione sua Deus propitius sit hos agnos gestantibus. Vbi hic audis comparationem sanguinis Christi, & agni huius? vbi hic tribuitur agno peccati fractio. Apage calumniator cum tuo verificatore: si quis Catholicorum, auctor versiculorum talium, cur non reliqua adscripsisti? sano ille sensu suspicor aliquid addebat quod fuliginem calumniæ tuæ detergebat. Sed quisquis auctor illius versiculi: id nostra parum refert; qui non quid singuli primati, sed quid Ecclesia Romana sentiat sollicite sumus. Semquitur apud rabulã; *De balsamo & oleo, dicunt exorcizo te (audis verba Magorum.)* Siste Lector ad hanc parenthesim. censet homo scilicet eruditus; Magicum esse verbum; *exorcizo te.* At ille ipse sui immemor, ex iplomet Vlpiano pauullo ante rectè docuerat, *a* Christianos olim vocatos exorcistas. Vnde quæso, si nõ ab exorcizãdo, siue adiurando (nam nihili aliud est exorcizare, quã adiurare, vt patet ex collatione textus Græci Euangeliorum cũ Latino) si ergo exorcizo est verbũ Magorum: certe qui exorcizant, Magi. certe vereres illi Christiani, Magi fuere. certe Apostoli Magi fuerũt, qui exorcizarũt. nam eos imitati Iudæi illi fuere, qui verbo vsi quod dicentes Apostolos audiuerant, dixere; *Adiuro uos per IESVM quẽ Paulus prædicat.* b Non vsus fuit adiuratione Christus, sed nuda increpatione; quia, per quem adiuraret, maiorem non habebat. Exorcismos Ecclesiæ agnoscunt; Cælesti. primus, Cyrillus, Chrysostom. Augustin. Cyprian. & alij Patres: c sed omnium antiquiss. horum D. Iustinus Martyr, in Apolog. *Adiurati* (inquit) *dæmones nobis parent.* Verum dicat aliquis dixit ideo esse Magicũ verbum, quia additur; *Exorcizo te creatura olei per Deum patrem* &c. vt fias omnibus, qui ex te vngendi sunt in adoptionem filiorum Dei per spiritum Sanctum. *Item;* vt per hanc vnctionem olei sacrati accipiat vnctus plenam remissionem peccatorum, & sit ad refectionem mentis & corporis, ad euacuandos omnes dolores, omnes infirmitates, omnemq; ægritudinem mentis & corporis. Sed esto nihil hic immutent, sit sane formula sollemnis, quid reprehensione dignum? Exorcizatur inanima creatura verbis, sed redæmon expellitur vel arcetur: ille se adiurari sentit. notæ huiusmodi locutiones Sacræ Scripturæ. Iubetur cælũ audire, idem terræ præcipitur. iubentur elementa & creaturæ inanimæ omnes etiam imperfectiores meteorologicę, benedicere Deo, & laudare creatorem. *Adiuramur per Deum Patrem omnipotentem* &c. hoccine displicet? an malles adiurari per idolum tuum Ilsebiense? *petitur adoptio filiorum Dei.* Nonne licet petere, cuius facta nobis potestas, *vt filij Dei nominemur & simus?* non tribuitur hæc vis egono elemento, quod vt signum adhibetur: non tamen vt signum nudum, sed vt verbi accessione ex opere operato efficax sacramentum. Semper nobis hæc repetenda, quia non desinunt veterem suã in limo ranæ querelam concinere. Vim verò hanc & peccata remittendi, & quæ minora adijciuntur, vt baptismi sacramẽto collatam docea, nolite hic exspectare: seu quia maioris hoc operæ, seu qa iã ab infinitis, & in

Debalsami & olei benedi.

a *num.* 24.

b *Acto.* 19.

c *Cyrillus Catecho. 2. Chryso. homil. de Adam & Eua Auguſt. lib. 1. de Symbo. Cyprian. ad Demetrian. Raban. Maurus, Alcuin. Strabus & alij de ritib. Ecclesia Cãlestin. l. 5. ad Episcop. Gallia. Lactant. li. 2. c. 16.*

ter ceteros nostris hominibus Bellarmino, Soarezio & Valentia præstitum. Damnet aduersarius Origenem: qui *amputari ab hominibus peccata* dixit, *cùm in baptismo donatur remissio peccatorum:* damnet Tertullianum, qui dicere non veritus, *Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro vngitur, vt & anima consecretur: caro signatur, vt & anima muniatur: caro manuum impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur.*] damnet Cyprianum. nam scribit hæc verba: *in aqua baptismo percipitur peccatorum remissio: in baptismo sanguinis corona datur virtutum.*] damnet Basilium, cui *baptismus est peccati mori, regni cælestis conciliatio, adoptionis gratia.* damnet Ecclesiam Græcam Latinamque; cui semper hic sensus, cuius hæc semper fides *a*. Verum aliud adiungit reprehensionis caput. *Oleo,* inquit, *infirmorum, unguntur membra humana, quæ sunt organa sensuum exteriorũ; vt per istam vnctionem expietur quicquid homo istis membris & sensibus vnquam deliquit. Has vires creatura ista non habent ex naturali creatione, neque diuina ordinatione, aut verbi Dei institutione. ideoque mera, verè diabolica, impia, & blasphema Magia, vt recte scripsit Iacobus Heerbrandus, primarius Academiæ Tubingensis Theologus. De hac consecratione Papistica ita scribunt Augustinus Lerchemer in suo Germanico tractatu & Doctor Iacobus Andreæ in suis Essingensibus concionibus* &c.] Nã verba subdit Germanica vtriusq;, ne esset, quod eruditi, lingua illius ignari, possent reprehẽdere. Ne quid autẽ præclari in verbis illis incluſum putent Lectores: Lerchemer, benedictiones omnes de quibus iã egimus, abusum Diuini verbi, agyrtarũ & simiarũ opus vocat: Schmidelinus autẽ Confirmationis Sacramentũ merũ diaboli op* appellat; nec aliter probat, quàm ex ipsa chrismatis consecrãdi formula: & ex crucis signaculo, quod Sacerdos adhibet; & ex exorcismo, quẽ adiũgit. Sed, cùm nec exorcismus diaboli opus sit, sed Dei; nec crucis signaculum diaboli opus sit, sed Ecclesiæ ab Apostolis recepta institutio sacratissima; nec in formula quicquã, nisi sanctum & pium, & sacris litteris consentaneum, cõtineatur; rectè sequitur, maledicum, & blasphemum fueram, & Diaboli per os eius loquentis tubam fuisse hunc Doctorem Tubingianum Iacobũ Andreæ; eumq; benedictiones creaturarum nõ in circulis, & agyrtarum, aut hystrionum scenis natæ, sed semper in vsu Catholicæ ecclesiæ fuerint: sequitur Satyri personam, & comicum histrionem agere suis maledictis Lerchemerum; vereq; diabolicam, merè nugatoriam, impiã, & blasphemam censuram esse Priinarij illius Theologi Tubingensis. probatum id prius: sed addam nunc quædam, vt horũ insciti a fiat manifestior.

Orig. hom. 4 in Cant.

Tertull. lib. de resurrect. carnis.

Cyprian. li. 4. epist. 7.

Basil. ser. ex hortat. ad baptismum.

a Chrysost. hom. 40. in 1. ad Cor. Ambr. in 1. ad Cor c. 6. Aug. li. 1. de nupt. & cõcup. Cõc Valent. 3. can. 5. Lateran. sub Innoc. 3 can. 1. Flor. sub Eugenio 4. in forma Sacrament. Trid. sess. 7. t. 1.

De chrismate, & oleo infirmorum.

De benedictionibus rerum variarum testis est omnis antiquitas. Species fructuum, quas non licet super altare offerre, à sacerdotibus domi benedici, & benedicta à populis sumi, statuit Eutychianus Papa, *epist. 1. ad Ioann. & Episcopos Bæticæ;* & Cõc. Moguntin. 4. ca. 39. A quæ benedictionẽ statuit Matharus Apostolus *apud Clementem l. li. 8. constit. Apost. c. 31.* & eum secutus Alex. 1. *ep. 1. ad omnes fideles, habes in c. aquam, de consecr. d. 2.* & amplexi sunt Chrys. *in Ioan. hom 24. & 25. & in Psal. 22. ad illud, super aquas refectionis,* Ambr *li. 1. de Sacramentis. cap. 5.* Varadatus *epist. ad Leonem I. habes in Synodi Calcedonensi act. 16.* Chrismatis conficiendi, & benedicendi rationem præscripsere nobis Apostoli, *apud D. Clementem lib. 7. Constitut. Apostol. c. 42. & lib. 8. c. 35. D. Dionysium Areopagit. de Eccles. hierar. p. 2. c. 2. D. Iustinum, siue alium Ad orthodox. q. 14 Cyprianum orat. de vnctione chrismat. Cyrillum Hierosolym. Cateche. 3. & cæteros omnes.* Panis benedictionẽ, & Salis etsi iam probauimus, accedat tamen auctoritas D. Hieronymi de Sancto Hilarione, à quo benedictum panẽ omnes sumebant; & Nannetensis Conc. can. 9. vbi & formam habes, tantoperè displicentem hæreticis; *Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hanc panem tuæ sanctæ benedictione, vt sit omnibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum insidias tutamentum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, panem vitæ, qui de cælo descendit,* & cæt. Eadem ratio rerum cæterarum. si v-

De variarum rerũ benedict.

nam licet, cæteras licet eodem ritu. Sic censet Ecclesia Catholica, sic concilia sanciuere, sic Ecclesiæ lumina docuere. reclamant Heerbrandus, Schunidelinus, Lerchemerus? qui, quibus? terræ tubera, cœli stellis, apocalypticæ locustæ illis Ezechielis animantibus. suos sequatur hos de puteo abyssi duces, Godelmannus: nos cũ Euangelicis Magis Steilam sequamur cynosuram, quæ nos ad MARIAM, quæ nos ad IESVM perducat tramite inofenso. Illi benedictionem spernunt, & implentur maledictione; ideò maledicentia os eorum plenum est, ideò in cœlum os suum eleuarunt, & blasphemias ore sacrilego, quas adscripsimus eorum verbis, eructarunt. Vires has res natura sua non habent; sed habent diuina institutione. nam, qui sacramenta instituit Christus, sacramentis vim largiri dignatus fuit: sacramentalibus verò, quæ ab Apostolica traditione recepimus, etiam moralis vis à Deo tribuitur. quam Ecclesia Christi sponsa precibus suis obtinet, in membrorum suorum vtilitatem. Cærimoniarum instituendarum, & curam, & potestatem, Christus Ecclesiæ reliquit, cùm mysteriorum Dei dispensationem Apostolis reliquit. ideò enim Apostolus se ministrum Christi, & dispensatorem mysteriorum Dei dicit. Ecclesia autem eas instituit, quę & honestati, & cultui Diuino sunt accommodatissimæ: quare dubium esse nequit, quin ex se aptæ sint, & idoneæ ad meritum, & vt gratiam Dei mereãtur, ad quam poscendam adhibentur. Vnde & illud fatendum, spiritualem aliquem eorum esse effectum: nõ quidem vt habitualem gratiam, ex opere operato tribuant (quod Sacramentorum proprium) nec etiam, vt vim ex opere operato habeant, ad excitandum in nobis aliquem bonum gratiæ motum: sed quando res istæ ab Ecclesia benedictæ in ipsa benedictione specialiter ad hunc motum excitandum sunt ordinatæ, per Ecclesiæ orationẽ; tunc per modum impetrationis, ijs adhibitis, specialiter à Deo aliquando talis effectus tribuitur. dixi *aliquando*, quia nõ est ineffabilis hic effectus, vtpote nulla promissione firmatus, nisi ea quę orationi adiuncta; *quicquid petieritis, accipietis*, &c. Peccata quoque mortalia remittendi vim non habent vllã; quia hæc sine infusione gratię non remittuntur. Venialia verò dimittendi vim, si ad hoc specialiter ab Ecclesia fuerint instituta, per modum eundem impetrationis habent. potest enim sic orando Ecclesia bonum motum animi impetrare, per quem hominis veniale peccatum deleatur. Expellendi verò dæmones potestas, harum cæremoniarum, & sacramentalium ad hoc ab Ecclesia institutorum, non est posita in physica, siue naturali efficientia; sed morali dumtaxat: eò quod dæmon percipiat signa, & verba humana, & ijs obedire cogatur; tum quia hoc à Deo impetrat oratio Ecclesiæ, & sic exorcista hoc per modũ impetrationis à Deo cõsequitur; tum quia Ecclesiæ data fuit à Christo specialis potestas dæmonibus imperandi; tum quia dæmon virturem Christi, vel inuitus agnoscat, & credat, & meminerit se victum, & superatum Crucis trophæo; fit quasi naturaliter, vt non ferat adspectum Crucis, vel mentionem victoriæ Christi, & cladis suæ: ideoque ad hæc timeat, ac tremat, ac fugere malit, quàm hæc videre, & audire. Cæteri effectus, nempe sanitas corporis, & fructuum, temporaliumque bonorum conseruationes, & huiusmodi, per modum dumtaxat impetrationis directè, & per se obtinentur; per accidens tamen, & per modum remotionis obstaculorum obtinentur, coercita dæmonis potestate; vt solet contingere in exorcismis infectorum noxiorum, & tempestatum, vt post Vvaldens. & alios copiosè, & eruditè docuit Fra. Suarez *in 3. par. quæstio. 65. ar. 4. disp. 35. quæ est de Sacramentalibus.*

Hæc de effectu sufficiant; quæ necesse fuit addere, vt aduersarij mentiri desinant; *nos tribuere vim per se diuinam his cærimonijs.* Impudens verò mendacium est; *nos vngere, vt expietur per illam vnctionem membrorum quicquid illa membris deliquit.*] dicimus tãtũ per modum orationis & precis, ex formula in sacrosancta vniuersali Florẽtina Synodo præscripta: *per istam vnctionem, & suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum &c.* & quoad membra quædam, & non alia inungenda, idem illic à Latinis Græcisq; Patribus quicquid agimus, & Nouantes reprehendunt, aperte seruandum definitur, & ratio singulorum additur. Lege, si lubet. Non dicimus per vnctionem peccata remitti, vt est vnctio; sed vt est Sacramentum, gratiam conferre, peccata remittere, & infirmos alleuiare: dicimus à Christo Domino institutum, & à B. Iacobo Apostolo promulgatum. *a* Et cum illi præceperint, infirmum vngi; nec nisi in membris vngi queat; dicimus ineptos hæreticos, quod vel nolint in membris vngi, vel alia membra magis vnctioni idonea existimẽt. Poliquam sic Godelm. miser in ritus nostros debacchatus fuit, vnum ex Historia depromit argumẽtum. *In prisca* (inquit) *Ecclesia Damonizei in cœtum adducebantur, & populus totus orabat Deum, vt apud Chrysostomum & Clementẽ legimus. Augustinus quoq; li. 22. de Ciuita. Dei & Sozomenus li. 6. c. 28. scribunt, nihil aliud Dæmonis expellendis olim fuisse vsurpatum, quàm preces eorum Deo.* videamus quam hæc vera. bene, quod ad Clementem & Chrysostomum relegamur, fatemur in Ecclesiam adduci, vel potius extra Ecclesiam principio in mediũ ante fores Ecclesiæ produci, Energumenos cõsueuisse, & populum pro ijs orare solitũ. quid tum? an igitur Sacerdotis nullum in hac re officium, nisi quod populi? an non tum quoque exorcistæ? si exorcistæ, erat & exorcismus. Exorcistas salutat Ignatius Martyr? epist. ad Antiochen. *ἀσπάζομαι ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωροὺς τοὺς κοπιῶντας, ἐξορκιστὰς, ὁμολογητάς.* Saluto Subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, confessores. Quomodo exorcistarum meminit ipse D. Clemens *lib. 8. constit. c. 26?* vbi quod *negat eos ordinatione fieri*; id negat, quia de illis tantum loquebatur, qui per Spiritus sancti gratiam se exorcizandi donum consecutos miraculis comprobabant. Quomodo Cyprianus *b* scribit, *per exorcistas vocẽ humanam & potestate diuina dæmonem flagellari, vri, torqueri?* Quomodo scribit Cyrill. Hierosolimitan. *in Præfat. Cateches.* exorcistas *per Spiritum sanctum dæmones effugare?* Quomodo Optatus Mileuitan. *lib. 4.* asserit *per exorcismum Spiritus immundos depelli & in desertum fugari?* Quomodo de exorcistis idem affirmat tot locis Augustin*?* *c* Quomodo ipse Chrysostomus (quem aduersarius obtrudit) *exorcismis* (inquit) *& exsufflationibus clericorum ab eis immundus abigitur?* *d* Mendacium vero est, quod dicit Augustinum & Sozomenum scribere, nihil aliud præter orationem fuisse vsurpatum. Nam differtè *lib. illo 22. cap. 8.* D. Augustinus narrat dæmonem vim maleficam ex Hisperij domo non sola oratione, sed & missæ lectione, & aquæ benedictæ aspersione, & reliquiarum Sancti pueris adhibitione pulsam. addit secundo, alium adolescentem ad motis reliquijs Diuorũ Protasij & Gerualij liberatum. tertio, narrat Hipponensem virginem cum oleo, cui sacerdos lacrymas suas instillarat, se perunxisset, mox a dæmonio fuisse sanatam. Et auder miser Augustinum nobis obijcere? Audet confingere huiusmodi, quæ tam clara luce mendacij plena deprehendantur? Sozomenum quoque vel non legit, vel nõ intellexit. asserit ille *lib. 6. cap. 21.* non pulsum Macariorum oratione dæmonem, sed sola increpatione; *vt* (inquit) *Macarij Dæmonium increpauerant, puella ad sanam mentem rediit. κατὰ μόνον τὸν ἐπιτιμήσαντων δὲ* &c. Et quamuis meminisset solius orationis Hermiæ, non tamen inde sequeretur alias non solitos vti alijs remedijs. Vide quæ fusè narrauimus, & de Macario, & de alijs *præcedente foll. 3.* Vnum restat Godelmanni non in nos, sed in ipsum Christũ Dñm telũ, nẽpe *ἀρτολατρείας*, vt ipse vocat, crimen; qđ explicarat paulo antè *num. 26.* verbis *Ad hæc probatione horum*

F

G

H

In fine contil. in formula Sacramẽtorum data Armenis

2 Innoc. I. in c. illud fin. præsumum. d. 95. D. Clemens d. li. 7. ca. 42. & seq. Bedain hist. Iaco. c. 1. Concil. Carthagin. 2. cã. 4. 48. Senonense can. 10. Augustinum can. 20. Magun. 4. can. 34. Colonien. 3. p. 7. c. 49. & 50. Trident. sess. 14. Rabanus li. 2. de instit. clerici. c. 55.

1. Corinth. 4. vide Concil. Tridẽti. sess. 7. can. 13.

b li. 4. epist. 7.

c li. 2. de Nupt. & cõcup. in. 18. & 29.

d domi. de Adam & Eua.

horum quinq; verborum, hoc est enim corpus meum, *cum halitu facta; se panis substantiam mutare, corpus Christi de cœlo detrahere, & in hoc illum conuertere, planè magicè sibi, & alijs persuadent*. ò linguã eradicandam stirpitus? os impurum & blasphemias euomens assidue; ergo Christus Dominus Magus? qui asseruit eum quem manu tenuerat panẽ, corpus esse suum. Si caro erat, panis non erat. Si panis erat, Christi dictũ verum non erat. Sed panis, inquies, remanet cum carne. Impanationem vestram insinuas, ò arrocrearie: vel sanè Christum velut dolio aut marsupio includis: dignus hoc nomine qui insutus culleo vel dolio in profluentem conijciaris. Refutarunt hoc cõmentum, nostri Theologi, quotquot fuere. Nec nobis nunc vacat de *Transubstantiatione* agere: nec huius loci disputatio est. Videamus ergo quid hic magicum, non illorum verborũ quinque probatio, quæ & Christus protulit, in vltima cœna: & D. Petrus, & D. Iacobus, & D. Andreas, in suas Liturgias seu Missas retulerunt: & tota semper Ecclesia fuit amplexa. Non afflatus, cui nos vim nullam tribuimus; nec etiam alium necessariũ putamus, quam qui in verbis proferendis necessarius. si loqui sine halitus exspiratione possẽmus, halitu opus non foret: si crederemus halitu species panis contingi debere, superstitiosi essemus: si inhalationi illi vim transubstantiationis tribueremus, stulti excerebratiq; meritò audiremus. nihil autẽ tale Catholici credimus. quare mentitur more suo Leguleius. mentitur etiam, cùm ait nobis & alijs persuadere, quòd corpus Christi de cœlo detrahamus. Nã censemus, etiam sine vllo Christi Domini motu locali, hanc transubstantiationem fieri posse. si potest per motum localem; cur non potest sine motu locali, ille qui est omnipotens? nã potest per se, quicquid per causam secundam potest: motus autem localis tantùm foret causa extrinseca præsentiæ Christi: nihil autem illi intrinsecum est, vel essentiale. Non est etiam Magicum, putare panem in corpus Christi conuerti: immò est fidei articulus, ab initio Ecclesiæ semper retẽtus. dixit Christus, docuere Apostoli, & omnes quotquot per hæresim ab Ecclesia non defecere. sub anathemate hoc credendum statuitur in Concilijs Romanis tribus, duobus contra Berengarium, & 3. maximo sub Innocent. 3. item Turonensi contra Berengar. item in Cõstantiensi contra Vvi clephum, in Florentini decreto vnionis, in Tridentini sess. 13. can. 2. Patres commemorare longum foret, omnes ad vnũ pro nobis sunt: omnes veram Christi carnẽ in Eucharistia crediderunt, omnes adorarunt. D. Iacobus in Missa sua, rogat *ut Spiritus sanctus faciat hunc panem corpus Christi &c.* quod etiam in Liturgijs D. D. Basilij & Chrysostom. habetur. D. Ignatius Epist. ad Roman. ἄρτον τοῦ θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ ἐστι σάρξ τοῦ χριστοῦ quid apertius? sed & D. Dionys. Areopagita, *a* hunc panem vivificum dicit habere vim maximã perficiendæ Sanctitatis, τῆς ἱεροτελεστικωτάτης εὐχαριστίας. vocat sacratissimam Eucharistiam ἱερωτάτην εὐχαριστίαν. addit *b* Christi Domini sentẽtia iudicatum hoc Sacramentorũ Sacramentum, siue mysteriorum mysterium, hoc est augustissimum & præcipuum. καὶ γὰρ ἔστι κατὰ τὸν κλεινὸν ἡμῶν καθηγέμονα, τελετῶν τελετή, accumulat præterea similes laudes multas, & magnificas D. Pauli discipulo dignissimas. Hunc Galliarum Apostolum, cur Gallici Caluinistæ non audiunt? video, quòd nequeant eludere testis auctoritatem, eò illos confugere, vt negent esse libri auctorem. Sed quo id negãt auctore? nullo quod sciã vetustiore. Quamuis quidã olim dubitarint, statim tamen eorum error ab æui illius scriptoribus fuit cõfutatus. Quæ dubitandi quæso causa idonea; cum & res verbis, & verba rei respondeant, & vtraque primitiuum illũ spiritum Ecclesiæ penitùs redoleant? vide (*Lector*) malitiam dicam, an impudẽtiam? ipsam phrasis antiquitatem, quę maxime idonea esse debuit persuadẽdæ veritati, contra veritatem intorquent.

a *ca. 2. Eccles. hierar.*

b *ca. 3. de Eccles. hierar.*

Negant Beza in N. T. Schalig. & quidam alij de hoc genere.

a *Illyric. & Schalig. F.*

quent. *a* si hoc argumento vti licet, cui veterum libri relinquẽtur sui? proclive semper fuerit dicere recentiorũ aliquem sic scripsisse, vt affecter antiquitatem. cùm duo sint ad dignoscendos scriptores idonea indicia, stylus & testificatio scriptorum aliorũ: vtrũque fauet nobis. Stylum negare non possunt prorsus eruditum & antiquarium. auctores ferè innumeri contestantur Græci Latinique. Scilicet, isti ignorassent hoc opus post Valentiniani tempora conscriptum; vt asserit nuperus quidam temporum emendator, qui suo se suffragio claui figendi Dictatorem constituit. profert auctorẽ? coniecturam suam, immò potius vetere rem Illyricianam cauillationem. *Is* (inquit) *ut affectet antiquitatem, μοναχοὺς κοινοβίους uocat θεραπευτὰς. Monachos autem μονοβίους uocat ἰδιαλους, ne uideretur sui sæculi uocibus uti*. Non credimus hosti Monachorum, & illis tam antiquam institutionem inuidenti, &, vt auertat, hæc omnia comminiscenti. Quomodo probas, ideo sic vocasse, ne sui sæculi vocibus vteretur? Potius credendum sui sæculi vocibus vsum, quam alieni hac etiam in re, cum toto reliquo libro cetera vocabula antiquoris illius, cuius, quibus nunc vsus, erãt sæculi, retinuerit. Puerilis planè illa hariolatio, & acumine isto, quod quæ nec sunt, nec fuere, videre se credit, & alios sibi credere Manlianis iubet imperijs, digna: multoque magis quod de *Mandris* & *Mandritis*, lepidum scilicet apophoretum apponit: cuius meritò statua inaurata in Cõsistorio Lugduno Batauico; vel potius, quod in Miscellaneis Lugdunensibus victi solebant, λοίχειν imperetur. Vnde etiã probat Dionysium hũc (*quem Simium*, honoris causa, pro sua innata modestia, vocat) θεραπευτὰς monachos nominare; idcirco quòd apud Eusebiũ, sic vocatos ex Philone, legisset? credo in bifido Parnassi vertice cum Ennio somniantem didicisse. quasi iam probarit, Eusebio hunc scriptorẽ esse recentiorem: quamdiu hoc nõ probat, frustra conijcit, nec optimus vates audiet, quia conijcier pessime. Quæ hæc temeritas est, somnia nobis sua obtrudere, & pro oraculis Delphicis mera coniectanea? Sed profectò tali in veteres quosque scriptores petulantia, & (quæ cum ætate augescit, in cæteris solita decrescere, sitque amicissimis ẽt grauior) iactantia, præclaras ingenij, & eruditionis dotes mirum in modũ dedecorat. Verum quid illi facias, habet hoc hæresis omnis, Caluiniana præsertim. cunctos spernit, sibi soli sapere & scire videtur; monitoribus aspera, reprehensiones etiam iustissimas contumelijs & conuitijs munerat. Tollãtur isti næui de corpore pulcro, placebit omnibus labor ille, & feret æuum. Dionysium Areopagitã auctorẽ operis Hierarchici agnoscũt ex Græcis, non tantùm B. Maximus, & Georgius Pachymerius, & Ioan. Sycopolitanus; qui commentarijs illustrarunt; & *in Encomio* Michael Syngellus, Photius, And. Cretensis, Ioan. Damascenus, Suidas; sed & antiquiores his Anastasius Sinaita, & Anastasius Nicenus; & B. Chrysostomus, cui hæc Areopagitæ scripta cognita fuisse, testatur Anastasius Bibliothecarius *epist. ad Carolum Caluum*: eadẽ nõ nouisse tantùm, sed & explicasse commentarijs Dionysium Corinthium, laudat Maximus, *in scholijs*, auctorẽ suũ Anastasium Antiochenum *ἐν τῷ ὁδηγῷ*: & ex his testimonia desumpsisse contra sui temporis hæreticos Cyrillum Alexandrinum narrat Liberatus *in Breuiario*, & multa huius scriptoris verba suis inseruisse libris D. Gregorium Nazianzenũ scripsit, Billius Prunæus *Sacrarum obseruationum lib.* 1. Billi⁹ ille Nazianzeni lectioni apprimè deditus, idoneus, si quis alius, & locuples huius rei testis. Hilduinum etiã Francum, & Gregorium Magnũ, Martinum Papam & Martyrem, Agathonem, & alios PP. Romanos prætermitto; quibus horum librorum fides indubitata fuit, & ab alijs citatos inuenias; vt & illud inprimis notatu dignum, quòd *in Bibliotheca sua* Photius commemorauit; Theodorum Presbyterum Græcum ex professo hac de re librum composuisse, vt conuinceret,

ea

ea quæ habemus S. Dionysij Areopagitæ opera, non esse pseudepigrapha, & tot ante sæculis quattuor præcipua, quibus nunc hærerici nostri aburuntur, vt ea impugnent, argumenta luculenter dissoluisse. Δεύτερον δὲ Θεοδώρῳ πρεσβυτέρῳ, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος. Συνελύοντο δὲ ἐν τῷ λόγῳ ἐνστάσεις τέτταρες: μιᾷ μὲν ὅτι οὐκ ἦν γνησία: πῶς γὰρ ἐμνήσθησαν τῶν ἐν αὐτῇ ῥητῶν τέκνα χριστιανῶν τινες τῶν μεταγενεστέρων πατέρων; δευτέρᾳ δὲ, ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἀναγραφὴν ποιησάμενος τῶν συγγεγραμμένων τοῖς μακαρίοις πατράσιν ἡμῶν Ἕλλησιν, οὐδεμίαν ταύτης μνήμην ἐποιήσατο. Τρίτη δὲ, ὅτι πῶς τῶν κατὰ πρόκοπὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ διὰ μαρτύρων τοῦ χριστοῦ αὐξηθέντων παράδοσιν, ἡλίκος αὐτὴ λεπτομερῶς ἐξηγήσατο; Ὁ μὲν γὰρ μέγας Διονύσιος σύγχρονος ἦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν πράξεων, τοῖς ἀποστόλοις: οὐδὲ ἡ βίβλος περιέχει τὰ πλείστα τῶν κατὰ πρόκοπὴν [καὶ] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντων παραδόσεων ἔστιν ἀναγραφή. ἀπίθανον δὲ φησι, μᾶλλον δὲ κακόπλαστον, τὰ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς τελευτῆς μεγάλα Διονυσίου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντα. Δεύτερον ὑπολαμβάνειν ἀναγράψαι. Τετάρτη δὲ, ὡς μιμηταὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἀγνοοῦσιν ἡ Σίκελος; ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἁγίων ὁμολογηταῖς χρόνοις: ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι Τραϊανὸν τὸν διώκτην εἰς ἡμᾶς ἦλθεν ἀγὼν, ὃς καὶ πρὸ βραχέος τῆς τελευτῆς ταύτῃ ἐπέστειλεν, ὡς ἡ βίβλος μνημονεύει, γράφει. ταύτας δὴ τὰς τέτταρας ἀπορίας διαλύσαι ἐπαγωνισάμενος, βεβαιῶ ἐγὼ (τόλμᾳ δὲ αὐτῷ) γνησίαν εἶναι τὴν μεγάλην Διονυσίου τοῦ Ἀθηναίου. hactenus Photius.

Si quid aduersari nouit, quod nec Valla, nec Erasmus, nec Flaccus Illyricus obiecere; amabo, proferat in medium. Veritatis amator sum, vt qui maximè audiri cupio, & audire; docere & discere amo. eâdem ferram reciprocare non amo: abstineat velim, quæ iam alij illi præoccuparunt, & recti memoria, à Matthæo Galeno Belga, & Cæsare Baronio, validè calcata protritaque. Dignus fortassis, cui potius, quàm tot Græcis doctissimis antiquissimisque Patribus credamus, quem doctiorem, acutiorem, sapientioremque arbitremur, opponet os columnatum tot Ecclesiæ luminibus, tot fidei columnis. dicat se vnum melius nosse characterem Dionysianum discernere, quàm Chrysostomum Cyrillumque: passos sibi per ingenij stuporem imponi. Græcæ linguæ ignaros fuisse Marsilium Ficinum, Ambrosium Camaldulensem, Perionium & tot sæculis priorem Ioannem Scotum illum; alium à Dunsio & Maiore; qui quatuor pro Areopagiticis libris, cùm verterent, agnouere. Occalluimus ad similes Pyrgopolynicis Nitiobrigis Thrasonismos. Qui saxorum nouus epigrammatarius Lucano sculponeis os batuit; qui Manilium docet astronomiam, qui in Geometricis adhuc discipulus, & malè calculi subductâ à Lanista deprehensus, supra Euclidem, & Archimedē sapit; qui Tacitum, Suetonium, eius quo vixerunt temporis, & quod ex tabulis publicis didicerant, rationem dedocet: cui Eusebij aniles & pueriles alucinationes manifestæ, & Eusebium ceteri patres pueriliter sequuti: præ quo vno ceteri vt vmbræ volitant, simioli, fanatici, furiosi, hostes veritatis, stupor: cui omnes ludibrium debent: quem nemo reprehendit, nisi qui ignorat: qui in hominibus studiosis huius sæculi, in alijs studium, in omnibus sensum bonarum rerum desiderat, (*vtor eius verbis, nec adsingo quidquam.*) Quē nullus hactenus reprehendit (*blatrasse dicit*) qui nō furiosus, aut flagitiosus, aut indoctus, aut ēt tribus his virtutibus simul exornatus fuerit. Et hic bonos nullos insectatus est; cui illi agyrtæ, scurtæ, vel Sophistæ, si quid mutire contra hunc Temporarium Dictatorem ausi. Hic nullis obtrectatus, leniissimè, & absque omni penitus ambitione scripsit, quæ scripsit. huic à sapientia moderatio imperata est. Mauult isse modestiam eius omnes, quàm iustam irā pauci sentiant: *benè & verè, hoc quia iniquam vult omnes perpeti, iustam vix scio an in quenquam hactenus calamo strinxerit.* Illius virtutem euitari non potest,

Gale. in Areopagi Baron. Annal. tom. 2.

Ex Libb. de emend. Temporis, & epist. de vit. Iulij Schalig.

est, quin tanquam vmbra, gloria & inuidia sequantur. Ecce, quocunque se confert, inuenit rupices & Marrucinos; quibus eius virtus statim subolet, vt suibus Amaracinum. Quocumque it, mittit signa sui. Quisquis perditus est, insanus, virtutum, & bonarum litterarum hostis, vestigijs eius eum colligit, & capitali odio prosequitur.] Quam hic de se demisse, quam de alijs omnibus sentit magnificè? Nonne se præbet omnibus, modestæ scriptionis, & humilis animi exemplum illustrissimum? Quanta hæc ignoratio est sui? quantus stupor, his animis cùm sis, eos litteris seræ posteritati notos velle? quæ insania arbitrari, adeò omnes hebetes, vt, talium verborum vestigijs, in animi arcana se iudicando non penetrent? vt hæc humanitate tinctos, & amantes Christianæ pietatis & officij, non offendant? Nec contentus grassari in singulos, stringit acumen stili in integras Sodalitates & religiosos ordines, à Tridentina Synodo Oecumenica laudatos; quodque audaciæ intolerabilis est, Ecclesiam vniuersam à multis iam sæculis errasse, nec verum vidisse; fretus leuiculis rationibus, graui supercilio contendit. Quas qui legunt futiles deprehendunt; cùm alias ob causas; tum quia fingit ipse sibi periodum & præfigit, quam commentus potius, quàm validè probauit: &, cùm æquius fuerit normam suam, Ecclesiæ scitis, & veterum placitis accommodare; ipse contra, vult omnem vetustatem edicto noui Dictatoris parere, & eadem confidentia præceps ingenium, quicquid non est ad amussim illam suam; id damnat erroris. Quid verosimilius; an errasse vnum, qui cum nullo veterum, nec cum Ecclesia consentit; an errasse veteres omnes & Ecclesiam, eo quòd in plerisque ad illam amussim nouam non conueniant? scio cum quo errare malim, scio quem potius errasse credendum. Verùm tamen fruatur iudicio suo, quia monitioni locus nō est: incurrat in omnes vt lubet, qui ἀναβὰς εἰς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ δύβητο; non illas Regij Vatis; sed illius, superborum Regis, qui posuit in cœlum os suum, vt thronum figeret in Aquilone, & similis esset Altissimo. Se vitij omnis expertem profiteri, esse similem se Christo profiteri? Soli tibi IESV optime licuit dicere; *Quis vestrum arguet me de peccato:* mortalium nemo expers vitiorum est. Hic tamen permisit calamo chartis illinere: *Quid mihi obijcere possunt, præter virtutem, quam non habent? Nullius mihi conscius sum, cuius me apud homines pudere debeat.*] Apostolum puta Paulum loqui. an idem illi licet, quod *vasi electionis?* non sanè. non quia dissimilis res, sed is qui dicit. Si de grauibus flagitijs, & publicè vindicandis loquitur, egregiam sanè laudem, cur id opus tantoperè iactare, quod cum plerisque commune? Quamuis & Caluinianismus, quem profitetur, certè tale tantumque crimen est, vt si sanæ mentis foret, eius illum perpetuò & pigere, & pudere, & pœnitere oporteret. Si de alijs animi vitijs, quæ hominem dedecorant, & Deo hominibusque minus gratum faciūt, sensit; vt sensisse reliqua, quæ addidit, satis ostendunt: nihil arrogantius, nihil à veritate alienius dici potuit. fastuositas, iactantia, contemptus aliorum, virtutes credo sunt, non vitia: q̄ ab his immunis, quàm integer, si philautia non excæcasset oculos, ipsimet iudicium permitterem. Sed fruatur, inquam, suo iudicio, sibi plaudat, placeatque: vel potiùs (fac, qui potes Deus, & hoc animo me ista nosti scribere) resipiscat, & in posterùm infrunitæ linguæ, calamoque infreni, desinat tam laxas habenas permittere. Quod ad me, puto licere mihi, qui ex omnibus vnus sum, in eum aliquid, qui sibi cuncta in omnes voluit licere. Licuit homuncioni in diuinum Dionysium petulanter; cur mihi non liceat pro Diuo constanter? Mentem saniorem illi opto. conuitia nec curo, nec metuo: ista cessare æquum est,

est, rationes compulsandæ. Quod sperare non audeo. consueuit vel silentio, si quando nequit respondere, dicta transmittere: vel contemptu, & maledictis certare. Fors ista nec limis dignabitur. audiet certè, quod legisse dissimuler, & aliquem vel ex Armoticis substituet.

Incubuit nunquam cœlestis flamma sa-
lictis,
Nec parui frutices iram meruere Tonantis,

Causa certè non mereor, qui hæc animo non malo: sin aliter, noui cœlestia à Claudianis tonitruis, & à Ioue Salmonea discernere.

ANACEPHALAEOSIS
DVODECIM SALVBRIVM MONITORVM, QVAE CONFESSARIIS IN PROMPTV ESSE DEBENT.

MONITIO I.

Dæmones esse.

I. de libr. 2. 2.

VM in homines atheos incideriut, dubitantes an sint dæmones? proponant illis 1. id doceri apertis S. S. verbis passim occurrentibus: 2. hûc perpetuum Ecclesiæ sensum fuisse. 3. hæresim esse contrarium defendere: quæ tria probantur à Theologis in materia de Angelis. 4. conuincit ratio: effectuum quorundam mirabilium experientia. vt v. g. subitò montem vnum loco mouere: bruta loqui: defunctorum simulachra oculis spectanda proponere: linguis incognitis loqui: res ferreas (sine magnete) argenteas pateras, aut similia magni ponderis super mensa locata, sine funiculo aut simili instrumento, attrahere, ab vno extremo ad aliud, subsultantia: quo à quis foliolũ chartæ inter multa sit electurus certò prædicere: chartam ab aliquo ex toto chartarum ludo extractam, in manibus extrahentis manentem, noua inducta figura, ter facere immutari: facere vt tres vel plures diuersæ personæ de vna eademq; re cogitent: vim imaginatiuæ alterius facere, vt de alia re vix cogitet, quam ea quæ cogenti nota: (*vix*, dico, nam omnino vel voluntatem vel intellectum cogere, seu necessitate quadam absoluta ad id adigere, nec dæmon potest) facere specula, in quibus, quæ in decẽ milliaribus fiant, videri possunt: trium horarum spacio arbusculam verã spitamæ longitudine ex mensa facere excrescere: facere certæ lucernæ lumine accenso, vt quotquot adsunt mulieres, vestibus se nudent, & quæ natura docet tegenda oculis obijciant, & sic nudæ tripudiare non desinant, quamdiu ardeat in medio apposita lucerna leporis adipe plena, & certis characteribus insculpta, & huiusmodi alia; quæ nobis circulatores ex Baptistæ à Porta scriptis & disciplina obtrudunt; quorum cum nec naturales nec artificiosæ causæ proferantur idoneæ, spiritualibus causis effectricibus tribui debent; quæ sunt angeli, & dæmones.

MONITIO II.

Non licere vllum pactum vel amicitiam cum dæmonibus inire.

QVI putant non esse magnũ peccatũ cũ dæmonibus fœdus, pactũ, aut familiaritatem habere, doceantur primò; quanta sit vis & dignitas primi præcepti prioris Decalogi tabulæ. Nempe illud vt ordine, sic & dignitate primum esse. Nam digniora esse, ratione obiecti, tria primæ tabulæ septem alijs tabulæ secundæ: & inter illa tria, præcipuum esse primum. Tertiũ enim potissimùm agit de

vide li. 2. q. 4. & lib. 4. part. post. Her. q. 4. sectio. 8.

de cultu externo, secundum de verborum honore, primũ de amore & fidelitate animi Deo exhibenda, & virtute religionis seu Theosebias, seu Latriæ. quare cùm hæc virtus Deo gratissima sit, etiam illi contrarium vitium est odiosissimum, nempe idololatria & infidelitas. nam est quædam apostasia, proditio, & trãsfugium ad hostium Dei Principem Diabolum: quod peccatum est omnium vitiorum moralium grauissimum: & ideo huic præcepto a Deo pœna fuit addita, cùm Deus testatur se fortem & zeloten esse, & hoc peccatum vsque in tertiam & quartam generationem vlciscì, & vocat hoc peccatum odium sui, eo quòd transgressores vocat osores suos *a*. Secundò doceantur omne cum dæmone fœdus aut amicitiam contra hoc primum præceptum esse. Cùm enim inter Deum & dæmonem sit quasi perpetuum bellum, seu odium (Vnde de dæmonibus legimus; *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*: & Diabolus vocatur *Satan*, hoc est aduersarius) tenemur nos, vt vassalli Dei, perpetuum quoque & capitale odium cum dæmone exercere, hoc bellum vt Paterpatratus initiò mundi Deus indixit, cùm dixit Serpenti; *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semẽ tuum & semen illius. b* quibus verbis prohibemur vllas cum dæmonibus inducias aut commercium habere. Idem nos docet Apostolus; *Nolo*, inquiens, *vos fieri dæmoniorum*. Idem nos in baptismo promisimus, Sacramento adstricti, Ecclesiæ nomine rogante Sacerdote, & patrinis pro nobis respondentibus non semel, Nos abrenunciare Satanæ & pompis eius. Cùm itaque hoc bellum initiò mundi conditi indictum, & initiò Ecclesiæ Christianæ tuba Apostolica renouatum, & à nobis cùm in Ecclesia fuimus regenerati iureiurando votiuo sit susceptum ac promissum; sequitur eum, qui cum hoste pactum vllum aut familiaritatem colat; perfidiæ, transfugij, & apostasiæ reum non minùs esse; quàm vel monachus votiuam deserens professionem, vel miles ad hostem transfugiens, vel Christianus Mahumetismo se addicens. Tertiò moneantur non tantùm hoc Deo displicere, sed ipsis quoque perniciosissimum esse. Dæmonum enim in homines odium est inexplebile, & à sui lapsus tempore nunquam illud remiserunt, nec vnquam remittent aut minuent: si permitterentur à Deo, omnes mortales interimerent; quod quia vident sibi non licere, ideò assiduè hominibus animæ mortem moliuntur adferre per varias & multiplices peccandi illecebras; ne, qua excidere beatitudine, homines potiantur. Odij magnitudo patet ex vehementia & acerbitate cruciatuum aut vexationũ quas iuxtulere, quotiescumque Deus illis permisit, vt testantur Iobus, Saræ mariti, D. Antonius & alii inumeri. Pertinaciam odij docent, Iobus dicens; *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus d*. & Christus Dominus; *vos*, inquit, *ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. & ille homicida erat ab initio: & in virtute non stetit & non est veritas in eo. cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius e*. cùm dicit homicidam esse ab initio, significat hunc eius perpetuum esse conatum, animas necare: circuire instar leonis rugientis & quærere quem deuoret, vt ait D. Petrus. cùm addit veritatem in eo non esse, docet frustrà quem cum illo pacisci, qui totus ex perfidia conflatus est. Ideò cum semper velit nocere; certò tenendum nobis, illum nullis blandicijs, obsequijs, aut cultu homini reconciliari, placari, aut deliniri: sed quando se beneuolum aut amicum fingit, tum maius malum hominibus moliri. Origenes *lib. 8. cont. Celsum*; Probabile est (inquit) dæmones, cùm sint improbi, ne cultoribus quidem suis dexteram, datamque fidem seruaturos.

a *Exo. 20. v. 5.*

b *Gene. 3. v. 15.*

c *1. Corin. 10. v. 21.*

d *Iob. 41. v. 15.*

e *Ioan. 8. v. 44.*

MONI-

MONITIO III.

Ne iudices hos negligant punire, aut dissimulent.

Pro l. 5. sectio. 4. QVando cõfessarij incidunt in Prælatos, Principes aut Iudices, nimis lenes, & remissos, & negligentes in sectæ huius exstirpatione: Monere illos debent, quòd sint à Deo constituti ad vindictam malorum, & sine causa gladium non acceperint: quòd mala quæ ex eorum negligentia orbi & Ecclesiæ inferuntur & gliscunt quotidiè, seuerissimè ab illis exigentur: q̃ ad damnorum restaurationem teneantur. hoc peccatum directè & immediatè contra Maiestatem Dei tendere; & idcircò non magis licere principi diuinam iniuriam remittere aut dissimulare, quàm Prætori licet sui Principis, vel militi sui Imperatoris. Legem illã veteris Testamenti; *Maleficos non patieris viuere, a* non esse dumtaxat iudicialem positiuam, sed iudicialem iuris diuini & naturalis, & ideo non esse per legem Euangelij sublatam. Iudicibus inferioribus non licere vitæ securitatem rei huius delicti promittere, vt crimen spontaneè confiteantur & socios deregant: licere id solo summo iudici, qui lege superior & ex causa iusta, & quando hoc euidens necessitas vel vtilitas reip. postulat. Meminerint, si qua damna per eorum conniuentiam aut negligẽtiam a maleficis subditi patiantur, si qui necentur, aut ad consortium criminis pertrahantur; sanguinem hunc a manibus eorum Deum requisiturum. Non hominis illos, sed Dei iudicia iudicare. Cauendum ne fiant socij furum; & ne dum, vt Iosaphat, his qui oderunt Dominum amicitia iunguntur, iram Domini mereantur. *b* videant ne audiant terrificum illud Prophetæ dictum Regi Achaz; *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. c* Qui denique falsis opinionibus, & erronea sua existimatione decepti, conantur iudices abducere à cognitione, & vltione criminis huius; vel auctoritate, vel calumnijs; illi monendi vt resipiscant; ne & se conscios eiusdem delicti, vel fautores delinquentium, vel iustæ & Canonicæ contra hanc hæresim inquisitionis disturbatores & impedimenta præbeant, cum periculo incurrendę excommunicationis. *c. vt inquisitionis. de hæret. in 6.* Denique hos omnes honorem Dei negligere, & proinde solere a Deo negligi, & in maximas calamitates, & ignominias abijci iuxta cõminationem Heli Sacerdoti factam, *1. Reg. 2. v. 30.* Quam hoc Babylonijs exitiale dixit lib. 5. sect. 16. in fi.

Nahum inter præcipuas causas excidij Niniuæ memorat, quod in ea Magi & malefici magni fierent *cap. 3. v. 4.* Eandem ob causam minatur Ierosolymæ Michæas *c. 5. v. 10.* Propterea Cananæi deleti & pulsi sedibus suis. *Deut. 18. v. 10.* Nunquam id impunè Regibus cessit; Saul non excidit regno nisi postquam Magiæ præsidia quæsiuit: tunc (ait Blesensis) *dum Pythonissam consulit in montibus Galboe cum filijs meretur interfici. Sic Ochoz̃ias, qui ceciderat per cancellos, dum de vita diuturnitate seruatur, vita eius tanquam tela texenda succiditur*. ob maleficorum imitationẽ Manasses specimen fit Regis calamitosissimi, *4. Reg. 21. & 25.* cuius peccatum etiam posteri luerunt, nec placari Deus potuit Iosiæ pietate *4. Reg. 23.* Iezabelis veneficia nota, sed & præcipitatam de fenestra, laceratam a canibus. Longum sit alios recensere, Zoroastrem fulmen occidit Magiæ inuentorem. *Plin. lib. 30. c. 1. lib. 11. c. 42.* De Ferrando Comite Flandriæ, de Guilhelmo Iuliacensi, de Scotiæ Regibus aliquot, de Principe quem memorat Gerson, actum superioribus libris. de Mulleasse Tunetano Rege, non paucis egit Paulus Iouius; de Vortigerno Rege Boethus *lib. 8.* De Græcorum multis memorat Petrarcha *lib. 4. rer. memorandar. c. 1. 2. 3.* Si Romanorũ Annales voluas, occurrent tibi plurimi, quibus hæc licentia exitij miserrimi occasio fuit. de Numa Põphilio, Plutarchus, *in Numa.* de Tullo Hostilio, Dionysius, & Iuuenalis. 1. De Nerone Plinius *lib. 20. Nat. histo.*

a *Exo. 22.*

b *2. Paral. 19. v. 2.*

c *3. Reg. 20. v. 42.*

1. Reg. 28. v. 8.

4. Reg. 1. v. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

c. 1. & Suetonius *in Nerone*. De Valeriano Nicephorus *li. 6. c. 10.* de Iuliano Apostata idem Nicephor *li. 10. c. 29.* de Licinio Niceph. *li. 7. c. 45.* De Fl. Rufino Tyranno, Claudian⁹ *li. 1. de laud. Stilichon.* de Maxentio, de Heraclio & alijs alij. Quid referã recentiora? Leo poldum Austriæ ducẽ Friderici. III. fratrem, nimis familiarem Magis, qui dam narrat, ita a spectro perculsum fuisse, vt paucis post diebus obierit. Vvenceslaus Bohemiæ rex summo in pretio voluptatis causa Zytonem & alios habuit; cui quæso Principi cuncta regni negotia infælicius cessere? Crespetus *dise. 7.* scribit cuidam ætatis huius Principi mortuo inuentam ad collum appensam imaginem Theurgico ritu deuotam, qua se fælicem fore sperabat: quo tamen vix vllus calamitosior fuerit. Vltimus e gente Valasia Rex quam inopinata, & crudeli, & inaudita nece de medio sublatus fuit? memini me in *li. de gestis eius Lutetiæ exeso* legere; nullum apud eum in maiore gratia fuisse, quam illum ipsum; qui his artibus instructus ad honores graf sabatur, & Regem suum hisipsis initiare conatus, fecisset, nisi horror præsentiæ dæmonum illum abegisset. Cõcludam cum Rege, Reges alloquens; *Psal. 2. v. 10* *Nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam; ne quando irascatur Dominus & pereatis de via iusta.* Monet vt disciplinam apprehedant. Hebraicè est NASSEKV BAR נשקו־בר quod etiam significat osculamini filium. osculari vero idem quod honorare. Nimirum optime CHRISTVM honorantibusis ei honorant qui hostus; Diaboli partiarios in virga ferrea regũt & flagellãt; qui Deũ non parcunt, hoc enim est apprehendere disciplinã, quia hoc est CHRISTI doctrinam pure venerati & sequi.

Cæsar. Baron. *Opera succisiua c. 70.*

MONITIO IIII.

Superstitionibus vti quam noxium & exterandum.

Confer. tũ li. 3. parte posteriore.

QVI parui faciunt discere ritus superstitiosos & eos exercere; moneantur omnium superstitionum & vanarum obseruationum inuentorem esse Diabolum; qui principio mundi statim in idololatriam fere totum genus humanum pellexit. Sed cum hoc eius imperium Dei filius destruxisset; *ad hoc enim apparuit filius Dei vt opera Diaboli destrueret;* a & paucis ante passionem diebus dixit: *nunc mundus iudicatur, & Princeps huius mundi eiicietur foras;* b & hic fuit scopus Apostolicæ per totum orbem prædicationis: & tamen cum imperio non fuisset imminuta vetus illa ambitio diuinitatis: pro illa aperta & clara idololatria pene extincta, tectam quandam specie pietatis & vtilitatis idololatriam inuexit, artium superstitiosarum cupiditatem & cultum. hanc ergo diram curiositatem inuenit, & propagauit, primò vt sic possessionẽ animarum, qua vi crucis deiectus fuerat, clanculum dolo malo recuperaret. Secundò vt homines hoc pacto primũ & maximũ præceptum, & votum religionis quo se Deo adstrinxerunt in baptismo, violare assuescerent. 3. vt spem, quam homines in Deo habere debent, amittãt, & eam collocent in rebus istis vanis, & ideò sint Deo maledicti; qui *c odit obseruantes vanitates supervacue.* 4. vt sic in lethale peccãtum pertractos, leo rugiens *d* deuoret, & decipiat hominem draco venenatus, quem Deus formauit ad illudendum ei. *e* Hæc sunt cõmoda superstitiosarum obseruationũ, & qui eas colunt, aut amant docent se non CHRISTI, sed diaboli discipulos esse, & eius magisterium amare, in eius ludo doctos esse, & alienos a doctrina Ecclesiæ Catholicæ.

a 1. Ioan. 3. v. 8.

b Ioann. 12. v. 31.

c Psal. 30. v. 7.

d 1. Pet. 2.

e Psal. 103 26.

Mirum est aliquem posse his præstigijs se dare, qui norit exitum infelicem Magorum & præstigiatorũ. Inuentor Magiæ Chain seu Zoroaster, fuit

fuit tandem ab ipso dæmone, quê importunius solicitabat, igne succensus & conerematus, teste *Clement. in libb. recognition.* de Simone Mago notissima res, quòd in aerem a dæmonibus sublatus præcipitatisque fractus cruribus cum ignominia & dolore interierit. Quæ de Cynope Mago, Prochorus; & de Zaroe & Arphaxat Abdias *li. 6.* tradidit prætermitto, vt & ea quæ de Oddone, Hollero, Metothimo Magnus Olaus *in Historia Septentrionali*; & de Sopatro, Eunapius *in Aedesio*: de Orpheo, Mopso, Amphiarao, qui omnes magi fuere, Ouidius, Seneca, Statiusq; : de Pythagora Samio Laertius *in eius vita* & Cælius *lib. 19. Antiquita. c. 7.* Hericum Cornel. Agrippam morituram, a se canem suum Paredrum abegisse, cum hoc dicto; *Abi mala bestia, tume perdidisti*; tritum est ore omnium. Ioannis Portantij obitus in Antuerpiensi carcere qualis, norũt ciues mei. Apud Guilhelm. Tyrium *lib. 8. belli sacri c. 15.* duo magi volentes machinas Christianorum incantare, primi illis interfecti. Apud Polydor. Virgilium anus saga coram omnibus a dæmone abripitur, vt alibi narraui. Apud Dubrauium *lib. 23. Hist. Bohem.* Zyto nobilis ille præstigiator ad extremum a diabolo viuẽs, cum corpore & anima de medio hominum fuit sublatus. Ioan. Faustus famosus magus his tẽporibus in Germania tandẽ a cacodæmone lecto extractus noctu, & strangulatus, inuersa in tergum facie, domoq; tota concussa & penè euersa, vt scribunt Vvierus, Camerarius, alijq;. Francisi. Picus *lib. 5. de prænot.* auctor est ex relatione sociorum qui adfuerant, Magũ quendam a dæmone viuum ablatum, nusquam vnquam comparuisse; dum curioso cuidã, & non satis sano Principi pollicetur, se Troiæ expugnationem & Hectoris cum Achille duellũ, quasi spectandum in orchestra, exhibiturum.

Tam hæc factoribus sunt periculosa: nec minus ijs qui spectandi talia sunt auidi. duo tantum exempla adscribam, vetus vnum, & nouum alterum. Scribit Lucianus *in Philopsaude*, de quodam Encrate; quod *cum vidisset Pancratem quendam Magum Aegyptium, multa mira facientem, sepaulatim in eius amicitiam insinuasse, adeò vt omnia ei propemodum arcana communicaret. Tandem autem magũ hũc ei persuasisse: vt omnibus familiis in Memphi derelictis, se soluc consequeretur: neq; enim defuturos ministros, atque ex eo tempore, inquit, sic vitam duximus. Cum in diuersoriũ quodpiam veniremus, homo accepto pistillo, sea pinaue, aut pessulo, vestibus implicans, cum ita id carmen quoddam dixisset, efficit, vt ambularet, vtq; alijs omnibus homo videretur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam parabat, instruebat atque in omnibus cõmodè subseruiebat ministrabatq; nobis. Deinde, ubi iam satis huius ministerij fuit, scobinam rursus scobinam, ac pessulum, pessulum, aliud recitans carmen, reddebat. Hoc ego vehementer conatus, non inueniebam quo pacto ex illo expiscarer. Nam id mihi inuidebat, quamuis esset in alijs facillimus. At quadam die in angulo quodam tenebricoso delitescens clam illo, subauscultaui propius incantationem illam. erat autem trisyllaba. Tum ille cum pistilla mandasset qua curanda erant, abijt in forũ. At ego postridie illo apud forum occupato, aggressus pistillum cum ornassem, syllabas illas simili modo pronuncians, aquam iussi ut hauriret. Tum impletum amphoram cum tulissem; desiste, inquã, nec amplius aquã haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mihi haut amplius obtemperare volebat, sed aquã hauriebat continuò, quoad hauriẽdo totam domũ nobis impleret. At ego cum resistere huic rei non valerẽ (timebã autẽ ne Pancrates reuersus, id quod ẽt euenit irascereture) correpta securi pistillũ in duas partes disseco. At utraq; pars amphorã sumens hauriebat aquã, tamq; unius loco duo ministri mihi esse cœperant. Interea Pancrates superuenit, ac re intellecta illas quidẽ in ligna rursus, quemadmodũ ante carmen erant, mutauit: at ipse me relicto clanculum nescio quo se subducens abijt.* Vides huic curiositatem fere causam fuisse, vt aquis submergeretur. Cur vocas fabellam? cum potuerit in pistillo Pardrus aliquis Mago famulari. Sed cæpo alterum, de iis quibus periculum præsentaneum fuit, ne se ipsos denasarent. Philippus Camerarius *li. Operæ succisiua c. 70.* ita scribit; *Cum aliquando Ioannes Faustus apud notos quosdã diuerso-*

ret; qui de ipsius præstigiatricibus multa audierant, ij petierunt ab eo, ut aliquod specimen suæ Magiæ exhiberet. Hoc cum diu recusasset, tandem importunitate sodalitij necquicquam sobrij victus promisit, se illis exhibiturum quod cumque expeterent. Vnanimi itaque consensu petierũt, ut exhiberet illis vitem plenam vuis maturis. Putabant autem propter alienum anni tempus (erat enim circa brumam) hoc illũ præstare nullomodo posse. Assensit Faustus, iãiam in mensa conspectum uri quod expeterẽt: sed hac conditione, ut omnes magno silentio immoti præstolarẽtur: donec illos iuberet vuas decerpere: si secus facerent, instare illis periculum capitis. Hoc cum se facturos promisissent, mox ludibrijs suis huic ebriæ turbæ, ita oculos & sensus præstrinxit; ut illis tot vuæ mirę magnitudinis, & succi plenæ in vite pulcherrima apparerent, quot ipsorum adessent. Rei itaque nouitate cupidi, & ex crapula sitibundi sumptis suis cultellis exspectabant, ut illos iuberet rescindere vuas. Tandem cum illos laniculos aliquandiu suspensos, in ipsorum vanissima errore tenuisset, subito in summam abeũte vite cum suis vuis, consciĕti sunt singuli tenentes loco vuæ, quam vnusquisque apprehendisse uidebatur, summo nostro opposito supercilio: ita ut siquis immemor præcepti dati vuas secare voluisset, seipsum naso mutilasset. Quid plura? nihil ferè vnquam præstigiatores faciunt, quin, aliqui d factu facile, sed quod difficile sit non facere, a spectatoribus aut Magiæ studiosis postulent. Veluti, ne personas quę apparent alloquantur, vel manum porrigãt; ne circulo pedem efferant, & similia, quę tamen, vt faciant, post illos illecebris dæmones, aut variis terriculamentis, quasi compellũt: Vt de Bauaris adolescentibus apud Cæsarium legi, et duobus Aremoricis bono loco natis Gentiliaci, cum puer Lutetiæ degerẽ, accidit, qui ab archihomicida ambo tunc præfocati, eo quod circulo pedem extulissent.

Iuuat atque animam fraudi commite do los.

MONITIO V.

Vnde poterunt cognoscere an a dæmone effectus exspectetur, an à natura, an à Deo?

MOnendi sunt rerũ istarum ignari Vanitatem et mendacium omne Deo displicere qui veritas est: dæmoni verò placere, qui mendax est et pater mendacij. *Beatus vir* (ait Psalmista a) *cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates et insanias falsas.* Vanitatẽ verò dici quotiescunque homo facit vel dicit aliquid, boni consequẽdi, vel vitandi cuiuspiam mali causa, quod vim nullam neque naturalem, neque supernaturalem obtinet, ad effectũ intentum, v.g. si quis in flumine seminet vel litus aret, dicendus est vanitatem operari, eo quòd arandi et seminandi finis seu effectus est messis et fructus perceptio, quem finem hęc eius actio nequit consequi. ita si quis ad capitis dolorem pellat, fascia linea, vel cartula alba cingat tibiam, aut ęgrũ inter sarmentũ diffissum perducat, vel palmo cingulũ ęgri metiatur, clarũ est has actiones esse vanas et superstitiosas, qa nullam vim habent ad humorem nóxium capiti molestũ inde expellendũ. Contra si applicetur capiti aqua rosacea, vel ad bilis expulsionem rubarbarum præbeatur, vel ad sleginata capite educenda per sternutationem comedatur sinapi, nõ erit vana obseruatio, sed licitum remediũ, quia natura ad hoc vim hisce rebus inseuit. Sic etiam verba nulla vim naturalem habẽt aliquid efficiendi more agẽtis physici: sed quędam verba vim habent operãdi ex instituto Dei, et ille effectus est supernaturalis; quędam non tam vim habent supernaturaliter operandi, quam putãtur ab imperitis habere. Prioris generis sunt verba Sacramentorum, nẽpe collationis baptismi, consecrationis Eucharistię, absolutionis peccatorum etc. hęc verba licitè vsurpãtur a Sacerdotibus ad effectum, cuius causa Saluator noster illa instituit. Verum si quis hęc verba alio ad aliã intẽtionẽ siue finem

videli. 3. p. q. 1. et 4. sect. 1.

a *Ps. 30. n. 5.*

rem proferens transferret; eorum vsurpatio sacrilega, vana, & superstitiosa foret; quia ad hũc effectum vim supernaturalem ea verba nõ acceperunt. Vana quoque est prolatio aliorum verborum, quæ non ex vsu Catholicæ Ecclesiæ recepta. Si quis itaque vana huiusmodi vel verba vel facta adhibet, superstitiosus est, & diabolicus est effectus operis; quod probatu non est difficile. Effectus iste non est naturalis, quia quæ adhibita sunt media naturalem vim ad eum non habent; nec est miraculosus, & à Deo, quia testimonium illi nullum perhibet sacra scriptura, nec Ecclesię Catholicę consuetudo aut doctrina. Procedit itaque ex occulta quapiam spiritualis creaturę operatione: non Angelicę, quia Angeli semper faciũt Dei voluntatem, & cum Deo mendaciũ ac vanitatem omnem detestãtur: restat, vt operẽtur hic cacodæmones, superstitionis inuentores & amatores. Quare, *qui hæc faciunt, Deum deserũt, & dæmonis doctrinæ, atq; imperio se subijciũt, cuius auxilium expetunt, & opera utuntur.*

MONITIO VI.

Qua remedia tutissima.

SI quis afflictus vel vexatus sit à malefícis seu à dæmonibus eorum opera, & pro remedio vel consilio cõfessarium consulat: is illum inducat ad remedia Ecclesiæ consueta, maximè ad emendationẽ malæ vitæ. Theologi monent a. duo considerandа, Deum qui hęc mala permittit, & diabolum qui mala infert; nam nihil hic inferre posset, nisi ille permitteret, nec nocere potest, nisi in quẽ vt sæuiat Deus permittit; nec plus illi ipsi nocere, quã quãtũ Deus permittit. Minus longè potest, quam vult, aut iactat se posse. Præclarè D. Antonius Magnus. *Nos nec eius pollicitationibus credere, nec eius minas formidare debemus. fallit enim semper, nihilq; verum promittit. Nam si non in omnibus mentiretur, quomodo talia, & tam infinita promitteret, homo Crucis ut draco inuncatus à Domino esset, & capistro ligatus*

a Cyruelus in 1. de super nat. p. 2. c. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta; statim inquilini conscientiam excutiant, conterantur, & de peccatis confessionem instituant, & omnia de domo remoueant, quæ Deo queant displicere; deuotè insuper se Deo cõmendent, & Deiparæ, & Sanctis: & interea dum durat vexatio, quotidie mane, ac vesperi Sacerdos quispiam habitu Sacerdotali indutus, cum stola, Cruce, & aqua benedicta accedat, & lustret omnia domus cubicula, & loca alia, recitans deuotè, Psalmum; *Qui habitat in adiutorio altissimi*; & Euangelium Sancti Ioannis, *In principio erat verbum*, & alias precationes pias; & exorcismos; qui Dominicis diebus in benedictione aquæ contra dæmonum vim, & insidias leguntur: ponantur per singula præcipua domus loca rami Palmarum benedicti, & candelæ benedictæ; iubeantur dici Missæ à variis pijs, & Deũ timentibus pro quiete familiæ illius, & vt Dei ira cesset, & mittat custodem Angelum suum, qui domo illa dæmonem exturbet: caueat autem ne cum dæmone sermonem vllum misceant, vel loquenti quidquam respondeant: nullo; magis caueant ne quem Magum, aut vlla superstitiosa vexationi reprimendæ remedia accersant. Sed magna spe, & fiducia in Deum, misericordiam eius summa cum patientia præstolentur. *Sic Cyruelus d.c.1. in fine.* Sed hæc remedia fusiùs nobis nunc non sunt probanda, quia id præstitimus supr. lib. 6.

MONITIO VII.

Pro ijs qui curiosi sunt diuinationum, & secretorum.

Vide lib. 4. q. 4. & seq.

TAles moneantur, etsi desiderium sciendi (teste Philosopho) cunctis naturale sit; tamen id moderandum esse habenis legis Dei, & rectæ rationis; quibus nisi frenetur, infrenis equi more nos cupiditas hæc in præceps abripiat. Legi diuinæ, & rectæ rationi consentanea regula est, Non velle, aut conari scire quæ lumine naturæ scire non possumus, & diuina solummodo reuelatione sciri queunt: & in illis ipsis quorum scientiam possumus labore nostro, aut industria consequi, rectum, & probum discendi modum tenere; ne regiam tutamque viam deserentes iuani labore quærendi defatigemur, & per inuia, ac deuia ablati optatam metam nunquam cursu contingamus. hæc docemur à Spiritusancto, cuius sunt istæ; *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria* a. & alio loco; *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In supernacuis rebus noli scrutari multipliciter. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum* b. Mysteria fidei, & salutis, fide nobis credenda sunt, & à Deo reuelata fuerunt Ecclesiæ suæ. Alia occulta quædam Deus nulli reuelat, sed sibi reseruat, vt secreta cordium, futura mere cõtingentia, &c. & hæc citra reuelationem sciri arte, vel scientia vlla nequeũt. Et hæcconari scire est vanũ & inane; & artes ad hoc nitentes sunt superstitiosæ. Aliæ res sciri possunt studio, disciplina, & experientia; in his cauẽdum ne sine labore, aut vsu, vel doctore, ea conemur scire per media illicita, vt sunt ars Notoria, & similes diuinationes, de quib. egimus toto li. 4. Harum rerum talem scientiam à dæmone infundi, seu tradi patet, ex rebus quas prædicunt; quas cum nequeant scire luce naturæ, nec acceperint diuina reuelatione; consequens est ea discere à dæmone: qui (vt foueat superstitionem) eo quòd vtãtur signis ab ipso institutis, etiam ignaris, nec sentientibus illis phantasma mouet, vt hoc, vel illud dicant, vt docet D. Augustinus *lib. 2. de doctr. Christiana.* vnde sequitur eum qui vult huiusmodi scire, consentire in magisterium diaboli, sequeque eius disciplinæ tradere, & Deum doctorem, atque Dominum deserere, & à fide apostatare. stulti sunt qui dæmonum responsis credunt, quia fallere dæmonum est. Sic fefellere Cræsum, & Pyrrhum, testibus D. Hieron. *in c. 41. Esai.* D. Augustino *3. de ciuit. Dei*, Lactantio, & alijs; Manfredum teste Pico *li. 4. de Prænotio. c. 9.* Indos apud Osorium *lib. 2. histor. Lusita. c. 15.* Ferrãtem Comitem Flandr. & alios quos *lib. 4.* memorauí.

a Prou. 25. v. 27.

b Eccles. 3. v. 22.

MONITIO VIII.

Pro ijs qui scientiam infusam affectant certis vitibus sine labore, &c.

MOnendi primò, curiositatẽ scien di non necessaria, non modò non vtilem, sed valdè noxiam esse solere. Spiritum sapientiæ, & intellectus à solo Deo exspectandum; quo non qui volunt, sed quos placet, soler implere. *Melior est homo*, ait Ecclesiasticus, *qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore; quam qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi.* Et veritissimum illud D. Hieronymi, nescio vbi; *Melius est nescire aliquid quam cum periculo* (scilicet animæ) *discere.* vt & illud D. Prosperi; *Non sunt scrutanda, quæ Deus occulta esse voluit; quæ autem manifesta fecit, non sunt negligenda: ne & in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inuentiantur ingrati. De altitudine discretionis Dei non conturbabitur cor humilitatis nostræ, si firma & stabili fide tenebit; omne iudicium Dei iustum esse secretum: ut ubi inuestigari non potest, quare ita iudicet; sufficiat scire, quis iudicet. Laudo & veneror quod agitur, quia tuum est nescire cur agitur.* Sanè scrutatores huiusmodi diuinorum secretorum, mergi solent inuadabili profundo. Nec minùs periculosum est nouos sciẽdi modos, quã nouas doctrinas inuenire, de quibus ab Apostolo præmoniti sumus fore, qui sectarẽtur *doctrinas dæmoniorũ.* quid aliud faciũt qui doctoribus dæmonib. vtuntur? Audiant Chrysostomũ expli cantem illud Saluatoris, *obmutesce & exi ab homine; Salutiferum hoc nobis* (ait) *dogma datur, ne credamus dæmonibus, quamuis ea denuncient veritatẽ.* caueant ne *irritent Deum in adinuentionib. suis, & multiplicetur in eius ruinam.* caueant ne; quod deplorat Richardus Victorinus; *Veritatem quærant non in veritate, sed in vanitate: quæsitam inueniant non ad veritatem, sed ad vanitatem, & quod miserrimum est, in verbis vitæ lucra mortis negotientur.*

a Prou. 25. v. 27.

de gent. vetat.

1. Timot. 4. v. 1.

Mar. 1. v. 41.

Psal. 105. v. 28.

Præterea tales admonendi sunt, subesse periculum superstitionis, & tentationis Dei. Nam qui scientiam quærunt, modis insolitis, vtrique se periculo exponunt. Naturaliter scientiæ paullatim, successu temporis, lectione, auditione, & experientia acquiruntur (vt rectè Aristoteles a:) petere à Deo vt infundat, sicut Danieli & Salomoni fecit, est petere vt fine necessitate miraculum edat; quod est tentare Deum. Adhibere orationes, aut alia, ad hoc non instituta à Deo aut Ecclesia, est vanitatem quærere & mendacium diligere (vt ait Psalmista) & proinde superstitiosum. Orandus itaque Deus, & nobis simul naturali conatu elaborandum. Nam facientes Deus adiuuat. Periculum magnum est, ne *arti memoriæ* (quæ tradi potest præceptis locorum & cellularum ad hoc accommodatis) aliquid superstitionũ *artis Notoriæ* admisceatur: hoc ergo, vt caueant, monẽdi.

a *libr. 4. physic.*

MONITIO IX.

Pro ijs qui sunt cupidi corporeæ salutis, honoris, aut pecuniæ, aut gratiæ acquirendæ uel recuperandæ, & ad hoc utuntur medijs suspectis Salmatorum, seu Salutatorum, de quibus actum *li. 1. c. 3. quæst. 4. uel etiam. Periaptorũ*, de quib. *ibid. c. 4. q. 5.*

INculcanda diligenter illis est hæc regula; *In omni ægritudine, aut infectura bonorum fortunæ uel corporis, quæ solent hominibus à Deo, ut flagella peccatorum, & mala pœna infligi; semper Deũ ad eius debere præsidia confugere. Primò* quærere & inuestigare modos, & remedia cuncta, quæ naturalis ratio hominem docet, vt se hoc periculo vel noxa liberet. *Secundò*, sedulò & feruenter commendare Deo & sanctis personam suam, familiam, & bona, & orare; vt cælesti sua ope & liberalitate suppleat, & præstet, id quod humana imbecillitas nequit consequi. Quoad primum ergo

Iunge hæc ijs quæ dicta libr. 6. cap. 2. libr. 3. sect. 8. q. 4. & lib. 4. part. 2. q. 4. sect. 3.

gò moneantur adhibere humanam naturalemque diligentiam, ipsi per se sibi non deesse; & prudentiores consulere; quoad valetudinem, pharmacopolas, medicos, chirurgos: quoad iacturam aliorum bonorũ, amicos, & alios qui prudentia, & vsu, experientiaq; pollent. Quoad secundum, seu spiritualem diligentiam; confugiant ad orationes, ieiunia, & charitatis opera; cõfidant in Deo, sperent ab eo remedium; curent orari à personis
Eccles. 38. in prine. pijs, religiosisque; missas ad eam intẽtionem dici; denique omni studio conentur Deo quàm maximè placere. *talibus enim hostijs placatur Deus.* docet nos hoc ipsum S. S. in Ecclesiastico; *Honora Medicum propter necessitatem. Etenim creauit illum altissimus. A Deo est enim omnis medela, & à Rege accipiet donationẽ. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus, in his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmenta suauitatis, & unctiones conficiet sanitatis.* En primum quòd diximus de diligentia naturali: de altero, nempe morali diligentia, sequitur; *Vide in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.* Hoc intelligendum de omni damno quorumcunque bonorum. Igitur cùm hæc homo præstiterit, patienter ferat, & voluntatem suam diuinæ subijciat, certus, se, si magis expediat, liberandũ; si non liberetur, id sibi vtilius esse. Moneantur, si alijs illicitis remedijs conentur vti, tũ illos à Deo, quo inuito conãtur sanari, ad dæmonem confugere. Malè etiam sibi cõfulunt, quia perdunt fructum patiẽtiæ, qui maior est, & melior cunctis corporis, aut fortunæ bonis. stulti sunt, quia vt corpus sanent, animam necant. Quid stultius, & impudẽtius, quàm si Deo dicerent; Quia tu me sanare non vis, transfugiam ad hostem tuum, & ab illo salutem petam? hoc non verbis, sed pertinaci conatu dicũt. Hi tandem adeò diuinam iram inflammant pertinaci cupiditate, vt Deus, vel sinat illos à dæmone necari, cuius rei exempla dedi *lib. 6. c. 2. sect. 3. remedio. 8. & 9.* vel, quæ grauior adhuc est pœna, ad eorum summum malum sinat illos, quod expetunt, ope dæmonis consequi. Sed dies veniet, quando intelliget longè sibi vtilius fuisse morbo affligi, immò & per summos diuturno tẽpore cruciatus emori, quàm superstitiosis artibus sanari.

MONITIO X.

De exorcistarum officijs, seu coniuratoribus energumenorum.

QVoniam nonnullis in locis multi abusus irrepsere in exorcismos legitimos, & Catholicos, contra Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ consuetudinem; quædam monendi sunt, quibus harum rerum inspectio, & cura incũbit. Suppono, Saluatorem nostrum dedisse ipsius suæ Ecclesiæ potestatẽ dæmonia de corporibus pellendi, *Luc. 10. n. 10. & Mar. 16. n. 17.* hanc potestatem verò ab Ecclesia concessam duntaxat clericis, & nõ omnibus, sed Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, & exorcistis tantùm. Vnde apparet ijs, qui saltem *Exorcistarum* in gradu non sunt, hanc facultatem non competere iure ordinario: ideoq; necesse esse, vt qui illam velit cõtendere sibi daram, & concessam à Deo, is extraordinarij iuris, seu priuilegij documenta debeat ostendere talia, vt iudicio Ecclesiæ idonea censeantur. Quoad eos verò, qui hoc officium iure ordinario acceperunt, non plùs potestatis vni competit hac in re, quàm alteri; ni si quod honestas, & recta Ecclesiæ cõsuetudo postulat, vt coram superioris ordinis clerico, minoris gradus clericus, ipso id inuito, non attendet.

vide li. 6. c. 2. q. 3. sect. 3. litt. Y. & li. 2. q. 30.

Ex his sequitur suspectos esse pacti dæmoniaci, primò laicos, seu clericos non præditos ordine Exorcistarum; qui hoc munus quasi ex officio, aut peculiari gratia, donovè Dei usurpant: illos quoq; clericos, & religiosos, qui quasi sibi peculiare vindicant; dicentes, ad exorcizãdũ, plùs virtutis naturalis

ralis uel supernaturalis sibi esse, quam ceteris eiusdem ordinis, aut gradus.

Solent huiusmodi, peculiares exorcizandi formulas & ritus habere, diuersos a communis Ecclesiæ ritibus & formulis, quæ sunt diligenter ab Episcopis examinandæ, & non permittẽdæ facilè, nisi iudicio piorum & Doctorum virorum sint approbatæ. Vehemens suspicio est, his esse pactum cum dæmonibus, vt talibus obseruantijs se fingant compelli exire. Causa dæmoni est, quia dum isti sic publicè coniurant, semper in frequenti corona adstantium aliquid lucri facit. Accedunt multi, vt sermones, quos vltro citroque miscẽt exorcizator' & diabolus, audiant: gaudet dæmõ, quia solet aliquos fidei aut morum errores spargere, aut saltem impetrare vt faciant aliqua superstitiosa, vana, ociosaue; diffamat innocentes, nocentium occulta crimina reuelat, vt malè de illis suspicentur ceteri; instigat quosdam ad carnalia, quosdam ad auaritiam dictis suis; bonos fingit se timere, vt impellat in superbiam. Monendi ergo vt abstineant exorcizatores superfluis colloquijs, & terminis illis actuum iudiciariorum, quibus iubent dæmonẽ nũc exire, & iterum se iudicio postea tali die sistere. 2. vt abstineant formulis illis nouis & insolitis ac secretis, & non approbatis Ecclesiæ iudicio. 3. vt
a Luc. 4. v. 35. ad exemplum CHRISTI *a* paucis iubeãt Dæmonem tacere & exire, nec garriendi præbeant vel causam vel potestatem. Videntur autem monendi quoque Prælati & Iudices Ecclesiastici, ne in diocesibus suis permittant esse aliquos priuatos; qui quasi ex officio & virtute peculiari exorcizent. Nam hoc est officium proprium pastorum Ecclesiæ; & in eorum absentia cunctorum qui saltem ordine exorcistarum præditi sunt; qui non vim naturalem, sed supernaturalem ad hoc, in Sacramento Ordinis acceperunt. Priuati verò monendi sunt, vt a pseudoexorcistis huiusmodi sibi caueant, neque accedant ad eorum conuentus;
b Deut. 18. v. 11. quia cùm Deus prohibuerit ne pychones audiamus, *b* hoc etiam prohibuit ne energumenorum huiusmodi in corporibus loquentes dæmones ausculteмus: item si fortè accesserint, monẽdi sunt omnes, ne quam mendacij patri fidem præstent, neue quid faciant eorum; quæ ille præcepit faciẽda, quia ipse præcepit, maximè quando mentitur se defuncti animam esse: quod semper est falsum. Si iubet faciamus aliquid, ad quod faciendum lege iustitiæ, vel charitatis astringebamur, id faciendum etiam illo nihil dicente fuit, si aliquid boni, ad quod non tenebamur, quod facere sit meritorium, licebit facere, quia natura sua licitum & meritorium erat. Tutius tamen foret aliquando ista secundi generis cõmutare in alia, vel prætermittere, ne quid fraudis insit in dæmonis consilio uel iussu, quod non videamus. Monetur ipse exorcista non minus quam ceteri, nihil curiositatis aut discendi causa dæmonem interrogare, aut ab eo exquirere, licet id honestissimum sit & utile uideatur: quia non licet familiaritatem cum eo instituere, vel eius discipulum esse, uel eius consilium, aut auxiliũ petere. Nisi si fortè, virtute Christi, vi cogatur & iubeatur dicere ueri aliquid, quod ad spiritualem salutem adstantium prudens & pius exorcista merito iudicet pertinere, vt uidemus CHRISTVM *Luc.* 8. nomen dæmonis interrogasse: vnde consuetudo inualuit nomen dæmonis exquirendi.

Quoad ipsum exorcismi modum, moneantur sequi *Pastorale suum*: sed prius medicorum iudicium audiant, an uideatur uerè energumenus.

Hæc quę dixi de energumenorum exorcistis, pleraque locum habent etiam in exorcistis nubium, quæ tempestates & procellas, grandinesque adductu rę uidentur, item ijs, qui conturant seu exorcizant locustas, et alia infecta agris damnosa: de quibus quę peculiaria sunt proximo monito expediam.

MO-

MONITIO XI.

De coniuratoribus nubium & insectorum.

QVoad nubium coniuratores, qui iactitant se vim habere nubes a certis locis expellendi, repellēdique; eorum iactantia facile cōuincitur. primō, si interrogētur, an nubes illę sint naturalibus ex caussis ortæ, an ex maleficio & opera dæmonis? si dicant ex naturalib. caussis; ergo exorcismus fertur contra Naturæ auctorem Deum; quod blasphemum & sacrilegum: & vim habeat naturalem contra nubes necesse est, aut supernaturalem. Supernaturalem non accepit a Deo, qui sibi contrarius non est; nec a bonis Angelis: ergo a dæmonis ope vis illa prouenit: si nubem dicant ex maleficio ortā & moueri a dæmone. Vnde sciunt, nisi ex pacto? Secundò interrogētur, si notitiam habent & potentiam pellendi malas nubes, cur non etiam norunt & possunt adducere & euocare, tempore squaloris ac siccitatis, in agros nubes bonas & salutares? Tertiò cur nō etiam fulmina & ignem de cœlo cadētem, ac incendijs domos absumentem valeant arcere aut exstinguere? 4. cur non sciant etiam coniurare ventorum turbines, & aquarum eluuiones, quibus sata & domus, & arbores, sternuntur & abripiuntur? nam vt nubes illæ aliquando a malis Angelis, permittente Deo, formantur & immittuntur; sic & alia ista, vt ex Iobi sacra historia docemur. cur igitur, si ad hominū cōmune bonū hęc ars aut potestas a Deo illis tributa, beneficētia Dei ad vnum hoc ab illis restringitur? Vnde apparet illos hæc ex pacto operari. Moneātur itaque ceteri, vt ab eorum consortio abstineāt, & ne tales exorcistas suspectos, vel pretio, vel prece conducant: sed vtantur contra nubes huiusmodi armis consuetis Ecclesiæ, nempe benedictiones, preces, letanias, vitæ emendationem, & opera pia, ac satisfactoria, ieiunij, disciplinarum &c. adhibeant; quę remedia etiam sunt vtilia contra cetera illa quæ diximus mala & pericula. Parochi locorum indicant & celebrēt processiones, & sacrū canāt pro serenitatis & fertilitatis impetratione, & ira Dei auertenda. Cantentur in templo deuotè Psalmi accōmodati, *vt Cāticū graduū, Miserere mei Deus Qui habitat in adiutorio altissimi, Leua ma de inimicis Deus meus, & Deus misereatur nostri*, & similes. Legantur Euangelia accommodata, vt de sedata a Christo maris tēpestate; fiat processio per claustrum Ecclesiæ; canantur Letaniæ, & recitentur collectæ propositō seruientes; inuocentur Sancti loci patroni, & quorū illic reliquiæ honorantur: quas tamen tutius fortassis & honestius sit foras in tempestatem & pluuiam non proferre; præsertim Venerabile Sacramentum (quanquam deuotionem id citra irreuerentiæ & iacturæ periculū facientium, pro more regionis, putem seruādum) & hæc omnia intra templi ambitum perficere, vbi & minor distractio, & deuotio maior esse solet; nec minus audiet Deus in templo, quā foris: cauēdum uerò maximè, ne cum nubib. colloquia instituantur; sed sermo omnis cum Sanctis & Deo sit. Mē sibus autem quibus solent hæ noxiæ nubes esse frequentiores, vt Vernis & Autumnalibus; ascendāt parochi quotidie manè turrim templi, vnde agros parochiæ queant intueri, & non cōturbent aerem; sed benedicant agris & terminis suæ diocœsis; recitent psalmos aliquot, euāgelia, & collectas, & aquā benedictam more soliro in aerem, & terram iaciant: & meridiano tempore campanam pulsent; ut parochiani ad templum ueniāt Deum oraturi: ut fructus terræ Deus conseruet. Campanę quoque pulsentur: qua de re, actum *lib. 6. cap. 2. q. 3. sect. 3. FF.*

vide li. 6. c. 2. litt B. & lib. 3. p. 2. q. 4. sect. 8. & vide Mart. de Arles li. de superstit. paullo ante med.

Alij sunt, qui vindicant sibi artem quandam aut potestatem peculiarem vt à Deo concessam, expellendi, necādique campi bruchos, locustas, cantaros, & alia insecta atque uermina, quę fructus, & radices, & semina depascūtur, & spem agricolarum deludunt: et tales multis in locis solent à rusticis quotannis magno pretio accersiri. Praxis esse solet huiusmodi. Impostor ille se iudicem constituit, comparent coram eo duo procuratores, vnus causam populi agens fungitur vice accusatoris: alius a vicario Episcopi, uel regio officiato loci cōstitutus, vicem subit rei, pro locustis seu aliis insectis. Item contestantur, & seruantur processus ordinarij omnes tricæ, & morę, ac dilatorij termini tandem in causa concluditur, & bellus Iudex fert sententiam, qua insecta illa inberintra certū dierum spatium terminis illius territorii excedere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ &c. Superstitio hic apertior est, quā ut queat tegi. Qua remoner Ciruelus (è quo pleraque superiora monita fere desumpsi) una nimiter omnes sanctos Doctores hæc damnare; eo quòd lis instituatur cum creatura irrationali, quæ quid agatur nec scit, nec sentit, nec potest intellige re; & cū illa insecta naturaliter nascantur, iniusta est excōicatio, nec mortaliter nec venialiter peccātium; blasphemum uero est hanc sacram Ecclesiæ censuram sic deridere & ludibrio habere, non secus ac si quis sub pœna excōmunicationis iuberet canib. ne latrarent, & lupis ne vlularent, aut vulpem absolueret a rapinis gallinarum &cet. denique constat omnia hæc acta iudiciaria nec naturalem, nec supernaturalem uim habere contra huiusmodi insecta. *vide qua fusius disputata contra Malleolum lib. 3. p. 2. q. 4. sect. 9.* Moneantur uti potius remedijs tum Ecclesiasticis, tum naturalibus. Naturalia docent libri Geoponicorum, ut v. g. solū vineārum sæpe expurgare emulsis omnibus herbis uineæ innascentibus; ipsos trūcos & ramos vinearum diligenter putare, & aliquando decorticare, & falculæ, aliorumque ferramentorum, quibus utūtur, ferrum inungere ursi pinguedine, aut saltem aceto forti contusis aliis cōmisto, exuere insecta, suppositis lācibus uel testis, aceto alliato plenis; folia præsi imlere in quib. sunt semina verminum; & si iam in folliculis sunt semina, folliculos ablatos extra vineas cremare; caprifici radices appendere uitib. suffumigare vites & arbores cera & sulfure accensis, & uēto capto qui dispergat fumum per vineam & agros; vel aliis etiam similib. uti acribus & grauibus suffitibus: sepelire in horto, uel uinea, trib. aut pluribus locis intestina pecorum, ita ut pars non exigua emineat supra terrā: & cum eò confluxerint insecta, simul illic igne exurere, & alia quæ norunt boni olitores, vinitores, & agricolæ. Pro Ecclesiastico remedio, licebit illud desumere ex sequēti historia, quā idem Ciruelus memorat. Multis olim annis, Cantabriam, totamque Hispaniam Tarraconensem infestatam a uermibus fuisse, qui quotannis fructus omnes terræ absumebant. Misere itaq; Cantabri, & Celtiberi ad Sedem Apostolicam petentes consilium, quid facto foret opus. Motus eorum precib. Pont. Rom. eo misit Legatum Episcopum Ostiensem nomine Gregorium, uirum eximia prudentia & sanctitate: Qui, ut in Hispanias aduenit, crebris concionibus populos illos a uitiis ad uirtutes ad seriam pœnitentiam perduxit, præsertim publicorum flagitiorū: postea instituit fieri processiones publicas fœuientium in tergum flagellis: indixit aliquot dierū eleemosynas ieiunia, precesque: demum vestitus ornatu Pontificio Missas in altari portatili in ipsis agris dixit, qui magis erant cantitosi. sic fugauit necauitque multitudinem insectorum, adeo ut multis post annis immunes omnino agrifuerint. Solent in his partibus Sancti huius op emimplorare: consultumq; fuit aliis quoque locis hanc eius methodum & exemplum sequi.

l. 3. de superstit. c. 10.

MONITIO XII.

Quæ cauenda in precibus & orationibus vana obseruantia?

ORationum quoque Sanctitatem Diabolus multis superstitiosis circumstātijs solet violare: aliquando violat malo fine proposito, vt cū quis orat aut celebrari curat missam ad exitum alicuius; aut vano, ut ad sciendū aliquid boni successus &c. Moneātur ergo in orationib. attendere ad sequēti a axiomata.

vide li. 6. c. 2. q. 3. sect. 3. litt. Z. & li. 3. p. 2. q. 4. sect. 2. & sect. 8. et 9.

Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primũ peccatum orationis est ratione materiæ, quando petuntur res illicitæ aut noxiæ; quæ repugnant honori aut præceptis Dei, aut caritati proximi; aut quando res indifferentes (verbi gratia diuitiæ, honor, doctrina &c.) petũtur absolutè, aut pertinaciter, nimisque instanter; aut quando petũtur instanter res, de quibus iustum dubium est, an sint homini ad salutem profuturæ.

Secundum est ratione formæ, quando cõtinent uerba vel sensus verborum aliquid falsum, mendax, fidei, uel naturali rationi contrarium; vel nomina barbara, & ignota, aut nugas & ineptias: quia hæc omnia sapiũt blasphemiam.

Tertium peccatum est ratione modi seu cerimoniarum, quæ adhibentur; quando illæ sunt uanæ & præter vel contra cõmunem Ecclesiæ consuetudinem, ut si necessario debeant fieri certo statu corporis, certis horis vel diebus non interruptis, brachijs certo modo expansis, oculis in certum locum defixis, cũ tot candelis talis vel talis coloris: & similibus, existimando circumstantias has ad effectum aliquid naturalis uel supernaturalis virtutis, conferre.

Cõtra hæc peccata adhortandi sunt homines, ut firmiter apud animum suum statuant, nec uelle malum vllum vitare, nec uelle boni quidquam conse qui vel retinere, per vlla media illicita, vana, aut superstitiosa. 2. Postquam diuinum auxilium serio implorarũt, conentur suam uoluntatẽ diuinæ prorsus conformare, sibique certo persuadeant quicquid eis acciderit, id a Dei prouidentia procedere, & ipsis esse lõgè utilissimum. 3. certo credant, quando Deus illis non concedit, quod postulant, id paterno Deum pium & misericordem animo facere; quoniã hoc illis expediat. sicut solet medicus ęgro multa subtrahere & denegare, non inuidia nec seuitia, sed beneuolẽtia & sapientia. 4. Non apponant missis, quas ad intentionem suam dici curabunt, vllum numerum aut determinationẽ, loci, diei, candelarum &c. ex hoc capite damnantur Missæ quas uocãt *tricenarias reuelatas, & clausas, missas Comitis; missas S. Amatoris*, contra quas disserit D. Vincentius Ferrerius *hom. 4. Dominica. 4. in Aduen.* Ex dictis etiam damnantur orationes, in quarũ titulis præscribitur certus dierum numerus, quo exacto sint exoraturi; contra illud præstantis viduæ Iudith. 8. v. 12. *Qui estis vos qui tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tẽpus misericordiæ Domini, & in arbitriũ vestrum diem constituistis ei.* necnõ orationes, quibus petunt a CHRISTO, Deipara vel sanctis reuelationes, aut apparitiones, quia hoc est plenum periculi ac deceptionis, audaciæ, curiositatis ac præsumptionis; quemadmodũ etiam orare vt significent eis diem & horam obitus, & iftis insuper inculcãdum illud Thomæ de Kempis; *Quid scire si scires nunc ita vive vt securus horam illam expectes.* Hęc sufficiant: sunt enim cataplasmata contra superstitionum præcipuos fontes, causasque. reliqua ex toto petenda sunt opere.

In Quoquæcumque scripsi; ea cuncta S. A. & C. R. Ecclesiæ Iudicio, & Piorum Theologorum censuræ subijcio: si quid ignaro elapsum, quod Ecclesię minus probetur, Improbo, damno, & pro non scripto haberi volo,

MARTINVS DELRIO,
Societ. Iesu presbyter.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM LIB. V. ET VI.

A

Abiuratio quid, quando, & quomodo facienda. a pag. 45. col. 2
Abiurandi formula. 47. col. 1
Ablutio non est Sacramentum baptismi. 158. col. 2 uer. fin.
Aborsum procurantes vt venefici puniendi. 53. col. 2 fin.
Abracadabra. 135. col. 2
Absolutio quid operetur. 5. col. 1
Absolutio quomodo impendenda maleficis. & qui absoluere possint de hoc crimine. 127. col. 1. cum seqq.
Absolutioni quando locus, eius species, & praxis. 48 col. 1
Absolutus definitiuè quis censendus. 49. columna prima.
Absolutus in vno foro definitiuè, adhuc potest in alio puniri. ibid.
Accusatio quid. 30. col. 1
Accusare in hoc crimine an possint omnes inhabiles ibid.
Accusatio post capturam. 34. col. 2
Accusator ad quid teneatur. 31. col. 1 in it.
Actus omnes in amotione signi perpensi. 154. col. 2. ver. fi. & seq.
Adamæ. 162. col. 2.
S. Adelinus. 158. col. 2
Admonitio legitima qua. 23. col. 1
Aegidius Santarenus, ex mago quo pacto conuersus. 196. col. 2
Aegidius Netteletus. 184. col. 1 fi.
Aegyptij uxor videbatur vacca. 183. columna 2. init.
Aequiuocationum licitarum exempla. 42. columna 2.
Aere crepitu gentiles magica dispellebant. 208. col. 2. fin.
Affligi melius aliquando quam nihil aduersi sentire. 209. col. 1
Agnus Dei. 41. col. 1. 204. col. 1
Agni Dei cereus. 179. col. 1. 204. col. 1. cum seq.
Agnorum Dei materia, & benedictio, & uis. 215 col. 2. fin. & seq.
Agrippa. 6. col. 2
Alcæ Nymphæ. 172. col. 2
Albertus Archidux Caletũ expugnauit. 12. col. 1
Albienſium hæreticorum falsa miracula. 181. col. 1. 2
Allobrogis mulierculæ hypocrisis magica & iudicium. 75. col. 2. fin.
Amatoriarum litterarum damnum. 152. colu. 2
Ambitionis pœna. 183. col. 1. post init.
Amicitia cum nominante. 12. col. 1
Amnij gestatio. 134. col. 2. med.
Amoris carnalis pœna. 178. col. 2
Amore improbo quo pacto quædam liberata. 204. col. 1
Anatelius & socij Magi. 76. col. 2
Angeli custodis inuocatio & auxilium contra maleficia. 196. col. 1.
Angelica Salutationis vis. 178. col. 1. ver. fi.
Antropophagia Sortiariorum. 70. col. 2
D. Antonius maleficio lædi non potuit. 172. col. 1
Anum hirci maleficæ osculantur. 71. col. 2. in it.
Anesyrense concilium. 77. col. 1. 2
Anzerma. 173 col. 2. fin.
Apamenum spectrum. 202. col. 2
Apocomenses liberati a maleficio dæmonum. 203. col. 1
Apostasia maleficorum. 67. col. 2
Apostata a fide degradandus. 72. colum. 1. 73. colum. 2
Apostasiæ a religione pœna. 179 col. 2
Apostasiæ crimen enormissimum. 223. col. 1
Apostasiam cogitanti insidiatur Diabolus. 207. colum. 1
Appellationi a tortura quando deferendum. 35. c. 2. in prin.
Aqua lustralis cur sæpe non prosit contra dæmones 178. col. 1.
Aqua lustralis strigum. 105. col. 1
Aqua piacularis. 202. col. 2. cum seqq.
Aqua benedictæ vsus contra maleficia quis superstitiosus. 140. col. 2. versi. med.

Aqua benedicta uis. 178.col.1.185. col.1.in fi.202.col.2.cum seqq.
Aquilicensis concil. 78.col.2
Araba puella energumena curatio. 179.col.2
Arbitrium quomodo iudici moderandum. 5.
Arbitrium iudicis quo pacto moderandum. pag.2. col.1. uers. fine. & an liceat pœnam augere uel minuere pro arbitrio. ibid. arbitrarias hodie pœnas esse quomodo intelligendum. ibid. & col.2
Arenali sententia defensa contra Bannes. 22.col.2. in fi. & 23.col.1
Argenti uiui pulueres. 162.col.2
S. Arnulphus Episcopus Suessionens. 178.col.2
Arnonensis sacerdotis cum Diabolo colloquium, & uictoria. 200.col.1.in fine.
Asmini pulli philtrum. 25.col.1
Asini siluatici ungula. 162.col.2.163.col.1
Assassinorum pœna. 73.col.2.& seq.
Assassinis similes & pro talibus habendi malefici. 73.col.2
S. Athanasius. 178.col.2
Atrebatensium strigarum historia. 105.col.2. cum seq.
Auinionensis inquisitio. 164.col.1.in fi.
Auri qui sunt usus obscena. 74.col.1. init.
Auriti tellis quæ auctoritas. 28.col.1
Austriacus nobilis quomodo a spectris & amore ua sano sit liberatus. 178.col.2
B. Auxentius archimandrita. 184.col.1

B

Baptismi uis. 173.col.1.& mult.seqq.
Baptismus sortiariorum. 70.col.1
Baptizatio & rebaptizat. imaginum magica. 51. colum.1.
Basilius Magus finxit monachari, & combustus. 75 col.1. uersi fin.
Batani crudelitas barbara. 65.col.1
Bauarica fœmina damoni deuota, quo pacto liberata. 179.col.1
Beelzebub adorant saga in hirci specie. 70. col.1. in fine.
Bellum inter hominem, & damonum a Deo inditum. 224.col.1
Benedicta aquæ infusio. 39.col.1. cera benedicta. 178.col.1.185.col.1
Benedicti olei uis. 184.colum.1.185.col.2.203. colum.1
Benedictio aliquando uocatur baptismus. 208.col.2
Benedictio maleficarum uitanda. 142. colum.1. in med.
Benedictio ciborum pro energumenis. 185.col.1
Benedicere maleficiatis an iubenda malefica. 146. col.1.2
D. Bernardi miraculum. 180.col.1 in med.
Bezæ mendacium pro concione. 105.col.1.in fi.
D. Blasij ueneratio. 135.col.1
Blasphemijs damon non abigitur. 132.col.1
Braues homines. 190.col.2
Brunensis mulieris liberatio. 191.col.1. ad fi.
Bungensis fœmina liberata a damone. 175.col.1
Burdigalensis Parlamenti iudicium. 104.colum.2. & seq.
Burdegalensis puella saga confessio. 126.col.2
Burgensis hidalgui cum spectro pugna. 137.col.1
Butis oraculum. 134.col.1.post init.

C

Cadaueris sanguinantis indicium. 25.col.2
Cadauera exhumant Lamiæ. 70.col.2
Caleti quid mirum acciderit. 12.col.2
Callyonimi piscis iecur. 164.col.1
Carmoniarum institutio penes Ecclesiæ. 216.col.1. Vis. ibid. & mult.sequent.
Calicis Sancti uis. 179.col.2
Calidius Iosephus patronus maleficorum. 21.col.1
Calumniator ad quid teneatur. 31.col.1.in prin.
Caluiniana. 203.col.2.in init.
Caluinistarum fastus. 219
Campanarum nomen & origo. 208.col.2.cur nomen eis imponatur. ibid.in med.
Campanarum pulsatio damoni exosa, & quare, & exempla prodesse contra uim diabolicam. 207. col.1.& seqq.
Campanas non baptizari sed benedici. 208.col.1. & 2.
Cameleontis hepar. 163.col.1
Candela picea damoni a sagis offeruntur. 79.XX
Canis nigra medicamenta. 162.col.1. lin.ult.
Canonum contemptores non iurisconsulti, sed Legulei dicendi. 209.col.1.ad fi.
Capi quando possint malefici. 31.col.1.& seqq.
Capere malefic.os, & incarcerare quibus licitum. 31.col.1.& seqq.
Capiendi maleficos praxis, & cautela 33.c.1 Capti malefici cito expediendi carceribus. 34.col.1
Capta maleficia cur non nocent, & an possint. 33. col.2. damonem cum ijs adhuc agere probatum exemplo. 34.col.2
Captas cur damon non eripiat. ibid.in fi.
Capillorum & pilorum abrasio. 39.col.1.2
Capitudium generale strigum. 105. colum.1. 126. col.2
Carcer maleficarum an possit esse lethalis. 31.col.2
Carceris mutatio an utilis contra maleficia. 41. col.2. in princ.
Carceris perpetui pœna quando infligenda clericis uel religiosis in hoc crimine. 75.col.1
Carceribus effugere an quis teneatur, aut possit sine peccato. 33.col.1
Carolus Billeus. 38.col.1
Caroli V. factum. 6.col.2
Caroli. IX. remissio. ibid.
Casus reseruati Episcoporum à religiosis quibusdam possunt absolui. 127.col.2. cum seqq.
B. Catharinæ Suetica remedium. 178.col.1
Causa iudicium. pag.25. col.2.num.18
Cautio qualis exigenda in relaxatione. 32.col.1.fi.
Cautela quibus utendum quando petitur ablatio noxæ a maleficio. 145.col.2.& seq.
Chemnitij mendacia. 210.col.2
Chirographum Magicum. 197.col.1
Chrismatis uis. 203. colum. 1. consecratio 215. colum.1
Chrismatis eradicatio. 27.col.1 in med.
CHRISTI domini longitudo. 40.col.2.in fi.
S. Christophorus. 197.col.2.
Chrysolithi uis. 162.col.2. uers.fi.
Circulus magicus. 105.col.1
Circulus sagarum. 70.col.1
Ciazzuranus a damone liberatus. 175.col.1
Clauis Dominici uis. 202.col.1.in prine.
Clericus per assassinum conatus occidere an possit à iudice saculari capi & puniri. 73.col.2
Clerici malefici pœna. 52.col.2
Clericorum pestilaria maleficia. ibid & seq.
Cogere inuitum peius est quam orare paratum. 144.col.2.post medium.
Complicis nominatio an debeat esse facta in tortura an non. 10.col.2.ad med.
Complices quando examinandi, quid ualeat eorum depositio. ibid & col.seq.
Compenere cum reo quando liceat iudici. 5.col.2. medium.
Concubina sacerdotis post pœnitentiam quibus medijs liberata a damone. 178.col.1
Concubina Sacerdotis pœna post mortem. 136. col.2. init.
Concubitus cum damone uerus 55.col.2
Condemnationis uis. 5.col.1.circ. med.
Confessio extraiudicialis. 14.col.2.post.med.
Confessio arrenea differt à dolore extorta. 36.col.2. fin.
Confessio rei conuicti an necessaria. 99.col.1
Confessio quo modo in hoc crimine instituenda, & quantum illi tribuendum. 123.& foll.seqq.
Confessio per fraudem extorta, an legitima & reo no cens. pag.41.col.2.& seqq.
Confessio reorum qualis, & quid operetur. 43.col.1 inualida quæ, confesso dandum tempus ad se defendendum. 45.col.1
Confessionis auricularis uis. 176.col.2.& fol. quæ sequuntur.
Confessionis sigillum quam arctè seruandum & nil quam licitum frangere, ne in hæresi quidem aut fascinario crimine. 120.cum seqq.
Confessarius gerit personam iudicis & medici. 115 col.1
Confessarius potest dicere se nescire, uel non audiuisse quæ accepit per confessionem. 122.col.1
Confessarius sigillum violans quo pacto puniendus. 123.col.1.
Confessarius in duobus casibus peccatum potest detegere. 122.col.2.
Confessarius adsit morienti. potest petere ut sacculus pulueris pectori apponatur, aut succendatur, ut stranguletur qui uiuus exurendus. 124.col.1. in med.& sequentibus.
Confessarius quæ interrogare, & quo pacto iudicare de singulis debeat. 115.colum.2.123.colum.2.
Confessarius officium, quâ Medicus est. 129.col.2.
Confessarius non intimet sententiam mortis. non adsit tortura, bene tamen in loco vicino. 124. colum.1.
Confirmationis Sacramenti uis. 176. colum. 1. cum seq.
Confrontatio qualis, & quotuplex. 44.col.2
Confrontatio an facienda testium. 28.col.1
Coniuratio ad lacrymandum superstitiosa. 39. colum.2
Coniuratores nubium, & infectorum impostores, quo pacto deprehendendi. 234.235
Consulentium imago pœna. 53.col.1.ad fi.
Consuetudo iurandi, denouendi & blasphemandi, quale indicium. 26.col.2.med.nu.24.
Contritio, quomodo procuranda. 124.col.2. E. cur tanta difficultas hac in re quo ad sagas. ibid.& seq.
Conuentus sortiariorum. 70.col.1.2
Conuersatio quale indicium. 24.col.1.nu.11
Conuicti non torquendi qui. 36.col.1
Conuictiorum uis in damonem. 132.col.1
Corallij uis. 162.col.2.in fi.
Cornelij Loosij Palinodia. 207.col.1.cum seq.
Correptionis fraternæ an ordo obseruandus. uers.fi. 22.col.2
Corybantes. 141.col.1
Crapulæ pœna. 183.col.2.uers.fin.
Credere non nisi quod certo cognoueris, stultorum est.

Crimen, delictum, maleficium stricte, differunt. pag.1. col.2

Crimum effectio superst. 135. col.2

Crux formata manu lata. 104.col.2.lin.ult.

Crucis signitus.172.col.1.177.col.1. init. & seqq.

Crucis efficacia contra dæmones.199.col.1.& seqq.

Crutis imago contra dæmones. 204.col.1. in med. & 216.col.2.

Curiosus pro maleficio, seu imago. 101.col.2

Curiositatis secretorum & diuinationū morbus quibus monitis sanandus. 230.col.1.cum seq.

Cyprianus magus. 172.col.1.post med.

D

Dæmon familiaris quo pacto pulsus. 204.colum. 2

Dæmon apparens in specie abbat. 207.col.2

Dæmon in specie canis. 175.col.1.in medio.in forma vulpis ibid. paulo post.

Dæmō fugatus sanctorum præsentia, verbis, litteris, verbere. 184.col.2

Dæmon quibus modis fingat indolentiam in tortura. 38.col.2.per totum.

Dæmonis varia fraudes & spectra. 206.col.2

Dæmones esse contra atheos. 223.col.1.2

Dæmonem inuocans ad ea quæ potest dæmon scire, vel facere, an sortilegus hæreticus. 49. colum.2. & seq.

Dæmonum inuocatio per modum precarij, vel imperij. 51.col.2

Dæmonum beneficia noxia. 142. col.1.init.

Dæmonum lucrum ex superstitiosis remedijs. 138. colum.1.

Damnatus ad mortem censetur in articulo mortis quoad absolutionem non quoad alia.127.col.2.

Decalogi 1.præceptum quanti faciendum. 223.col.2.in fine.

Declinare ad magos quid. 158.col.1.lin.ult.

Defensores & excusatores maleficorum quomodo, & quando ut suspecti, capi, & torqueri possint. 21. col.1.cum seq.

Deferenda saga statim. 22.col.2. & seq.

Defigere, & defixiones magicæ. 101.col.1. in fine. 102.col.2.143

Degradatio quando in maleficijs locum habeat. 52. col.2.53.col.1.2

Degradari ob quæ crimina hodie possint clerici. pag. 72.73.74

Degradationis duplex acceptio.74.col.1. in fin. pro quibus criminibus infligendam Abbas cēsuerit. ibid.col.2. circa med.

Dei nominatio dæmonem fugat.206.col.2.in med.

Deluſæne sint saga nocte, vnde dignoscatur: & delusionum modi fusissimè. 60.col.1.& mult. seqq.

Delusio differt ab infidelitate. 81.col.2

Denunciare ombres tenentur. 23.col.1

Denunciatio qualis esse debeat. 27.col.2 & seqq.

Denunciatio spontanea. 24.col.2

Denunciati non admittendi ad colloquium iam damnatorum. 29.col.2

Depilatio sagarum licita. 159.col.2

Detrectans abiurare quomodo puniendus. 46. col.2

Deuouentis se dæmoni vltio. 179.col.1

Deuotans se dæmoni abropta. 27.col.2

Diabolus, Christum, Mariam, Apostolos, & Angelos exhibens. 181.col.2

Diabolus conatur persuadere vana esse, quæ de maleficis feruntur. 21.col.2

Diabolus non liberat maleficio, nisi forte in alium translato. 138.col.1

Diabolus orari non potest, vt tollat maleficium. 145.col.1

Diabolus quid persuadeat maleficis morituris, vt nō pœniteant. 124.col.2

Diaboli beneficia, nocentiora vulneribus. 147.col.2 & 159.col.1.

Dicti iocosi seu seurrilis pœna. 185. col.1

Dies conuentus sortiarij. 100.col.2

Dierum continuatio non semper superstitiosa. 178. col.2

Dimittendi rei quo pacto. 36. col.2. ante med.

D. Dionysij opuscula defensa, ipsique asserta, contra Bertam, & Ios. Scalig. & alios. 218. col. 2. in med. & pag.seqq.

Dirarum magicarum quædam formula discussa. 73.col.1.

Dispensare, vt liceat vti maleficio, non licet.142. in fine.

Diuinatio dæmoniaca. 179.col.1.vers fin.

Diuinatores magi quia pœna plectendi 53.col.2

Dompe.na arbor. 103.col.2.vers fi.

Domus seu locus quid probent in maleficio. pag.25. col.1.num.14

Domus infesta spectris quo pacto purgata.174.col 2. 175.col.2

Domus infesta a dæmonibus liberanda methodus. 229.col.1

Dorso aduerso an sistenda malefica. 33.col.2

Dreparitana familia infecta dæmone. 104.col.2. in med.

Dromada Lichenes. 162.col.2.print.

Duaci clericus ob sodomiam degradatus. 72. colum. 1.

Ebrei-

E

Ebroicensis Episcopi sententia contra Edelinū 46.col.2

Ebroicensis Episcopi Iudicium. 104.col.1

Ecclesia non est asilum maleficis. 32.col.2

Ecclesiæ communis oratio utilissima. 192.col.1

Ecclesia immunitas an prosit maleficis. 32. colum.2

Edelini cum dæmone pactum, historia, & damnatio. 21.col.2

Educationis indicium. 26. colum. 1.num.22

Effectum priuatiuum licet a dæmone exspectare 158.col.1

Effectum esse dæmonicum, quo pacto dignoscamus 228.col.2

Eleemosynarum uis. 190.col.2

Energumeni confessione sanati. 177. columm. 1. 2

Ephesia nomina. 132.col.2.lin.alt.

Episcopi quales non habent licentiam legendi libros prohibitos. 96. col.2

Episcopi venia petenda ut malefici extrahantur. 32.col.2

Equi maleficiati ligaculo nodi exemplum. 153.colum.2

Erythobolos vrbs vnde dicta. 134.col.1

Euangelij S. Ioannis initium lectum fugat dæmonem. 191.col.2

Eucharistia abstinere, quam noxium. 183. columna 2

Eucharistia quando morituris prabenda sortiarijs 97.col.1

Eucharistiæ uis.179.columm.2 init.cum seq.multis

Eucharistiæ consecratio, & transsubstantiatio & adoratio defensa.218.colum. 1.& aliis sequentibus

Eucharistiam indignissimè tractant sortiarij. 70 col. 2

Eucheria Eugapij vxor. 184.col.1.med.

S.Eutychius. ibid.ver.fin.

Exensantia a tortura.36. columm. 1. 37. columna 2

Excommunicati accusare possunt. 30. columna 2.

Exorcisans cauere debet iocos cum dæmone.158.colum.1

Exorcisandi vocabulum Tertulliani.212.col.2.nō magicum.212.col.2

Exorcismi Pontificij defensi. 209.col.1. cum sequenti quam antiquus ordo exorcistarum.219. col.2.init.214.colum.1.2.vitus probati.210.colum.1

Exorcismis quæ dæmonum infestationes solitæ sanari, quæ non. 158. col.1.

Exorcismorum antiquitas & formula & uis.184. col.2.cum seq.

Exorcisationum & exorcistarum abusus quidam vitandi. 232.col.2.& 233

Exorcista, exorcismorumque ritus veteres. 217.colum.1

Exorcistarum ordo. 184.col.2.in med.

Exploratores non multiplicandi iudicibus. 32.colum.1

F

Falsum dicere, & verum occultare differunt. 42.col.1.med.

Fama uehemens nominati. 11.col.2.med.

Fama quo pacto probanda. 17. col.1

Fame uis. 4.col.2

Fama indicium quale, quid operetur. 16. columna 2

Fascinatio equorum. 163. col.1.post med.

Fata seu fatua Bourlemantig. 103. columm.2.in fin.

Fautores maleficorum. 22.col.1

Feles. 103. col.2.in fin.

Felis cerebrum comedunt saga. 205. columna 2

Feminarum nominatio. 10.col.2

Fera. 102.col.1

Ferale, quid significet. 102. columm. 1. 2. & sequenti

Festis diebus an examinandi aut torquendi rei.40 col.2.ad fi.

Fidei uera & viuę uis. 172.col.1

Fidei uis contra spectra. ibi.col.2.

Fingamus nobilis rosario dæmonem expulit. 192 col.1.in fin.

Finis bonus malificę peccatum non excusat nec pœnam. 141.col.1.2

Flentium Picardarum hæresis. 26.columm. 2.lin. ult.

Forum Ecclesię duplex. 29.col.2

Florimundi de Remundis V.C.narratio. 104.colum.2

Fraude & equiuocatione an reus decipiendus 39. col.1.fusius. 41.col.2.& seqq.

Frigide aquę infusio. 39.col.1

Frisię spectra 172.col.2

Fuga nominati. 12. col.1.ab init.

Fuge indicium quale, ad quid valeat, &c.18.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX TOMI TERTII.

Furis accepta de domo strigis. 136. colum. 1. num. 16.

G

Gabita ferrea. 132. col. 1. num. 5
Gagatis uis. 163. col. 1. lin. 2
Gallicantus an demoni formidatus. 133. columna 1. 2
Gele demones pelluntur a S. Dympna. 201. colum. 2
Genuensis adolescentis maleficiati curatio. 152. colum. 2
Gladiorum uibratio an timenda demoni. 136. colum. 1
S. Glyceria. 202. col. 1
Godela KuKers. 154. col. 2
Godelmannus refutatus. *209. col. 1. usque ad
S. Godoleua cautela. 146. col. 1. in init.
S. Golauduch. 196. col. 1
Gratia Princip. existente nulla, an iudex possit punire reum. 6. col. 2
B. Gregorius Armenius. 173. col. 1
Gregorius Ostiensis episcopus quo pacto infecta ex Cantabria profligarit. 235. col. 2. med.
Gregorii XIIII. laus & bulla. 32. col. 2
Guilh. Edelini abiuratio & condemnatio. 47. col. 1. init.
Gyteuta. 134. col. 2. uer. med.

H

Haereticum factum quid. 49. columna secunda a medio.
Haeretici vbique & a quouis iudice puniri possunt 7. col. 2. a med.
Haereticorum vana visiones, & miracula. 181. col. 1. 2
Haereticos capi posse ex non semiplenis probationibus. 31. col. 2. princ.
Haeretica aut haereticalia, aut non sortilegia. 49 col. 2
Halensis foemina a demone ablata. 27. columna 2.
Hepar piscis Callyonimi. 164. col. 1
Hepar Cammeleontis. 163. col. 1
Herbipolitana domus a spectris liberata per fidem 175. col. 1. ad fin.
Heredum malefici obligatio restituendi damna 126.
Hesparij fundus spectris liberatus. 183. columna secunda.
exagoni superstitiosi. 332. col. 1
D. Hilarion cur signum noluerit removere. 160 col. 1
Homagium demoni praestitum. 196. col. 1. item col. 2
Homo homini damon. 162. col. 1
Homicidia sortiariorum cur grauissima & degradatione digna. 72. 73
Hospitij indicium. 24. col. 2. num. 13
Hotomanni impia locutio. 100. col. 1
S. Hubertus damonomastyx. 203. columna prima
Hugo Bouclettus. 101. col. 1
Hyena medicina multiplex. 162. columna 2. in med.
Hypericon. 161. col. 2

I

Iactantia differt a minis, & quomodo. 19. colum. 1
Iaponum superstitiosa curatio. 133. columna 1. init.
Iaspidis uis. 163. col. 1
Idololatria solita sagis describuntur. 104. colum. 2. 105. col. 1
Ieiunij vis. 190 col. 2
Iesum nomen quam validum. 177. col. 1
Iesu nominis vis. 195. col. 2. & seq.
Iesu & Maria nomen. 71. columna prima 207. colum. 1
Ignis niger maleficorum. 70. col. 2
Ignis poena contra maleficos quam antiqua. 75. colum. 1
Ignis poena an liceat iudici minuere, & quando 75. col. 2
Imago malefica laesis obuersatur. 14. columna secunda
Imaginis magica medicina. 131. columna secunda init.
Imagines Ficini. 135. columna secunda in principi.
Imaginum conculcatio magica. 53. columna prima
Imaginarium maleficium per defixionem. 143. col. 1. 14
Impedire omittens damnum, quãdo creditur reus 20. col. 2
Importuna sollicitatio. 24. columna secunda nu. 12
Incantatio an magica vnde cognoscatur. 53. colum 1
Incantatorum ad medicinam poena. ibid. col. 2
Incorrigibilitas an ad degradationem requisita 71. col. 2. post med.
Incubi damonis proles monstrosa. 191. columna secunda
Indicia qualia in hoc crimine requirantur. 8. colum 1.
Indiciorum genera & effectus uarij. 9. col. 2. & sequentibus.
Indicia minus urgentia. 20. colum. 2. & sequentibus.
Indiciorum uis. 4. col. 1
Indiciorum propinquorum exempla. 12. columna. 1. 2
Indorum in bellis clamor, Hu, Hu. 174. columna secunda
Inedia diuturna a demone procurata exemplum 179. col. 2
Infanticidia sortiariorum. 70. col. 2
Inferno non euocantur demones. 210. columna 1. in init.
Infirmi denunciatio cuius momenti. 30. columna secunda
Informatio extraiudicialis an idonei ad capiendii 32. col. 1
Informationes ex officio quae indicia requirant. 8 col. 2
Inimici capitales non possunt accusare. 30. columna 2
Inimici nominatio an valida. 10. columna secunda prin.
Inquisitio quomodo in hoc crimine instituenda. 3 columna secunda & sequentibus quotuplex quo modo debeat de crimine constare. ibidem accusatio an debeat praecedere. ibidem quomodo debeat esse certa, specifica & clara, an debeant praecedere indicia. 4. columna prima an fama seu diffamatio debeat praecedere. ibidem columna secunda esse debeat. ibidem quid si alias fuit de hoc crimine absolutus aut condemnatus. 5. colu. 1. quando impediatur inquisitio per transactionem. ibidem col. 2. fit contra mortuos & absentes. 8. col. 1
Inquisitio hic qua indicia requirat. 8. colu. 1. cum seq.
Inquisitio est loco accusationis. 30. columna secunda
Inquisitores de hoc crimine cognoscunt. 7. columna. 1. & 2.
Inquisitores cognoscunt de sortilegio. 99. columna prima
Inquisitores fidei de quibus sortilegijs possint iudicare. 50. col. 1. in med.
Insectorum profligendorum remedia licita, et a-ub sui uarij. 234. col. 1 init.
Insensibiles quo pacto damon faciat in tortura 38 col. 1
Instrumenta maleficij quam suspecta, an ad condemnandum vsque 24. col. 1. nu. 10
Instrumenta inuenta 12. col. 1
Interrogatio de sectis quomodo facienda 10. col. 1 & 2
Interrogatoria in tortura 35. col. 1. in prin.
Interrogatoria confessarij in hoc crimine 123. columna 2
Inunctio magica 70. col. 1
Iudicium extremum iudicibus cogitandum 3. columna 1
Ioanna Potiere 75. col. 1
Ioanna puella 101. col. 2
Ioanna Lotharinga virginis Acta iudiciaria accusationis Magicae 103. col. 2. cum seq.
Ioanna Bosdeau condemnatio & confessio 104. col. & seq.
Ioannes de Vaulx Stabulensis in carcere adhuc cum damone suo colloquebatur 34. columna prima
Ioann. de Vaulx confessio 100. col. 2
Ioan. Hessely & discipulorum opinio refutata 147 col. 1. cum seq.
Iudaeus Bauarus 175. col. 2
Iuda non potest vti contra reum sententia accepta per medium confessionis quomodocunque 122 col. 1
Iudex competens maleficij quis, fuse 7. columna 1 & 2
Iudici nec mentiri nec fallere licet reum, contra Bodi n. 41. col. 2. ad fi.
Iudici vitanda cauillatoria exutella 37. columna prima
Iudices an fascinentur a maleficis 33. columna secunda
Iudices peccant, qui cogunt maleficas benedicere 142. col. 1
Iudices abstinere debent curiosis experientijs 34. columna 2
Iudicum sacrilegium qui confessarios examinant 120. col. 1
Iudicium de strigibus quoddam iniustitiis plenum 106. col. 1. ad fi.
Iudiciarius ordo & processus an in hoc crimine seruandus 2. col. 2
Iudiciarij actus contra damones & insecta superstitiosi cur iudicandi 234. columna prima 235 col. 1

Iudiciariarum superstitionum remedia 138. col. 2. nu. 24
Iuliani sacrificium Magicum disiectum 176. colu. secunda
Iuri duo luminaria 209. col. 2. lin. 1
Iurisconsulti & Leguleij differentia ibidem colum na 1
Iusiurandum an liceat deferre idololatræ 143. colum 2
Iusiurandum sortiariorum 70. columna prima
Iusiurandum nominantis 11. columna prima

L

LAcryma varios effectus significant 26. columna 2
Lacrymarum nullarum indicium ibidem
Lacrymari an saga possint, & an hoc indicium in pœnitentia, fuit 125. columna prima & sequenti
Lacrymari an queant malefica 40. columna prima
Lætis furaculi vt res maleficæ 154. columna prima
Lamiæ non fatentur impossibilia, & earum peccata sunt vera, & mentis sanæ. & vigilantium 55. col. 1 non excusantur a sexu, aut senio aut sopore 54. col. 2
Lamiarum crimina non esse delira 98. cum sequenti
Lanstrotium seu Neostadium ad Lenum 154. col. prima
Laodunensis energumena 180. columna secunda
S. Laumomarus 184. col. 1
Lauretanum miraculum 197. columna 2. vers. fin.
Leodiensis inuenia succuba liberatus 178. colu. prima
Leodiensis iudicis prudens factum 42. columna secunda
Leonis cauda 162. col. 2
Liber mortis cui inscribuntur sortiarij 70. columna 1
Liber magici, quam veteti & noxij, & de pœnis habentium fusè 96. columna 2. solitt comburi ibidem
Librorum prohibitorum Index Pontificius ibidem
Libros magicos legere quibus permissum. ibidem
Libertas an necessaria tollendo maleficio 138. col. prima
Ilithea 130. col. 2
Litaniarum vis 204. col. 1
Litaniarum vis & vsus defensus. cum sequenti.
Littelaten. 154. col. 1
Liuonia lacus mirus 162. col. 1. in princ.
Locus suspectus 12. col. 1. 24. col. 1. 25. co. 1 nu. 16
Loci mutatio 136. col. 1
Loci mutatio utilis 192. col. 1. in prin.
Lotio corporis maleficorum 39. col. 2
Lotio matutina quid prosit 133. col. 2
Loty vis contra maleficia 134. col. init. ibid. post med.
D. Lucia cur lotio perfusa
Lupi remedia 161. col. 2. 162. col. 1
Lutherici spuretum 132. col. 1
Luxuria tentatio vehemens & strenua resistentia contra 200 col. 1. in fi. & seq.
Lycanthropus VVelfphalus 38. col. 1

M

MAgdalena Crucia 75. col. 1
B. Macarius Antiochenus 199. columna prima
D. Macarii miraculum 183. columna secunda
Malliodiensis monialis obsessa liberatio 185. col. prima
Maleficus orari & cogi potest vt tollat noxam, quando non teneor cogitare quod pur maleficium tollet 144. col. 2. & 145
Maleficus Maleficium cogit 132. col. 2. ad fin.
Maleficus tenetur ad restitutionem, nisi signum amoueat 156. col. 2. & seq.
Malefici quo pacto priuilegijs spolientur 37. colu. secunda
Malefici nomen quam latum ex Philone 72. col. secunda
Malefici hæreticales quomodo puniendi 54. columna 1
Malefici non facile relaxandi sub cautione 32. co. 1 vers. & ab altari auelli possunt. ibidem col. secunda
Malefici detegendi exemplum superstitiosum 143 col. 1
Maleficos mors criminum liberat 7. columna secunda
Maleficorum punitio iudicibus & principibus cura sit 69. col. 2. 225. col. 1
Maleficæ occidenda 67. col. 2. contrarium asseruit

est hæreticum. 68. col. 1. igne cremande, à fol. 55. col. 1. cum seqq. & 75. col. 1. & seqq.
Maleficarum crimen quam graue & quot in eo crimina. 68. col. 1. in fin. & seq.
Maleficium aqua retenta. 194. col. 2
Maleficium non licet tollere per maleficium. 142 col. 2. ibid. nec per res vanas, ibid. nec per superstitiosa. vanorum remediorum species, ibid. nec à parato licet petere 143. col. 2
Maleficij crimen est publicum, mixti fori, & commune. pag. 2. col. 2. est crimen exceptum & extraordinarium & quomodo. ibid. grauissimum, enormissimum, atrocissimum pag 2. col. 1
Maleficij per maleficium pulsi exemplum 194. colum. 2.
Maleficijs in bonum vti nec ciuili iure licitum 141. col. 2.
Malus, sub qua strigum tripudia, exaruit 102. col. 1. init.
Mandragoræ effossio 135. col. 1
B. Marcellus 204. col. 2
Maria Deipara nomen. 195. col. 1. vis contra dæmones 181. col. 2
Maria Deipara præsens auxilium in extorquenda scedula homagij Diabolo data, exemplis probatum. 195. col. 2. 197. col. 2. & seqq.
M. Maruli error 42. col. 1
Matrem cum pullis capi cur prohibitum a Mose. 140. col. 2. init.
S. Maurilius 185. col. 2
Medicinam spiritualem vel naturalem prius attentatam noxiæ, esse falsum. 137. col. 2. vers. fi.
Mediolanensis energumena quo pacto sanata 180. col. 1.
Memoria ars qua licita 231. col. 2
Mendacium res quid operetur 23. col. 2. nu. 7
Mendacia placent dæmoni, Deo displicent 228. col. 2
Mendicantium priuilegium quoad absolutionem à casibus Episcopalibus expensum & defensum 127. col. 2. cum seq.
Mengut defensus 211. col. 1
Menstruus cruor 161. col. 2
D. Michaelis inuocatio 191. col. 1
Mina præcedentes 12. col. 1. vers fin.
Mina quæ sufficiant ad torturam, quæ ad condemnationem 20. col. 1
Minarum indicium quid quale esse debeat 19. col. 1. 82.
Minorennium nominatio 10. col. 2
Mirabiliarij quidam taumatiopeij an hæretici 59. col. 1
Miracula non possunt ab hæreticis fieri 181. columna secunda
Missa vis 183. col. 2
Missa quæ superstitiosa 236. col. 2.
Missa strigum & simulata hostia 105. columna prima
Missarum celebratio super res magicas 51. columna 1
Mnesiris lapis magicus 130. col. 1. med.
Monachi & monachæ quo pacto degradentur 71 col. 1. post med.
Monetam adulterinam dæmon dat 177. col. 1
Mori præstat, quam superstitiosè sanari 142. colu. 1. init. 143. col. 2. 224. col. 1
Morientis testificatio cuius ponderis 29. col. 1
Mortis pœnæ causa triplex 69. col. 1
Mortuus vel maleficium propinquo in loco, indicium 25. co. 1. nu. 14
Mulier decidens ex nube 13. col. 1
Mulier cur prohibita veste virili vti & è contra, 140. col. 2
Mulieres admittuntur testes in hoc indicio 98. colum 2
Munditiem corporis an dæmon timeat 133. col. 2
Mustelæ oculus 162. col. 2

N

NEapolitana visio 182. co. 2
Negatio rei post torturæ confessionem quanti facienda 36. col. 1
Nescio quadam expedit 231. col. 1
Nodus magicus 154. col. 1. prin.
Nole unde dicta 208. co. 2
Nominis mutatio 136. col. 1. nu. 15
Nominis mali indicium 26. col. 1. num. 21
Nomina mutant sortiarij 70. col. 1
Nominum distinctio putida non curanda 52. colum. 1
Nominatio complicis qualis ad tortura 5. colum. 1 med.
Nominatio complicum, quam vim habeat 9. colu. secunda
Notoria ars 230. col. 2
Nouariensis saga 171. col. 2
Nox intempesta infestior a maleficijs 133. columna 1
Nubium coniuratio quo pacto peragenda, & de abusibus hac in re 234. col. 1. 2
Nube decidentium Nagorum exempla 13. colum. 1. 2
Nubium execratores 134. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nudi corporis inspectio lascivia punita. 179. colum. 2
Nudanda malefica, & nouis vestiendo vestibus. 33. col. 2
Nudatio maleficorum. 39. columna prima.

O

OBlatio sui ad inquirendum, indicium. 24. col. 2. num. 12
Oculorum in terram defixio quale indicium. 26. col. 1. init. num. 21
Odij maleficium. 138. columna 2. num. 23
Sancti Odulphi charta cõtra damonum illusiones. 173. col. 1. init.
Oleum infirmorum defensum. 215. colum. 1. & seqq.
Oleum infirmorum vis. 184. columna prima
Olla defossa quidam frigidus factus. 152. colum. 1
Omissionis indicium, & præsumptio. 20. columna 2
Onycis vis. 163. col. 1
Operum bonorum vis. 172. colum. 1. init.
Opthalmia ridiculum philacterium. 146. colum. 1
Opinio quid. 46. col. 1
Oratio publica 40. col. 2
Oratio privata 191. colum. 2 vers fin.
Oratio Dominica contra Damonem 192. columna 1
Orationis vis 180. col. 1. 190. colum. 2 & seqq.
Orationum, & precum superstitiones quæ cauendæ 235. col. 2
Oratione, & ieiunio quando damon ejiciatur. 160 col. 1. §. Ad. 11.
Orationis vis contra maleficia 40. columna 2
Quorum confessio superst. 135. col. 2
Ova maleficiata 204. colum. 1 init.

P

PActum cum Damone verè ineunt malefici. 55 colum. 1
Pactum cum damonibus quam grande peccatum. 224 col. 1
Pœna sanguinis quando potest commutari in pecuniariam 5. col. 2
Pœna à Deo infligitur defendentibus maleficos. 76. col. 2
Pœna magorum non eadem 103. colum. 1
Constantini tempore combustos ibid.
Pœna Sacerdotum revelantium confessionem. 123 colum. 1
Pœna maleficorum quam sedulo curanda Principibus, & magistratibus 69. colum. 2. 225 colum. 1. & quantopere delinquant qui noxios pœna conantur eripere ibid.
Pœna maleficorum. à pag. 52. usque ad 96
Pœnitentia vera minuit pœnam ordinariam. & quod eius signum. 75. colum. 1. init. & iterum ibid. col. 2. med.
Peonia nigra 161. col. 2. init.
Palinodia festiua complicum quando curanda, 29. col. 2
Panis & salis benedictio 215. col. 2
Panis benedicti antiquitas, & vis. 185. columna 1
Paracelsi remedia scelesta, & blasphema 130 columna 2. fi.
Paridis herba semen 161. col. 2
Parentum maleficorum indicium 26. colum. 1. num. 22
Parricidij crimen requirit confessionem rei 99. colum. 1
Parisiensis curia decretum explicatum 107. columna 1
Parisiensis curia sententia discussa 99. colum. 2 cum seq.
Parisiensis Academia Theologi contrarium sentiunt de strigibus, quam Parlamentum; & illis potius credendum 104. colum. 1. 106. columna 2
Pascuarensis puer. 202. colum. 2. vers fin.
Patria indicium 26. columna 1. numero 22
Pauli Tertij Bulla de tortura modo 35. columna 2
Peccato alieno uti, & cooperari differunt 149. colum. 1
Pentagoni superstitiosi 135. columna 1. in fin.
Periammata sacra, & ut liceant qua requisita. 207. col. 1. in med.

Periapta,

Periapta, seu periammata quæ proba. 232. columna 1
Permissionis maleficorum causa qua ex parte Dei, & qua ex parte Diaboli 229. columna 2
Beati Petri abnegatio quale peccatum 67. columna 2
Petri Iudicij remedia 172. colum. 1. vers. med.
Pheron Rex Ægypti 134. columna 1 init.
Sancti Philippi Apostoli sepulcrum 201. columna 2
Phylacterij 134. col 2
Phylacteria Iudæorum 131. colum. 2. med.
Physiognomia mala indicium 26. colum. 1 numero 21
Pignus sortiarij damoni dant 70. col. 1
Pirus Ioannæ virginis ex arida floruit 101. columna 2
Pliniana remedia superstitiosa 135. columna 1
Plumbi liquati superstitio 138. columna 2
Politianus concionator quo pacto signum maleficij destruxerit 152. columna 2. init.
Pollutiones nocturnæ à damone immissæ, curatæ. 179. col. 1
Pomo manus mirè conglutinata 14. columna 1
Pontificis iussio an ad degradandum exspectanda. 71. col. 2
Pontimussani iuuenis liberatio 176. columna 2
Pontius Bonauallensis Abbas 211. columna 2
Potio malefica 205. col. 2
Potio maleficia 163. colum. 1. 38. colum. 1
Prædicatorum spectrum duplex 182. colum. 2 183. colum. 1
Præscribaturne huic crimini fuit 7. colum. 2 ad finem. an hæredes contra pecuniariam pœnam præscribant 8. col. 1
Præscriptio agendi contra mortuum, quot annorum 98. col. 2. in princ.
Præsumptio quid 45. col. 2
Precario sumpta pag. 10 . . .
Prætextatus Magus 75. col. 1. in fin.
Principalis abolitio, indulgentia, & gratia, quid valeant in hoc delicto 6. colum. 1 qui *Principes possint, & an pro lubito* ibid. colum. 2
Probationis vulgaris oblatio illicita iudici 41. col. 1. in fi.
Promissio celandi sub secreto sigilli quid operetur. 121. col. 1
Promissio imponitatis qua licita iudici 42. columna 1
Protestatio quòd nolo tolli per maleficium, quando necessaria 145. col. 2
Purgatio Canonica, quid, quando, & quo facienda modo 47. col. 2

Q

QVercetenses energumena 197. columna 2

R

RAmirus Hispaniæ Rex 75. col. 1
Ratbodi usus 200. col. 1
Ratisponensis præsidis factum 40. colum. 2 lin. 1
Receptatores, & occultatores maleficorum 22. col. 2. num. 6
Reginaldus 178. col. 2
Relapsorum abiuratio qualis 46. columna 1
Reliquiæ Sanctorum 41. colum. 1. init.
Reliquiarum vis 201. col. 1
Remedia contra maleficia quotuplicia, & de superstitiosis, seu damoniacis. à fol. 129. colum. 2. & seqq.
Remedia maleficia quomodo dignoscenda 53. colum. 1. 130. col. 1. & seqq.
Remedia quæ utilissima maleficiorum 229. columna 2
Remedia naturalia contra maleficia 161. cum seq.
Remedia naturalia, & moralia quam bona 232 colum. 1
Remedia Ecclesiastica, seu supernaturalia 171 col. 2. cum seqq.
Remedia superstitiosa omni iure prohibita 141 col. 1. 2
Remedia superstitiosa contra indolentiam, & taciturnitatem 38. colum. 2. vers fin. 41. colum. 2
Remedij magici noxia 202. colum. 1. 204. colum. 1

Remedijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remedijs naturalibus, an cuentur maleficia 163 colum. 2
Repræsentat innoxium Monachum Diabolus. 197 colum. 1. lin. ult. *& an innocentes possit repræsentare in conuentibus, aut alibi.* . . .
Restitutio, ad quam Principes, & Iudices nimis lenes contra maleficos, tenentur 76. columna 2
Restitutio ad quam malefica adstringantur, & quid hac in re illis imperandum 126. columna 1
Restituere damna iudex propter negligentiam tenetur 9. col. 2
Retrorsum salire ex potu magicum 27. columna 2
Reuelare peccatum in confessione acceptum quando liceat, si licentiam dederit pœnitens 122 columna 2
item an si aliunde quoque cognouit, fusè 123 columna 1
& quando credendum Sacerdoti hoc dicenti. ibidem
Reuelarene liceat crimen auditum in confessione. & postea acceptum extra confessionem. 120 columna 2
Rigensis domus infestatio, & liberatio 203. columna 2
Rosarij uis, & defensio 192 columna 1. & seqq.
Rotmacum celebre reliquijs Sancti Helmetis 201 columna 2
Ruta agrestis 161 col. 2
Ruta capraria ibid. uers. finem

S

SAcerdotis Rhetici mira deceptio, & transfuctio 182 col. 1
Sacramenta an liceat petere à fornicario Sacerdote 143 col. 2
Sacramentorum uis quanta 173 columna 1 *usque ad* 184 columna 2. *&* 215 columna 1 *&* 2
Sacrarum rerum abusus sapit hæresim 51 columna 1 *&* 2
Sacrilegi ritus maleficorum 70 colum. 1. 2 105 col. 2
Sacrilega remedia 138 columna 2 numero 23
Sacrilegia sortiariorum 70. col. 1
Sæculari brachio quando, & quomodo ab inquisitoribus tradendi sint sortiarij tam laici, quam clerici, & monachi 71 columna 1. 2 & seqnent.
Salis profani aspersio ad fin. 135 columna 2
Salis exorcizatio defensa 212 columna 2 & seqnent.
Saliberiensis narratio de se ipso 196 colum. 1 *in prine.*
Salmanticensis Scholaris cum spectro dimicatio 137 columna 2
Salmatorum, seu Saluatorum ars discussa 231 columna 2
Salutatio Angelica contra Dæmones 192 columna 1
Sancti soliti remedia sacra humilitatis caussa uelare 201 col. 2 *init.*
Sanctorum honores superstitiosi qui 140 columna 2
Sanctorum uirorum contra dæmones uis 184 columna 2
Sanctuarium reliquiarum uis 201 columna 2 *cum seq.*
Sanguis humanus 161 col. 2
Sanguis hyenæ, uel canis atri 135 columna prima
Sardij uis 163 columna 1
Scaligeri Iosephi superbia ostensa, & retusa 220 col. 2 *& seqq.*
Scientia ex confessione parta, an liceat uti ad mala saltem auertenda citra sigilli uiolationem, fusè disputatum, à fol 121 col. 2
Scientia infusa cauenda cupiditas, & conatus 231 col. 1 *&* 2
Scindi cupiditas quomodo coercenda 230 columna 1 *&* 2
Scoparum in ostio positio; & alia detectoria maleficij 138. col. 1. num. 20
Scotica mulier incubo liberata 177 columna 1 181 columna 2
Scylla 161 colum. 2
Sententiam damnationis quis maleficis denunciare debeat 124 colum. 1
Sepultura arcens iudex quando peccet 98 columna 1
Sepeliendi, an & quando sortiarij 97 columna 2
Serui non defendentes Dominum, an teneantur ad restitutionem 20 col. 2
Sigillum seruandum etiam in hæresi, & post extinctis mortem, & de delicto tam commisso, quam committendo, diuersimodè tamen fusè à fol. 120 columna 2 *&* error Canonistarum

TOMI TERTII.

rum 121 122
Signum amouens non habet pactum cum dæmone 157 col. 1
Signum maleficij destruere, an liceat fusiss. disputatum 146 columna 2 *& seqq.*
Signa maleficij qua 147 col. 1
Signum tenetur amouere, qui nouit; alioqui non est absoluendus 159 columna 1 à medio
Signum amouens à quo sanitatem expectet 158 col. 1 lin. 1
Signi ablati exempla nonnulla, à fol. 152 col. 1 uers. fin.
Signi amotio non est signum 158 columna 2
Signi magici qua uis 149 columna 1 159 columna 1
Signi amotione non honoratur dæmon 155 colum. 2 init
Signa sunt moralia instrumenta Diaboli 156 col. 2. num. 5
Signis dæmon quomodo alligatus 160 columna 2
Silentij indicium 26 columna 2 numero 23
Singularitas in ostentanda deuotione, an indicium 27 columna 1 numero 27
Sixti Quinti Bulla contra Astrologos 53 columna 2
Sixti Quinti Bulla de aborsu reuocata 127 columna 2
Sodalitas Beatæ Mariæ in Iaponia 194 columna 2
Sodomia sortiariorum 70 col. 2
Sodomita degradandus 72 col. 1
Sortilegium quod plectendum degradatione 74 columna 1
Sortilegij quod non sapit hæresim pœna 52 columna 1
Sortilegi a quæ hæresim sapiant 50 colum. 2 lin. ult.
Sortilegi qui ab Episcopo tradendi sunt brachio sæculari, & quo non possint 54 columna 1
Spectra varia 136 columna 2 *&* seqnent.
Specularia diuinatio à Deo punita 196 columna 1
Spina alba 161 columna 2 post prine.
Spiritus spiritui alterius non dominantur 50 columna 1 *&* 2
Spirituum unio magica, & hæretica ibid.
Stigma magicum 70 col. 1
Stigmatis indicium, & quale stigma 27 columna 1. num. 28
Strigum immanitas. 162. colum. 1. secta quomodo glisscat col. 1. 2
Strigarum conuentus, ritus, tripudia, idololatria. 70. columna 1. *&* 2. 100. columna 2. 104 col. 1. *&* 105. col. 1. 2
Stupri sacrilegi tentati punitio diuina 137 columna 1. 2
Sublimes an tollenda malefica dum capiuntur 33 col. 1. ad fin.
Sues custoditi à diabolo 134 columna 2 uers. fin.
Suffitus contra maleficia 163 col. 1
Superstitio odiosa Sanctis, probatum exemplo 202 col. 1. uers. fin.
Superstitiosi ritus dæmonis inuextum, idololatria suffecti 226. col. 2
Superstitiosæ artes sunt tacita idololatria. ibid. *Eijs uti quam noxium, & execrandum,* ibid. *&* 227. col. 1. 2
Superstitiosarum curationum multa exempla. 140. col. 1. *&* seq.
Surdi, & muti, an damnandi, ut ex signis confessi, & an torquendi 45. col. 2
Suspectum qua faciant maleficij 46. columna 1
Suspicionum species, seu gradus qui 45. columna 2. ad fin.
Symboli Apostolici uis 192 columna 1. med.

T

TAciturnitatis medicamentum, seu maleficium 33. columna 1. prope fin. 37. col. 2. 152. col. 1. in fin.
Tactus malefica, an Iudici cauendus. 33. columna 2
Tetraconensis Hispania vexata vermibus, & insectis alijs 235. col. 2
Tempestas à dæmone excitata 177. columna 1. *&* 2
Tempestates cient malefici 55. columna 2
Tentadij Phantini liberatio. 202. columna 2 in fin. *&* seq.
Tentari nos ultra quam par est non patitur Deus.

207 colum. 2. vers. fin.
Teste variante, cui standum posteriori, an priori testimonio 29. columna 1. & 2. numero 5. 6
Testes esse qui cogantur, & quomodo 28. columna 2. num. 3
Testes infames, & inhabiles alijs hic admitti. ibidem.
Testes quales sufficiant ad minas probandas. 20. columna 1
Testium nomina an submissè recitanda 41. columna 1
Testium publicatio an cum nobilibus facienda 28. col. 1. ab init.
Testium receptio à quibus & quo modo facienda. 27. col. 2. num. 2. in fin.
Testimonium complicum an sufficiat ad condemnandum, 28. col. 2. num. 4. quod non licet ad torturam ibid.
Testimonia quæ requisita, vt valeant pro indicijs. 9. col. 1
Thapsia 161. col. 2. init.
Theodorus Magus respiscens 145. columna 2 in med.
B. Theodori praxis in pœnitentia Magi ibid.
Theodoreti & Ibæ abiuratio 46. col. 2
Theodori tribuni domus 204. col. 2
Theophilus quid 130. col. 1
Tiberius de Airola 183. col. 1
Timor seu trepidatio an indicium. 24. col. 1. num. 9
Timendus Deus quo pacto, & quo pacto creatura 152. col. 2
Toletana species schola Necromantiæ 196. columna 2
Torqueri quando possit quis propter negligentiam, aut omissionem 20. col. 2
Tortura relaxata quando liberet reum convictum 34. col. 1.
Tortura qualis esse debeat, quando decernenda aut iteranda & quoties, late à pag. 34 columna 2
Tortura qua indicia sufficiant 8. col. 2. & seq.
Tortura continuatio non distinguenda ab iteratione contra Sprengerum 36. col. 2
Tortura sufficiens nominatio socij qua col. 1. & seq. 10.
Totaphoth. quid 130. col. 2
Traiectensium opilionum superstitio col. 1. à med. 135.
Transuectio sagarum loc alis 70. col. 1
Translatio corporalis sagarum 205. col. 1. 206. col. 1
Translatio maleficij in alios 138. col. 1 post med.
Translationis de loco sagarum exempla duo 12. col. 2
Trepidatio captarum. 24. col. 1. nu. 9
Treuirensis iuuenis à dæmonis dominio liberatus. 205. col. 2
Treuirense iudicium, & censura de sortiarijs. 107 col. 1. ad med. & seq.
Treuirensium duorum puerorum qui sagis adiuncti historia 205. columna 1 & 2
Triboniani facinus, & impietas. 141. columna 1
Sancta Trinitatis nominatio. 191. columna 1
Trifcalinus. 6. col. 2. vers. fin.

V

Vaillatio nominantis. 10. columna 1 & 2
Vagatio, domicilij mutatio, indicium. 27. columna 1. init.
Vanderburcht Decanus Mechliniensis. 12. columna 1. lin. vlti.
Vanitas quid, & vanorum operum exempla. 228 columna 2
Variatio rei quid operetur, 23. columna 2 in fin.
Vasa operiri cur Moses iusserit. 140. columna 2
Vaudoisie. 105. col. 2
Veneni nomine deuotationes, & defixiones magicæ continentur. 73. colum. 1
Verbascus 161. columna 2. in princip.
Verbena 161. col. 2
Verberibus, an cogi malefici à primatis possint, vt signum tollant 145 columna 2 init.
Verberibus, minisve, an liceat cogere ad tollendum maleficium. 138 columna 1 numero 21
Verborum vis qualis sit accuratè proposita. 228 col. 2. & seq.
Vicinia indicium 25 columna 1. numero 15
Vicinorum depositio 11. columna 1 init.
Vindelici malefici 179 columna 2 ad fin.
Vita

Vita innocentis vt 173 columna 1 init.
Vlaet Doctor Treuir. maleficus 21 columna 2 ad finem.
Vnctio extrema defensa 215 columna 1 & 2
Vnxia luno, & eius festa 162 col. 1
Vociferationis indicium 25 columna 2. numero 19
Vsurarium, an liceat inducere ad mutuandum sub vsuris 143 col. 2. ad med.
Vtres ambulantes, & lacte pleni 154 columna 1
Vulpes dicitur dæmon init. 133 columna 1
Vultuariorum maleficium 138 columna 2 init.

V

Valdensium hæresis 106 columna 2 in med.
Vuestrasiensis Comes. maleficiatus, & quomodo liber 152 columna 2. linea vltima.
Vtero qua causa scribendi ad fin. 21 columna 1
S. Vuinuualocus 184. col. 1
S. Vualfranni historia 200. col. 1

Z

Zito, præstigiator. 227. columna 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCORVM QVIBVS LVCIS NON NIHIL IN HOC TOMO III.

Sacræ Scripturæ.

Genesis 3.v.15.f.224.co.1
Exodi 13.v.9.130.col.2.20.v.5. 224.col.1
22.v.18.68.col.2
Leuit.20.v.vlt.65.col.1.72.col.2
Deuter.18.v.11.133.col.1.22.140.col.2
Iob 41.v.15.224.col.2
Psal.105.v.28.231.col.1.Ps.39.v.5.228.col.2
Prouerb.25.u.25 230.col.2
Eccles.3.v.22.230.col.2
Eccl.19.v.21.235.col 1.38.in prin. 232. col.1
Ezech.3.11.84.col.1. & seq.
Matth.17.22.159.col.2
Ioan.8.v.44.224.col.2
Rom.3.v.8.141.col.2
1.Corinth.10.v.21.224.col.1
2.Corint.11.v.14.83.col.1.cap.12.84. col.1
1.Tim.4.v.1.231.col.1
Tit.3.89.col.
Apocal. 1.& 4.84. col.1

Patrum & Theologorum.

Antonij Augustini 77.col.1. & 79.col.2
Acta Martyrij S.Lucia 134.col.1
Augustini liber falsò putatus de anima & spiritu a fol.78.col.1.
Baronij 78.col.1.79. col.2.
Beerlij 77.col.2.
Cassiani 172. col.2.prin.
Cassiodori 75.col.2.init.
Chrysostomi 28.col.1
Clementis Rom. 217.col.1
Burckardi locus a fol. 76.& seqq.
Damasi acta a fol. 76.& seqq.
Dionysii Areopag. 218.col.2.& seqq.
Gersonis 75.col.2 in fi.
Gregorij Magni 75.col.1 in fin.
Hilarionis 160.col.1
Ionæ Senonens. 200.col.1
Iuonis 76.col 2.77.col.1
Leonis 159.col.1
Maruli 42. col.1
Nicephori 173.co.
Nicol.Cusanus 50.col.2.140.col.1
Philastrij 135.col.2
Prudentis 176.col.1
Psælli 130.col.1
Sozomeni 217.col.2

Canonum.

Cap.cum non ab homine de iudic. 71.col.2.fin. 74.col.1.& 2
Cap.Nouimus de verb.significic. 74 col.2
Cap.tua de pœn. ibid.
Cap.abolendam, §.in præsenti vero de Haret. 52
Cap.penult.de Hæreticis 74.col.2
Cap.ut inquisitionis,de hæret.in 6 225.col.2
Cap.accusatus,in prin.de hæret.in6 22.col.2
Cap.cum contumacia,de hæret.in 6 . . . .
Cap.

Cap.Quisquis,2.quæstio.8 52.col.2
Cap.querendam,distinct.39 ibid.
Cap.ult.15.quæstio.3 98.col.2
Cap.unicum,26.quæstio.1 74.col.1
Cap.Episcopi 26.quæstio.5.fusissimè integro Comment.à fol.76. col.2.& seq.usque ad 96
Cap.quicunque 26.quæstio.5 52. . . . .
Cap.si quis Episcopus 26.quæstio.5 74.col.1
Cap.admoneant,26.quæstio.7 74.col.1
Cap.ult.26.quæstio.7 164.col.1
Cap.de benedictio.32.quæstio.1 52. . . . .
Cap.si per sortiarias 33.quæstio.1 . . . . .
Nomocanon 143.col.1

Legum.

L.Repeti,§.1.D.de quæst. 98 col.2
L.nemo,C.de Episc.audiend. 41.col.1
L.Prouinciarum,C.de feriis ibid.
L.ult.C.de actuar. 98 col.2
L.uni.C.de his qui parent. 103.col.1
L.eorum,C.de maleficis & mathem. 102.col.2
L.Nullus,C.de maleficis & mathe. 100.col.1.& 144.col.1
L.multi,C.de maleficis & mathemat. 102 col.1 & col.2
Capitulare Caroli Magni 208.col.1.in fine
Carol.V. constitutio de maleficis à fol.69. col.2. & seq.

Prophanorum scriptorum.

Euripidis 138.col.1
Marbodei 163.col.1
Marcelli Empirici 135.col.1.lin.ult.
Marsilij Ficini ibid.col.2
Meieri 206.col.2
Plinij 135.col.1
Sammonici 735.col.2
Suetonij 99 col.1
Varronis 135.col.1.vers.fin.
Vegetij ibid.col.2.init.
Virgilij 136.col.1
Vlpiani 103.col.1

FINIS.

OREMVS.

De quæsumus Domine populo tuo diabolica uitare contagia, & te solum DEVM pura mente sectari. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

Sarcienda In Tomo Primo.

In margine pro Actor 7. lege 17. pag. 6. colu. 1. pro Muſcas, lege, Maſcas pag. 8. colum. 1. lin. 3. pro gramina, leg. granula, pag. 41. col. 2. pro Helatypiæ, leg. Zelotypiæ ibidem in Margin. poſt Hebraic. dict. adde Numer. 5. pag. 45. in Margin. leg. Matth. 25. v. 5. pag. 49. verſ. fin. pro ...ζη, lege ...αν. pag. 114. col. 1. in marg. pro Gen. 16. lege, Gen. 19. ibid. col. 2. lin. 8. pro Secidites lege Sedicites pag. 133. col. 1. lin. 21. leg. ſchiltachio. pag. 139. co. 2. ad fi. pro Nariano, lege, Mariano. pa. 142. col. 1. pro Manilibus, lege, Manilius pag. 144. col. 1. lege QVAEST. XIIII. pag. 190. col. 1. pro Achemenidon, lege Archemenidon pag. 192. col. 2. ubi dicitur Io. Nider. adde in marg. Formicarij lib. 4. pag. 242. col. 2. in marg. leg. Luc. 16 v. 26. p. 244. co. 1. lin. 29. pro Athanaſius enim, leg. Anaſtaſius enim. pag. 279. c. 2 lege, liber Baro.

In Tomo Secundo.

Pag. 36. colu. 1. Belgici verſus ita legendi: Hier ſnyd ick eenen ſpaen in molle Kês gevvaen Ende eenen ander daer toe, ſo neem ick het melck van deſer koe. pag. 54. col. 2. lin. 35. pro flamma, lege flammæ. ibi. li. 18 pro ignilum, lege, ignium pag. 67. col. 2. lin. 13. pro temporum, lege, templorum pag. 72. col. 1. lin. 10. pro ſic ſit vna, lege ſit vana, delẽdo uerb. ſic. pag. 80. pro, quia verè; lege, quia verò. pag. 117. colu. 2. lin. 8. adde: Apoc. 1. v. 10. pag. 152. col. 2. pro teto, leg. toto. ibidem pro Audeaant leg. Audebant. pag. 158. pro viſtimariam, lege victimariam pag. 161. co. 2. li. 28. pro vaurei iami, lege laurei rami. pag. 163. col. 2. pro Protinus, lege Petronius pag. 162. col. 1 pro ...ατόδις lege ...ατόδις pag. 165. col. 1. lin. 26. & lin. 39. pro, Omnia, lege Omina pag. 192. co. 2. lin. 17. adde hæc: Multas curas ſequuntur ſomnia. pag. 213. col. 2. lin. 19 pro ..., leg. ... pag. 256. col. 1. in margine lege, a l. eiuſdem §. 3. D. de teſtibus.

In Tomo tertio.

Pag. 75. colum. 1. lin. 49. pro quia, lege, qui

Si quę erunt leuiora, & a nobis non animaduerſa, Lector ipſe corriget ac nobis ignoſcet, pro ſuo iudicio & benignitate. *Notet etiam*, quod auctor voluerit, vt in lib. 1. ca. 4. q. 4. pag. 48. verba hæc: Vnus ramen, & quæ ad capitis eius finem porrigũtur, deleretur omnia. Sed nos ſeruius id cognouimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca